





# SCAENICAE ROMANORVM POESIS

# FRAGMENTA

TERTIIS CVRIS

RECOGNOVIT

**OTTO RIBBECK.**

VOLVMEN I.

TRAGICORVM FRAGMENTA.



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXXXVII.

# TRAGICORVM ROMANORVM

# FRAGMENTA

TERTIIS CVRIS

RECOGNOVIT

**OTTO RIBBECK.**



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXXXVII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

FRANCISCO BUECHELERO

L · M

# PRAEFATIO

Thesaurus Latinitatis, qui auspiciis consociatarum academiarum Teutonicarum quinque conditur, me movit, ut perpoliendorum scaenicae Romanorum poeseos frustorum laborem ingratum et infinitum tertio conatu susciperem. qua in re quid vel apparatu augendo contrahendo corrigendo vel reliquiis ipsis constituendis praestiterim penes doctos iudicium esto.

Monenda pauca restant. scilicet brevitatis causa Nonianos codices siglis notavi usitatis, nisi quod Guelferbytanum, quem alter editorum *G*, alter *V* nuncupat, malui ut olim littera *W* signare. praeterea ω omnes comprehendit libros manuscriptos, ψ bonos plerosque, χ deteriores, φ reliquos omnes praeter nominatim laudatos. eum qui anno 1878 apud B. G. Teubnerum Nonium edidit nota *x* intellegi volo.

Buechelerum meum, qui perlustrandis plagulis novisque inventis iterum de hac quoque litterarum Latinarum parte optime meruit, non aegre laturum spero, quod nomen eius in quavis fere pagina obvium detruncare libuit.

Gratia etiam Bertoldo Maurenbrecher debetur, qui in congerenda farragine comiter me adiuvit.

Ceterum parcior in adferendis hominum doctorum coniecturis fui quam olim. notatu dignum si quid praeterii sive quid melius in mentem venerit, alteri quod comicorum poetarum praeter Plautum fragmenta complectetur volumini addam.

Dabam Lipsiae sub finem anni 1896.

# LIVIVS ANDRONICVS

## ACHILLES

Sí malas imitábo, tum tu prétium pro noxá dabis.

Non. 365, 25 'pretium, poenae exitum.' 473, 22 'imitat...' cf. Hom. Iliad. I 384 sqq. Adde inc. fab. V.

ni *x* males *ψ praeter Ba p.* 473 malos *ed. pr.* tu *om.* *ω* 365 dabit *ω* 365

## AEGISTHVS

I

nam ut Pérgama
Accénsa et praeda pér participes aéquiter
Partíta est

Non. 512, 32 'aequiter...'

praeda *Junius* praedam *ω*.

II

Tum autém lasciuum Nérei simúm pecus
Ludéns ad cantum clássem lustratúr . .

Non. 335, 21 'lustrare est circumire...' 158, 29 'pecus .. non solum quadrupes animal, uerum omnia animalia pecudes dicuntur... [5]'

1 autem *om.* *ω* 335 Nerei simum *Bentinus* nereis simum *ω* 335 rei simum *ω* 158 2 eantem *ψ* classem *G H* classum *φ* lustratur choro *versum explebit: cf. Senecae Agam. v.* 475 classum lustratur ⟨uias⟩ *x*

III

Iamne óculos specie laétauisti optábili?

Non. 132, 32 'laetare ... laetificare.' 386, 23 'species dicitur effigies, facies. L. Egisthi ...'

laetauiri *ψ* 386, *unde* laetauere *x*

IV

Nemo haéc uostrorum rúminetur múlieri.

Non. 166, 29 'ruminare' (ruminari *Vossius*) 'dictum in memoriam reuocare . . .'

uostrorum *Onions* uoster (uoster * * *E*) ω uostrum *D. Heinsius*

V

Sollémnitusque †adeo ditali laudét lubens.

Non. 176, 13 'sollemnitus pro sollemniter. Lucilius Aegistho . . .' (Liuius ed. 1526 accius Vrbin. 308.)

adeo] adcon *F* deo litat *conieci* d. dicat *v. doctus* adoret ac *Bue dubitanter* laudem *vel* laudes *coni.*

VI

. . in sedes cónlocat se régias:
Clyteméstra iuxtim, tértias natae óccupant.

Non. 127, 30 'iuxtim pro iuxta . . .'

VII

Ipsús se in terram saúcius fligít cadens.

Non. 110, 29 'fligi, adfligi'.

ipsus *Bothius* ipse ω

VIII

Quin quód parere ⟨míhi⟩ uos maiestás mea
Procát, toleratis témploque hanc dedúcitis?

Non. 23, 25 'procacitas a procando uel poscendo . . .'

1 mea uos maiestas procat *Bothius* (uos maiestas mea procat *Havet*), *quae qui probet, initio v.* 14 *velut* ultro *suppleverit. secutus v.* 13 *Havetum v.* 14 toleratis (*i. e.* amouetis) templo ⟨leto⟩que h. d. *conl. Sen. Agam.* 951. 986 *sq. Leo Plaut. Forsch.* 82 2 topper properatis *Havet*

AIAX MASTIGOPHORVS

I

Mirúm uidetur, quód sit factum iám diu —?

Non. 127, 16 'iamdiu pro olim . . . Liuius Aiace: mirum' e. q. s.

## II

Praestátur laus uirtúti, sed multo ócius
Vernó gelu tabéscit.

Non. 207, 23 'gelu neutri generis [Titus] Liuius in aiace mastigho foro' (sic Vrbinas 308. pisi — corr. ex ipsi W — adtacematico foro φ) 'praestatur' e. q. s. Cf. Sophoclis Ai. 1266 D.

p. uirtuti laus gelu set m. o. uenio tabescit ω, *nisi quod* genu *W:* uerno *debetur Buechelero.*

## III

Schol. ad Plauti Capt. 615 'hortamenta, flagella quibus aurigae utuntur cum equos hortantur. Aiax mastigophorus.' Cf. Bentl. ad Ter. hautont. IV 7, 8.

## ANDROMEDA

Cónfluges ubí conuentu cámpum totum inúmigant

Non. 62, 20 'confluges' (confluge vel conflugae partim e corr. ψ) 'loca, in quae riui diuersi confluant.'

confluges *FH* (*cf. Solmsen Stud. z. lat. Lautgesch. 129*) confluge *vel* conflugae φ, *def. Bue ind. lectt. Gryph.* 1868/9 *p.* 11 *sq.: hiatum* cubi *tollat.* conflugae subito *Havet* confluges riui *olim ci.* conuentu *Junius* conuentum ω

## DANAE

..etiam mínitas? mitte ea quaé tua sunt magis quám mea.

Non. 473, 31 'minitas pro minaris. L. Danae...' (sic Leid. danea ψ dariae Bamb. Naeuius Danae Aldina).

*Mutua opprobria iacta esse apertum: latere in* ea *vocabulum quo septenarii ante diaeresin lacuna explicetur, velut* uitia, *Bue arbitratur*

## EQVOS TROIANVS

Dá mihi hasce opes,
Quás peto, quás precor:
Pórrige, opitula!

Non. 475, 10 'opitula.'

porrige *ms. Fabri, Vatic.* corrige φ

HERMIONA

'Obsecro te, Ancíale, matri né quid tuae aduorsús fuas.

Non. 111, 12 'fuam sim uel fiam...'

obsecra *LW sed* o *suprascr.*

TEREVS

I

Rarénter uenio.

Non. 515, 29 'rarenter...'

uenito *H* uento *L, fort. recte*

II

Nímis pol inpudénter: seruis praéstolaras?

Non. 475, 32 'prestolat pro prestolatur...'

inpudenter: *cf. Plauti Rud.* 393. inprudenter *ω* seruis *Junius in mg.* seruus *ω* praestolabas *olim ci.*

III

. ego puerum intérea ancillae súbdam lactantém meae,
Né fame perbítat.

Non. 153, 26 'peruitere, perire...'

at *praem. Bue* puerulum *x* puellum *Onions cf. cor. com.* CVIII interead *olim ci.* lactantem *EF* laetantem *φ* lactentem *Bongarsius* lactanti *Vossius* lactandum *Heinsius*

IV

crédito,
Cum illoc olli meá uoluntate númquam limauít caput.

Non. 334, 7 'limare etiam dicitur coniungere...' Deridetur limauit caput locutio in Plauti Poenulo 292.

illoc olli: *cf. coroll.* X illos olim *B* illos solim *GH* illos soli *φ* mea] ex *BGH* limaui *Mercerus*

INO

Terentianus Maurus 1931:

Liuius ille uetus Graio cognomine suae
inserit Inoni uersus, puto, tale docimen:

praemisso heroo subiungit namque miuron,
hymnum quando chorus festo canit ore Triuiae.
'set iam purpureo suras include cothurno,
balteus et reuocet uolucres in pectore sinus,
pressaque iam grauida crepitent tibi terga pharetra.
derige odorisequos ad certa cubilia canes.'

Cf. Marius Victorinus GL VI p. 68 K. 'at cum Liuius Andronicus praemisso hexametro huiusmodi subnectat uersus per ordinem iambo terminatos, nouam potius hanc speciem' e. q. s. 'nam in hymno Dianae apud eundem ita inueniuntur in fabula Inone: sed iam' e. q. s. (sed Victorinus et Terentianus). Transformavit veteris poetae versus in suum usum Caesius Bassus: cf. Hermanni epit. d. m. 127[2], Hauptii observ. crit. p. 43. Laevio tribuit Scaliger: cf. mea hist. trag. Rom. p. 34 adn.

## EX INCERTIS FABVLIS

I

Florem ánculabant Líberi ex carchésiis.

Pauli Festus p. 11 M. 'anclare haurire a Graeco descendit.'

anculabant *Scaliger* anclabant ω

II

.. sed qui sunt hí, qui ascendunt áltum ocrim?

II—V Festus p. 181 M. 'ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro Glossematorum refert, montem confragosum uocabant, ut aput Liuium [II] et [III. IV] et [V].'

*senarium sic expleas*: sed qui sunt hice, quis a. a. o.?

III

celsósque ⟨in⟩ ocris
... Aruáque putria et mare mágnum.

IV

... namque Taénari celsós ocris

V

Haut út quem Chiro in Pélio docuít ocri.

VI

Múlier, quisquis és, te uolumus.

Non. 197, 31 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit.'

VII

Quó Castalia pér struices sáxeas lapsu áccidit

Fest. p. 310 M. 'struices antiqui dicebant extructiones omnium rerum.'

VIII

Quem ego néfrendem alui lácteam inmulgéns opem

Pauli Festus p. 163 M. 'alii dicunt nefrendes infantes esse nondum frendentes, id est frangentes. Liuius...' Festus p. 162 M. '...ri quem ego ñ............s opem.' Obscurissimas scripturae reliquias Thewrek de Ponor expressit 't. quem ego ñ' e. q. s. cf. Reitzenstein Verrin. Forsch. 91. Thes. nov. lat. in Mai auct. class. VIII p. 378 sq. 'alii autem dicunt nefrendes infantes, quasi nondum frendentes ... unde Naeuius: quem...' e. q. s. Idem p. 214 'hic nefrens, dis, i. e. infans quasi nondum frendens ... unde Liuius: quem ...' e. q. s. Cf. Placidus CGl. V 33, 39 'nefredem' e. q. s.

*De* ne *particula in symbolis grammaticis* (*Beiträge z. Lehre von d. latein. Partikeln*) *p.* 12 *sq.* 46 *sq. disserui. Fortasse septenarius fuit:* quem égo nefrendem alui ⟨éducaui⟩ l. i. o.

IX

dusmo ín loco

Pauli Festus p. 67 M. 'dusmo in loco apud Liuium significat dumosum locum: antiqui enim interserebant S litteram...' cf. Placidus in CGl. V 63 G.

X

Puerárum manibus cónfectum pulcérrime

Priscianus p. 697 P. 'puera dicebant antiquissimi.... Liuius in Odissia: mea puera, quid uerbi ex tuo ore supera fugit. idem alibi: puerarum' e. q. s.

*senarium, non Saturnium esse probavit Bue ann. philoll.* 1863 *p.* 331. pulcerrime *Caroliruh.* pulcherrime *φ*

XI

Quinquértiones praéco in medium ⟨pró⟩uocat.

Festus p. 257 M. 'quinquertium .... Liuius quoque ipsos athletas sic nominat: quinquertiones' e. q. s. Paulus p. 256 'ipsos quoque athletas Liuius quinquertiones appellat.'

prouocat] uocat *cod.*, *tuetur Bue* praeco *trisyllabum* (praeuoco) *metiens*

XII

Varro de l. l. VII 3 'nec mirum cum non modo Epimenides ... sed etiam Teucer Liuii post XV annos ab suis qui sit ignoretur.'

# CN. NAEVIVS

## AESIONA

Hanc tituli formam vindicavit Buechelerus mus. Rhen. 27, 475.

Né mihi gerere mórem uidear língua, uerum língula.

Gellius X 25 'admonendum .. lingulam ueteres dixisse gladiolum oblongum in speciem linguae factum, cuius meminit Naeuius in tragoedia Haesiona. Versum Naeui apposui ...' Varro de l. l. VII 107 M. 'multa apud poetas reliqua esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in Esiona: enimuero gladii lingula, a lingua.' Exciderunt ipsa poetae verba post nomen fabulae.

ne mihi *Suerdsioeus Vind. praec. Bentl. p. 60, O. Muellerus* sine mihi *ω* Martem *Palmerius*

## DANAE

I

Leguntur praeterea in titulis formae Dane et Danea.

Omnés formidant hómines eius ualéntiam.

Non. 186, 23 'ualentia, fortitudo.'

homines *Vossius* hominis *ω* eius uolentiam *FL* et (*suprascr.* ius) ualentiam *W*

II

Contémpla placide fórmam et faciem uírginis.

Non. 470, 1 'contempla ...'

contemplo ω

III

'Excidit orátionis ómnis confidéntia.

Non. 262, 25 'confidentia, constantia ...'

IV

Eam núnc esse inuéntam probrís compotém scis.

Non. 456, 25 'compotem in bonam partem solum accipi putatur, cum et in mala positum sit ...'

propris (*vel* propriis) ω *Baccheos agnovit Bue*; *senarium* eam compotem scis nunc esse inuentam p. *edideram.* eam nunc probris scis esse inuentam compotem *x* eám nunc esse inuentam propriis compotem scis ⟨noxsiis⟩ *Vahlen Herm.* 12, 193

V

.. auri rúbeo fonte láuere ⟨me⟩ meminí manum.

Non. 504, 1 'lauit pro lauat .... lauere inde tractum est.'

auri *Delrio* animi ω amnis *olim coni.* enim *Bue* rubeo *idem*, *qui* niueo *olim* iubeo ω fuluo *Grotius* uiuo *x* me *Grotius, om.* ω

VI

Desúbito famam tóllunt, si quam sólam uidere ín uia.

Non. 306, 7 'fama est rursus infamia ... Naeuius: desubito' e. q. s. Idem 518, 1 'desubito ...'

uidemus ω *p.* 306

VII

Quín, ut quisque est méritus, praesens prétium pro factís ferat.

Non. 366, 4 'pretium pro praemio ...'

VIII

... indigne éxigor patria ínnocens.

Non. 291, 5 'exigere est excludere ...'

IX

..... quae quondam fúlmine icit Iúppiter

Non. 124, 14 'icit significat percutit, ab ictu...' (Naeuius] in equius Leid.).

quam *Delrio* quamne *conieci* quondam $H^1$ quandam $\varphi$ flumine *W*

X

.. manubias súppetat pro mé ..

Non. 138, 17 'manubias, manus exubias.'

suppetias *x* prone *conieceram*

XI

Suo sónitu claro fúlgoriuit Iúppiter.

Non. 110, 17 'fulgoriuit, fulgorem fecit uel fulmine afflauit. N. Sanea...' (Danae Junius).

fulgorauit $H^1$.

EQVOS TROIANVS

Numquam hódie effugies quín mea moriarís manu.

Macrobius Sat. VI 1, 38 'Vergilius (Ecl. 3, 49): numquam hodie effugies, ueniam quocumque uocaris. Naeuius in equo Troiano...'

moriaris manu *scripsi* manu moriare $\omega$, *quod qui tenere volet aut octonarium in fine mutilum aut duorum versuum frusta* n. h. e. q. mea manu | moriáre *dimetiatur.*

HECTOR PROFICISCENS

I

Túnc ipsos adóriant, ne qui hinc Spártam referat núntium.

Priscianus p. 801 P. 'adorior et adorio... Naeuius in Hectore proficiscente...'

adoriam *x* qui *G. Hermannus Elem. d. m. p.* 633 quis $\omega$ referant $\chi$

II

Laétus sum laudári me abs te, páter, a laudató uiro.

Cicero Tusc. disp. IV 31, 67 'aliter enim Naeuianus ille gaudet Hector: laetus... aliter ille apud Trabeam.' Idem

ad famil. V 12 'placet enim Hector ille mihi Naeuianus, qui non tantum laudari se laetatur, sed addit etiam a laudato uiro.' Idem ad famil. XV 6 'laetus sum laudari me, inquit Hector, opinor, apud Naeuium, abs te, pater, a laudato uiro. Ea est enim profecto iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude uixerunt.' Seneca epist. 102, 16 'cum tragicus ille apud nos ait magnificum esse laudari a laudato uiro, laude digno ait.' Cf. Symmachi Epist. I 3 IX 110.

## IPHIGENIA

Pásso uelo uícinum, Aquilo, ⟨Oréstem⟩ in portum fér foras.

Non. 370, 25 'passum, extensum, patens ... Neuius Efigenia ...'

passo uel hoc uicinum aquilone hortum (ortum *B*) fer foras *ω*, *ubi* uelo *Junius* (*an* uelod?), Aquilo in portum fert *Mercerus*, Aquilo, med *ipse olim conieci. cf. coroll.* XI. passo uelo hinc i nunc, aquilo, Orestem e portu f. f. *Havet.*

## LVCVRGVS

I

Tuós qui celsos términos tutánt ..

Non. 476, 9 'tutant ... N. Lycurgo ...' (Lecurgo Leid.).

II

Alté iubatos ángues inlaesaé gerunt.

Non. 191, 16 'angues masculino genere ... N. Lucurgo ...' (lycurgo *ψ*).

iubatos *Junius* iugatos *ω* inlaesae *Bothius* in sese *ω cf. cor. com.* CXII.

III

Líberi ⟨sunt⟩: quáque incedunt, ómnis aruas ópterunt.

Non. 192, 29 'arua ... feminino.'

Liberi *Mercerus* lib. II *ω*: *fortasse* Liberi *nomen cavillatur nuntius* quaqua *Mercerus* quacumque *Vossius an senarios mavis* Liberi: | i quaque?

IV

suauisonúm melos

Non. 213, 10 'melos genere neutro. N. Lycurgo . . .' (lecurgo Leid.).

suauisonum *Scaliger* suaue summum *ω*

V

Vos, quí regalis córporis custódias
Agitátis, ite actútum in frondiferós locos,
Ingénio arbusta ubi náta sunt, non óbsita.

Non. 323, 1 'ingenio ueteres dixerunt et sua sponte uel natura. Neuius Lycurgo . . .'

1 regalis *H*² regali *LW* regari *φ* 2 agitatis *BGH* agitis *φ* frudiferos *ψ* frondifluos *Palat.* lucos *χ* 3 arbusto *GH*²*L* ubi nata *Scaliger* uineta *ω* ut nata *Baehrens* obsita *Scaliger* obsitu *BGH* obstutas *H mg. LW*

VI

dúcite
Eó cum argutis línguis mutas quádrupedis.

Non. 9, 24 'mutus onomatopoeia est incertae uocis, quasi mugitus; nam mutus (mu *x*) sonus est proprie, qui intellectum non habet. N. Lycurgo . . .'

1 ducito *Ba fort.* dúcito cito *in septenario* 2 cum *Mercerus* tum *ω*, *del. Havet, ut integer senarius fiat.*

VII

⟨aliás⟩ alis
Sublímen altos sáltus inlicite ⟨ínuios⟩,
Vbi bípedes uolucres líno linquant lúmina.

Non. 6, 17 'inlicere est proprie inlaqueare. N. Lycurgo . . .'

1 aliis *F*¹ 2 sublimem, n *m.* 2 *suprascr.*, *L* alios *ω* saltos *F*¹ endolicite, ubi | duípedes *conieci coroll.* XII. alís sublimen áltos saltus ínlicit *Bue* alios sublimen saltus illicite ⟨ilico⟩ *Havet*

VIII

Vtín uenatu uítulantis éx suis
Locís nos mittant poénis decoratás feris?

Non. 14, 19 'uitulantes ueteres gaudentes dixerunt, dictum a bonae uitae commodo: sicuti qui nunc est in summa laetitia, uiuere eum dicimus. N. Lycurgo . . .'

1 ut in *vulgo* uti *Bue* exsuis (= exuuiis) *Havet* 2 lucis *Mercerus* poenis *interpr.* puniceis *Bue* decoratis $H^1$ decoratus $\varphi$ decoratos *Gulielmius*

IX

pérgite,
Tyrsígerae Bacchae, Bácchico cum scémate.

Non. 225, 1 'scema . . . neutro N. Lygurgo . . .' (legurgo Leid.)

Bacchae *ed.* 1526 brehcae $\omega$ Bacchico] modo bacchico $\omega$

X

Ignótae ⟨hic⟩ iteris súmus: ⟨si⟩ tute scís . .

Priscianus p. 695 P. 'et hoc iter; dicimus enim huius itineris: quamuis antiqui hoc iter iteris et hoc itiner itineris dixerunt . . . N. in Lycurgo . . . .' (lugur$^{g}$co Reg.: fuit igitur Lucurgo. Incertum an Sangall. legurgo, quod identidem Leid. Nonii exhibet, fuerit Loecurgo.) Non. 124, 27 'ignote, id est inscie (insciae $\psi$). Neuius Lycurgo . . .' Idem 485, 5 'iteris positum pro itineris . . . N. Lycurgo . . .' Thes. nov. lat. ap. A. Mai auct. class. VIII p. 127 'hoc heteroclinium, ii, unde Plautus: ignoti itineris sumus, tute scis quae sint heteroclita.' Ibid. p. 194 'heteroclitum, diuersiclinium ubi diuersae sunt uiae. Plautus: tute scis quae sint heteroclita.'

ignotae $\omega$ *p.* 124 ignoti *p.* 485 $\omega$ (*nisi quod* igniti *Ba*), *Priscianus, thes.*

XI

Dic quó pacto eum potíti: pugnan án dolis?

Non. 481, 28 'potior illam rem pro illa re potior . . . N. Lycurgo . . .'

potitu's *aut* potiti sitis *Ed. Becker* pugnan an *Bothius* pugna an (pugnan *H*) $\omega$

XII

Né ille mei feri íngeui ⟨iram⟩ atque ánimi acrem acrimóniam

Non. 73, 17 'acrimonia est animi uiuacitas.'

XIII

Cáue sis tuam conténdas iram cóntra cum ira Líberi.

Non. 259, 5 'contendere significat comparare ...'

XIV

'Oderunt di hominés iniuros. — 'Egone an ille iniúrie
Fácimus?

Non. 124, 30 'iniurie dictum pro iniuriose.'

di homines iniuros *Bothius*, *idem personas distinxit.* dii (idii $\psi$) homines iniuriose (iniuriosae *HL*) $\omega$

XV

Síc quasi amnis céleris rapit, sed támen inflexu fléctitur

Non. 191, 34 'amnem ... feminino ...' (lucurgo Leid.)

sic] sed $\omega$ celeris] cis $\omega$ cita *Bue* sed] se *Bue* in fluxu *Mercerus*

XVI

Iam íbi nos duplicat áduenientis ..... timos

Non. 487, 8 'uapor et uapos et timor et timos ...'

*Suppleri velut* anxiae mentis (*cf. coroll.* XIII *sq.*) *potest* timos pauos $\omega$ iam ibí nos d. a. tímŏs pauos *Bue*

XVII

Námque ludere út laetantis ínter sese uídimus
Própter amnem, aquám creterris súmere ex fonte ...

Non. 547, 28 'creterra est quam nunc situlam uocant.' Idem locus olim laudabatur p. 84, 14 'colustra ... Laberius in Virgine: si quidem mea colustra fretus terris studere fecisset sumere aquam ex fonte', in quibus [cre]terris sumere aquam ex fonte verba ex alia de creterris glossa, quae sequebatur, videntur illata esse.

1 namque ludere ut *Vossius* nam ue ludere *Ba* nam ut ludere $\varphi$ sese *Vossius* se $\omega$ 2 propter *Junius* praeter $\omega$

aquam creterris sumere ex fonte] creterris sumere aquam ex ponte *ω p.* 547, *nisi quod* fonte *HP* sponte *Ba L*[1] s. a. ex fonte *ω p.* 84 *Anapaestos* nam ut lúdere laetantís inter se uídimus, ut petere ámnem, | cretérris sumere aquam éx fontei *commendavit Bue*

XVIII

Pállis patagiís crocotis málacis mortuálibus

Non. 540, 5 'patagium, aureus clauus, qui pretiosis uestibus inmitti solet...' Idem 548, 26 'caltulam et crocotulam, utrumque a generibus florum translatum, a calta et a croco...'

malicis *W p.* 540 malaciis *Ba* malatiis *φ p.* 548 manicis *Aldina p.* 540 mortalibus *ω p.* 548 malaciis monilibus *Bergkius*

XIX

⟨síc⟩ sine ferro pécua manibus ⟨suéta⟩ ut ad mortém meant.

Non. 159, 7 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres dixerunt. Neuius ... idem Lycurgo: sine ferro pecora manibus ut ad m. m. Accius Astyanacte: in celsis montibus pecua atque inter colles pascunt' e. q. s.

pecua *Mercerus* pecora *ω* mansueta ad m. m. *senario Bue*

XX

. ut uideam Vólcani opera haec flámmis flora fíeri

Non. 109, 25 'flora'.

*septenarium expleas transponendo:* haéc ut uideam V. o. fieri flora *ω* *iambicum octonarium dimetitur Onions, in exitu* feruidis *supplens.*

XXI

Proinde húc Dryante régem prognatúm patre,
Lycúrgum cette!

Non. 84, 32 'cette significat dicite uel date, ab eo quod cedo.'

proinde huc Dryante] proin dustriantte *ω* proin Dryante *Junius* patrem *W*

XXII

Iam sólis aestu cándor cum liquésceret

Non. 334, 32 'liquidum rursum significat molle et fluxum . . .'

calor *B* cum *ed.* 1480 cui ω

XXIII

Laté longeque tránstros nostros féruere

Non. 503, 19 'ab eo quod est feruit, breuiato accentu feruere facit, ut spernit spernere . . .'

transtros nostros] trans nostros ω Thraces nostros *Bothius*

XXIV

Vós qui astatis óbstinati . . . . . . .

Festus p. 193 M. 'obstinato, obfirmato, perseueranti . . .'

## INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

Ex incertis quaedam licere etiam comoediae adscribi consentaneum (cf. Leo Plaut. Forsch. 83).

I

Mále parta male dílabuntur.

Pauli Festus p. 222 M. 'partus et pro nascendo ponitur et pro parato.' Cicero Phil. II 27, 66 'sed ut est apud poetam nescio quem . . .' Pseudoacro ad Hor. carm. III 24, 61 'quae per scelus adquiruntur congreganti nihil prosunt, dum relicta indignis heredibus per luxuriam consumuntur, ut: male p. m. d.' cf. Plauti Poen. 834.

II

Mare ínterbibere

Isidorus Orig. V 26 'praepositionem inter pro e ponebant antiqui.'

III

Dubií fauentem pér fretum intro cúrrimus.

Non. 205, 27 'fretum . . . masculini . . .'

feruentem *Onions*

IV

Díabathra in pedíbus habebat, érat amictus épicroco.

Varro de l. l. VII 53 'apud Naeuium: risi egomet' e. q. s. — 'idem: diabathra' e. q. s. 'utrumque uocabulum Graecum.' (ennium $\chi$) cf. Pauli Festus v. diabathra p. 74 De Baccho uidentur in Lucurgo dicta esse.

pedibus *Rholandellus* pecudibus $\omega$ *an* pedibús? *cf. Plauti Most.* 402 *Titin.* 45: *contra sentit Lindsay latin language p.* 404 gerebat *fuit qui proponeret* et erat $\chi$

V

in montes ⟨cónfragos⟩

Isidorus Orig. XIV 8, 27 'confrages loca, in quae undique uenti concurrunt ac sese frangunt, ut Naeuius ait: in montes, ubi uenti frangebant locum.' item schol. Lucani VI 126 'confraga'

in m. ubi se uenti frangebant loci *Bergkius opusc.* I 348 ín montes, ⟨caua conualle⟩ ubi uenti frangebant locum *Bue*

VI

Circúmuenire uídeo ferme iniúria

Varro de l. l. VII 92 M. 'apud Naeuium ... ferme dicitur, quod nunc fere.'

ciccum $\psi$ *An* circumueniri uideor?

VII

Struíx malorum

Servius Dan. in Aen. IV 267 'exstruis a struice ... Naeuius nominatiuo singulari ...'

VIII

Néminem uidí, qui numero scíret quicquid scíto opust.

Festus p. 170 M. 'numero ... apud Naeuium ... i. e. nimium sciret.' Fortasse comoediae debetur h. v.

numero: *cf. coroll.* XV *sq.* quicquid *Bue* qui quod *cod.* scito *Scaliger* scit id (*h. e.* id est) *cod.* opus *cod.*

IX

.. trionum híc moderator rústicus

Isidorus Orig. XII 1 'hunc' (sc. bouem) 'Latini trionem uocant...'

meorum *addi potest* trion///m *Mon.* (u *superscr.*) trionem *Par.* *an* hic est?

X

Odí summussos: proínde aperte díce quid sit, quód times.

Pauli Festus p. 299 M. 'summussi murmuratores. Naeuius odi, inquit, summussos ... sit.' Apud Festum p. 298 M. haec apparent: '....ussi dicebantur .... Naeuius odi, inquit ...... inde aperte dice ...... times.'

dice id quid sit *Ed. Becker in Studemundi stud.* I 174 quod *supplevit Vrsinus*

XI

Quam númquam uobis Grái atque bárbari

XI. XII Cicero Orat. 45, 152 'nobis ne si cupiamus quidem distrahere uoces conceditur; indicant ... omnes poetae praeter eos, qui ut uersum facerent saepe hiabant, ut Naeuius: uos qui' e. q. s. 'et ibidem: quam numquam' e. q. s.

grati *Abrinc.* graia *Flor.* Graieis *Ritschelius nov. exc. Plaut.* I 113

XII

Vos quí adcolitis Hístrum fluuium atque álgidam

ques *vel* queis *vel* quis *Ritschelius l. l.*

# Q. ENNIVS

## ACHILLES

I

Sérua ciues, défende hostes, cúm potes deféndere.

Non. 277, 21 'defendere, depellere.'

o qui te serua *B*, *in quibus olim adnotavi varia latere posse velut:* opitule, acriter, aequiter. *Vahlenus* ociter *scripsit. Possit quispiam etiam de fabulae nomine pleniore cogitare, e. c.* Achille priore, *nam* equite, *quod statim in mentem venit, nihili est;* hospite, *qui legatos excipiat, nimis artum fabulae orbem circumscribere videtur*

II

..... per ego deúm sublimas súbices
'Vmidas, unde óritur imber sónitu saeuo et spíritu.

Festus p. 305 M. 'subices Ennius in Achille pro subiectis posuit, cum dixit nubes: per ego' e. q. s. Gellius IV 17 (positu, non natura praepositiones ob sub con cum verbo iacio compositas longas fieri) 'congruens igitur est, ut subices etiam, quod perinde ut obices compositum est, u litera breui dici oporteat. Ennius in tragoedia, quae Achilles inscribitur, subices pro aere alto ponit, qui caelo subiectus est in his uersibus [2. 3]: plerosque omnis tamen legere audias u litera producta.' Non. 169, 1 'subices noue positum non a subiciendo, sed altitudine. Ennius Achille: per... imber' (acille ψ).

1 sublimes χ, *om. Festus* subicis *Nonius, quod notavit Lachmannus ad Lucr. I* 744 2 inde *Festus* et *om. Festus* strepitu ψ *Gellii Versus recte disposuit Lachmannus ad Lucr. III* 227.

III

Quo núnc incerta re átque inoratá gradum
Regrédere conare?

Non. 166, 22 'regredere, reuocare.'

IV

'Interea mortáles inter sése pugnant proéliant.

Non. 472, 30 'proeliant.'

interea *Klussmannus* inta ω in terra *Maehly*

V

... nam consíliis obuaránt, quibus
iam ⟨iám⟩ concedit Héctor corde ⟨cállido⟩

Non. 147, 22 'obuarare, peruertere, deprauare, dictum a uaris.'

2 tam concedit hic ordo ω, *quae ut potui emendare et supplere conatus sum (coroll.* XVI *sq.*); *servari vult Bue hac fere sententia*: tám c. híc o. ⟨hominum quam omnes parent ceteri⟩. *anapaestos* nam cónsilieis ⟨Danai⟩ obuarant, quibu' iam conceditì' corde *habet x*

VI

Ita mágni fluctus éiciebantúr ..

Cicero in Verr. act. II 1, 18 'tum subito tempestates coortae sunt maximae, iudices, ut non modo proficisci, cum

cuperet, Dolabella non posset, sed uix in oppido consisteret: ita' e. q. s. Schol. Gronov. in l. l. 'ita magni' e. q. s. 'Enniano hemistichio usus est ex ea tragoedia, quae Achilles inscribitur.'

VII

summam tú tibi
Pró mala uita fámam extolles, pró bona partam glóriam:
Mále uolentes fámam tollunt, béne uolentes glóriam.

Isidorus different. 218 'inter famam et gloriam: gloria quippe uirtutum est, fama uero uitiorum.'

1 *sq.* et pro bona paratam *Isidorus*

Ex incertis fabulis huc referri possunt fr. I—VII; sed vide Hectoris Lutra.

## ACHILLES ARISTARCHI

I

Exsúrge, praeco: fác populo audiéntiam.
* * *
Siléteque et tacéte atque animum aduórtite:
Audíre iubet uos ímperator

Plautus Poenuli prol. 1 'Achillem Aristarchi mihi commentari lubet: Inde mihi principium capiam ex ea tragoedia. Sileteque ..... imperator histricus ..... Exsurge' e. q. s.

II

...... prolato aere ástitit

Festus p. 242 M. 'prolato aere astitit Ennius Achillae in' (in Achille Scaliger) 'Aristarchi cum ait, significat clipeo ante se protento.' Paulus p. 243 'prolato aere apud Ennium significat scuto ante se protento.'

## AIAX

I

Qui rém cum Achiuis gésserunt statím ..

Non. 393, 14 'statim producta prima syllaba a stando perseueranter et aequaliter significat ...'

acibis *L* *Posse hanc quoque versus formam fuisse:* .. qui rem cum A. g. statim *iambica ultimae vocis mensura docuit Ritschelius opusc.* IV 276; *sept. troch. praefert Bue*

II

'Animam misso sángui tepido túllii efflantés uolant.

Festus p. 352 M. '[tullios al]i dixerunt esse silanos, ali riuos, ali uehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniene. Ennius in Aiace: Aiax' e. q. s. Paulus p. 353 'tullios' e. q. s. 'Ennius: sanguine ... uolant.' cf. Soph. Ai. 1411. Ad eandem fabulam rettuli inc. nom. fr. X. XI. Tragicum Aiacem lusisse videtur Plautus Cist. 640 sq.

animam misso sangui *Hermannus* Aiax misso sanguine *cod.* efflant ecuolam, *i. e.* euolantem *coni. coroll.* XVII

## ALCVMEO

De epenthesi disseruit Ritschelius opusc. II 474 sq. 485 sq.; brevem E vocalem vindicavi ibidem p. 512 sqq.

I

factum est iám diu

Non. 127, 13 'iam diu pro olim ... Ennius Alcmeone ...' (alcimeone Vrbin.)

II

Múltis sum modis círcumuentus, mórbo, exilio atque ínopia;
Túm pauor sapiéntiam omnem mi éxanimato expéctorat;
Máter terribilém minatur uítae cruciatum ét necem.
Quaé nemo est tam fírmo ingenio et tánta confidéntia
Quín refugiat tímido sanguen átque exalbescát metu.

Cicero de orat. III 58, 218 'aliud' (sc. uocis genus sibi sumit) 'metus, demissum et haesitans et abiectum [1—5].' Idem de fin. IV 23, 62 'hoc uero te ferre non potuisse, quod antiqui illi ... crediderint, eius, qui honeste uiueret, si idem etiam bene ualeret, bene audiret, copiosus esset, optabiliorem fore uitam melioremque et magis expetendam, quam illius, qui aeque uir bonus multis modis esset, ut Enni Alcmeo circumuentus ... inopia.' Idem de orat. III 38, 154 'nouantur autem uerba, quae ab eo, qui dicit, ipso gignuntur ac fiunt, uel coniungendis uerbis ut haec [2].' Idem Tusc. disp. IV 8, 19 'pauorem, metum mentem loco mouentem, ex quo illud Ennius [2].' (Ennii Baiterus.) Non. 16, 7 'expectorare ... Cicero de or. lib. III: [2].' Quintilianus VIII 3, 31

'at ueteres ne expectorat quidem timuerunt.' Cicero de fin. V 11, 31 'quis est enim aut quotusquisque, cui mors cum adpropinquet, non refugiat' e. q. s. [5]. Non. 224, 16 'sanguis neutro ... Cicero de fin. b. et m. lib. V: quotusquisque est' e. q. s. Priscianus p. 708 P. 'ueteres hoc sanguen dixerunt. Cicero in Hortensio: ut ait Ennius, refugiat' e. q. s. [5].

1 multimodis sum *Bothius, rursus commendavit CFW Mueller: cf. Cicero or.* 45, 153 2 s. omnem, *om.* mi, *Abrinc. Erl. a Cic. de or. III* 218 s. mihi omnem *vel* omnem s. mihi *ψ Nonii* exanimato *Erl. a de or.* ex anima *Tusc. ω* expectoret *Tusc. Brux.* expectaret *Gud. Reg.* 3 mater] alter *libri integri, om. mutili, tuetur Bue* ultor *Vahlen ind.* 1888/9 *p.* 4 minitatur *libri int.* 4 quae: *cf. Vahlen ind.* 1887/8 *p.* 6 5 fugiat *Nonius* sanguine *libri Ciceronis de or. praeter Abrinc. et Erl. a*

III

... unde haéc flamma oritur?

* * *

Incedunt incédunt: adsunt ádsunt, me med éxpetunt.

* * *

Fér mi auxilium, péstem abige a me, flámmiferam hanc uim, quaé me excruciat.
Caérulea incinctae ángui incedunt, círcumstant cum ardéntibus taedis.

* * *

⟨Eccum⟩ íntendit crinítus Apollo
Arcum aúratum, lunáta micans
Diána facem iacit á laeua.

Cicero Acad. pr. II 28, 89 'quid? ipse Alcmeo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire' (cf. IV), 'nonne ibidem incitato furore: unde' e. q. s. [1] 'et illa deinceps: incede' e. q. s. [2] 'quid? cum uirginis fidem implorat: [3 sq.] num dubitas, quin sibi haec uidere uideatur? itemque cetera: intendit' e. q. s. [5—7] 'qui magis haec crederet, si essent, quam credebat, quia uidebantur? apparet enim iam cor cum oculis consentire.' Cicero pro Rosc. Am. 24, 67 'quemadmodum in fabulis saepenumero uidetis eos, qui aliquid inpie scelerateque commiserint, agitari et

perterreri Furiarum taedis ardentibus.' cf. idem in Pison. 20, 46.

1 *posse anapaestos esse ut 3 sq. monet Bue*, 2 *autem fort. creticos fuisse.* 2 in caede in caede *Vindob.* incede *semel Erl.*, *bis ceteri libri.* '*necessariam emendationem* incedunt, *sc. Furiae*', *quam in proecdosi dederam*, '*iam Lambinum habere in marg.*' *narrat Halmius.* adsunt *bis Orellius, semel* ω, *ter ipse in proecdosi* me me *Orellius* me *semel* ω in caedem meam, in caedem adsunt, adsunt, me expetunt *x* incede incede, adsunt, me expetunt *tuetur Vahlen ind.* 1887/8 3 *sq. Possunt etiam anapaesti videri, et probavit dimetros x* 4 caerulea *Vindob.* caeruleae *ceteri libri* caeruleo *Columna* angui *Columna* igni ω 5 eccum *suppl. coroll.* XVIII in me *x* hac *suppl. Vahlen l. l. p.* 4 6 lunata micans *coni. cor.* XVIII luna innixus ω, *tenet Vahlen l. l.*

IV

Séd mihi ne utiquam cór consentit cum óculorum aspectú ..

Cicero Acad. pr. II 17, 52 'quod idem contingit insanis, ut et incipientes furere sentiant et dicant aliquid, quod non sit, id uideri sibi; et cum relaxentur, sentiant atque illa dicant Alcmeonis.' Ibidem II 27, 88 'Ennius non diceret se uidisse Homerum, sed uisum esse, Alcmeo autem: sed ... consentit.' cf. III. Festus p. 165 M. 'neutiquam [pro nullo modo dici testis est ...] cum ait: sed .......... ........... lorum aspect.'

*exitus versus fuit fortasse* aspectu truci *ut Pacuv.* 3

ALEXANDER

I

Voláns de caelo cúm corona et taéniis

Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati — — Ennius in Alexandro ...'

II

Iam dúdum ab ludis ánimus atque aurés auent
Auide éxpectantes núntium.

Varro de l. l. VI 83 M. 'aures ab aueo, quod his auemus discere semper, quod Ennius uidetur ἔτυμον ostendere uelle in Alexandro cum ait ...'

III

Hóminem appellat: 'quíd lasciuis, stólide?' non intéllegit.

Festus p. 317 M. 'stolidus, stultus. Ennius — et in Alexandro . . .'

lasciuis, stolide *Scaliger* lasciui stolide *cod. Possis etiam sic distinguere:* hominem appella. — quid lasciuis, stolide? — non intellegit. *vel:* hominem appella. — quid lasciuis, stolide? non intellegis?

IV

Múlti alii aduentánt, paupertas quórum obscurat nómina.

Macrobius Sat. VI 1, 61 'Vergilius: multi praeterea, quos fama obscura recondit. Ennius in Alexandro . . .'

alii *om. Salisb.*

V

Quápropter Parím pastores núnc Alexandrúm uocant.

Varro de l. l. VII 82 'apud Ennium: [65] item: quapropter' e. q. s. 'imitari dum uoluit Euripiden et ponere ἔτυμον, est lapsus: nam Euripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta.'

VI

Hecuba

Séd quid oculis rábere uisa es dérepente ardéntibus?
'Vbi illa ⟨tua⟩ paulo ánte sapiens uírginali' modéstia?

Cassandra

Máter, optumárum multo múlier melior múlierum,
Míssa sum supérstitiosis áriolatiónibus:
Námque Apollo fátis fandis démentem inuitám ciet.
Vírgines uereór aequalis, pátris mei meum factúm pudet,
'Optumi uirí. mea mater, tuí me miseret, meí piget:
'Optumam progéniem Priamo péperisti extra me: hóc dolet.
Mén obesse, illós prodesse; me óbstare, illos óbsequi!

* * *

'Adest, adest fax óbuoluta sánguine atque incéndio;
Múltos annos látuit: ciues, férte opem et restínguite!
Iámque mari magnó classis cita
Téxitur: exitium éxamen rapit:
'Adueniet, fera uéliuolantibus
Náuibus complebít manus litora.

Cicero de diu. I 31, 66 (praesagitio.. inclusa diuinitus) 'si exarsit acrius, furor appellatur, cum a corpore animus abstractus diuino instinctu concitatur: [1—9] O poema tenerum et moratum atque molle! sed hoc minus ad rem. illud, quod uolumus, expressum est, ut uaticinari furor uera soleat: [10. 11] deus inclusus corpore humano iam, non Cassandra loquitur: [12—15] tragoedias loqui uideor et fabulas.' Idem Orat. 46, 155 'itaque idem poeta, qui inusitatius contraxerat patris m. m. f. pudet pro: meorum factorum, et [13] pro: exitiorum, non dicit liberum ... At ille alter in Chryse ... Atqui dixit Accius ...' Idem de diu. II 55, 112 'at multi saepe uera uaticinati, ut Cassandra: iamque mari magno. eademque paulo post: eheu uidete.' Idem ad Att. VIII 11, 3 'προθεσπίζω igitur ... non ariolans ut illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens: iamque mari magno, non multo, inquam, secus possum uaticinari; tanta malorum impendet Ἰλιάς.' Non. 112, 25 'faxs pro face. Varro ... idem Sexagesi: adest fax inuoluta incendio.' cf. idem 328, 22.

1 rabere *Lambinus e codd.* rapere ψ  uisa es *Lambinus* uisa est ω  2 tua *inseruit Reizius*, *initio* aut *suppl. Lachmannus: hiatum* pausillo *expleret*. ubi paullo ante sapiens illa *Auratus* uirginali ω *cf. Lachmannus ad Lucr.* I 186  *ad tollendum dactylum* uirginis *proposui, sed dubitanter, coroll.* XIX; *ceterum cf. Vahlen Herm.* 17, 605 *et Leo Plaut. Forsch. p.* 263 *adn.* 2  3 optumarum *Hauptius* optumatum (optima χ) ω: *cf. coroll.* XIX multo *om. Leid. H* multa *Leid. A*  5 namque] neque me ω namque me *Hottingerus* meque *Grotius*  6 uereor] uero ω *cf. coroll.* XIX  fatum *H, Grotius*  8 *Adlitteratione* Peramo *commendatur: cf. Ritschelius opusc. II* 497  peperisti *cod. Eliensis* reperisti *H* repperisti *Leid. A B V(ind.)*  9 men *A V* me* *B H* me φ med *Lambinus*  10 inuoluta *Varro*  11 referte *A H V*  14 aduenit et f. *V* aduenit ecfera *Wakefieldus*  15 complebit χ compleuit ψ  *Futura commendantur v.* 56 *et* 60

VII

eheú, uidete!
Iúdicauit ínclutum iudícium inter deás tris aliquis:
Quó iudicio Lácedaemonia múlier, Furiarum úna, adueniet.

Cicero de diu. I 50, 114 'furibunda mens uidet ante multo, quae sunt futura: quo de genere illa sunt . . .' cf. ibidem II 55, 112 (VI).

1 iudicauit ω, *cf. Bue mus. Rhen.* 27, 477 iudicabit *post Bergkium Hauptius, qui numeros constituit*

VIII

O lúx Troiae, germáne Hector!
Quid íta ⟨iacentem té tuor⟩ cum tuó lacerato córpore,
Miser, aút qui te sic tráctauere nóbis respectántibus?

Macrobius Sat. VI 2, 18 'Vergilius: o lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum, et reliqua. Ennius in Alexandro . . .'

2 *lacunam e. c. explevi* 3 respectantibus tractauere nobis ω, *quae in ordinem redegi. Omnia servari vult Vahlenus Herm.* 12, 400. 15, 262, *nisi quod v.* 3 es *post* miser *inserit, trochaeos dimetiens misere languidos; aliter idem mus. Rhen.* 14, 567. *ad anapaestos redigi vult Bue*

IX

nam máximo
Saltú superabit gráuidus armatís equus,
Qui suó partu arduam ⟨árcem⟩ perdat Pérgama.

Macrobius Sat. VI 2, 25 'Vergilius: cum fatalis equus saltu super ardua uenit Pergama, et armatum peditem grauis attulit aluo. Ennius in Alexandro . . .' ibidem III 13, 13 'ut ille Troianus equus grauidus armatis fuit.'

1 nunc *Par.* 2 superabit *Vossius* superauit ω 3 ardua ω Pergama *om. Salisb.* suo qui p. perdat Pergama ardua *Bergkius* qui ⟨cum⟩ suo partu ardua p. P. *Vahlenus Herm.* 12, 253

X

† — amidio purus putus

Festus p. 217 M. '[putum pro puro dixisse] antiquos — — ne[que aliter accepit Ennius cum dixit] inalexandr......... amidio purus put[us].' Gellius VI 5 'scriptum est autem

purum putum ... tum in Q. quoque Ennii tragoedia, quae inscribitur Alexander.'

Catamidio *Vossius*

Aliquo huius fabulae loco Cassandra dixisse potest inc. inc. fab. IX. Praeterea ad eam probabiliter referuntur inc. nom. XII et inc. inc. fab. X. Ex prologo sumptum esse conieci inc. inc. fab. V.

## ANDROMACHA AECHMALOTIS

Formam tituli Aecimalotis indicant librorum corruptelae. Cf. Cicero de opt. gen. or. 6, 18 de diuin. I 12, 23 Acad. pr. II 7, 20. Acta est ludis Apollinaribus a. 700 teste Cicerone ad Atticum IV 15, 6.

I

. . . annos múltos longinque áb domo
Bellúm gerentes súmmum summa indústria

Non. 402, 3 'summum, gloriosum, laudabile ... Ennius Andromaca haec malo ...' Idem 515, 14 'longinque et longiter pro longe. Accius Andromache eimalo ...' (eimala Bamb.)

1 a domo *Nonius p.* 515

II

Andrómachae nomen qui índidit, recte índidit.

Varro de l. l. VII 82 M. 'apud Ennium: Andromachae' e. q. s.

recte ei indidit *Flor.*

III

. . . . . . sed quasi ferrum aút lapis
Durát, rarenter gémitum conatúr trahens

Non. 515, 27 'rarenter ... Ennius Andromacha: sed' e. q. s.

1 quasi ferrum *Ba* $H^2$ *PW* quasi aut ferrum *φ* 2 conatur trabem *ω* conatu trahens *vel* conatur grauem *Fruterius*

IV

Quíd fit? seditió tabetne, an números augificát suos?

Non. 76, 1 'augificat, auget. Ennius Andromacha: quid fit' e. q. s.

tabetne *Lipsius* tabesne *ω* numeros *Aldina* numerus *ω*

V

Nám neque iratí neque blandi quícquam sinceré sonunt.

Non. 505, 25 'sonunt ... Ennius Andromace ethemapotide ...'

quicquam *ed. pr.* quiquam *ω*

VI

Acherúnsia templa alta 'Orci,
Pallída leto, nubíla tenebris loca, sálvete, infera ⟨noctis⟩!

Varro de l. l. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ... in terra, ut in Periboea ... sub terra, ut in Andromacha: Acherusia t. a. O. saluete infera.' Cicero Tusc. disp. I 21, 48 'Acherunsia ... loca.' cf. Lucretius I 121.

1 *sqq. anapaestos Aristophaneos agnovit Bue, solutos dimensus est Bergkius* Acherusia *Varro. De correpta vocali cf. coroll.* XX 2 leto nubila *Bruxell.* leti onubila *Reg. Gud.* leti nubila *Oxon. plerique* Lethes obnubila *Eliens. b* leti, obnubila *ego olim* loca *om. Varro*

VII

Nam ubi íntro ducta est, púerumque, ut lauerént, locant
In clúpeo

Non. 504, 16 'lauere ... Ennius Andromacha: nam' e. q. s.

*De structura cf. cor. com.* CXIV.

VIII

Rapit éx alto nauis uéliuolas

Macrobius Sat. VI 5, 10 'ueliuolum ... Ennius in quarto decimo ... idem in Andromache ...' Servius in Aen. I 224 'Ennius: naues ueliuolas.'

capit *Paris.* nauis *monosyll. vid.* $\overset{es}{\text{nauius}}$ *Cassell.* rápit *e. q. s. Bue*

IX

Quíd petam praésidi aut éxequar? quóue nunc
Aúxilio éxili aút fugae fréta sim?

'Arce et urbe órba sum. quo áccedam? quo ápplicem?
Cuí nec arae pátriae domi stant, fráctae et disiectaé iacent,
Fána flamma déflagrata, tósti alti stant párietes
Déformati atque ábiete crispa

* * *

O páter, o patria, o Príami domus,
Saeptum áltisono cardíne templum!
Vídi égo te astante ope bárbarica
Tectís caelatis lácuatis,
Auro ébore instructam régifice.
Haec ómnia uidei inflámmarei,
Priamó ui uitam euítarei,
Iouis áram sanguine túrparei.

Cicero Tusc. disp. III 19, 44 'quaerendum igitur, quemadmodum aegritudine priuemus eum, qui ita dicat [369—371].... Ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta [89]. Huic subuenire debemus; quaerit enim auxilium [1—6]. Scitis quae sequantur, et illa in primis [7—11]. O poetam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. Sentit omnia repentina et necopinata esse grauiora. Exaggeratis igitur regiis opibus, quae uidebantur sempiternae fore, quid adiungit? [12—14] Praeclarum carmen! est enim et rebus et uerbis et modis lugubre.' Idem de orat. III 47, 183 'paeon ... par fere cretico, qui est ex longa et breui et longa, ut [1]' laudata illa Rufino de metr. p. 2716 P. (rhett. Latt. p. 578 H.) Cicero de orat. III 26, 101 (postquam de Roscio dictum est) 'quid? ille alter: quid petam praesidi? quam leniter, quam remisse, quam non actuose! instat enim [7]: in quo tanta commoueri actio non posset, si esset consumpta superiore motu et exhausta.' Servius in Aen. II 241 'o patria: uersus Ennianus.' Cicero Orat. 27, 93 'alio modo transtulit cum dixit Ennius arce et urbe orba sum, alio modo, si pro patria arcem dixisset.' Idem de orat. III 58, 217 'aliud' (uocis genus sibi sumit) 'miseratio ac maeror: flexibile plenum interruptum flebili uoce ... et illa [7] et quae sequuntur [12. 13].' Idem Tusc. disp. I 35, 85 'Priamum ... hostilis manus interemit. Hic si uiuis filiis incolumi regno occidisset astante ope barbarica [10], utrum tandem a bonis an a malis discessisset?

Tum profecto uideretur a bonis. At certe ei melius euenisset, nec tam flebiliter illa canerentur [12—14].' Servius Dan. in Aen. I 726 'legitur et lacuaribus. Cicero Tusculanarum [10].' Cicero Tusc. disp. III 22, 53 'hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare: haec omnia uidi, sed iam decantauerant fortasse.' Non. 181, 1 'turpari, a turpitudine. Cicero Tusculanarum lib. IIII [14]'. Quaedam ex hoc cantico in Accii Eurysace agenda anno 696 Aesopus ex Andromacha Ennii transtulit, e. c. o pater et v. 12: sic enim Ciceronis pro Sestio 57, 121 narrationem interpretandam esse demonstravi in quaest. scen. 328 sq. Idem carmen Tacitum annal. XIII 15 intellegere animadvertit Columna. Adlusit Plautus Bacch. 933 (cf. quaest. scen. 353). Colorem ex hoc loco traxit Porcius Latro in Senecae controv. p. 153 K. (106 M.)

1—14 *numeros constituit Bentleius* 2 exili ψ, *Bentleius, om.* χ exilii *Reg. Gud. Brux.* fugae *unus Oxon., Bentleius* fuga φ *hiatum tollas* quo *post* aut *inserendo* 3 accedam (*h. e.* accidam) *libri optimi, Bentleius* accidam *Bern. b corr., vulg. Cretica illius quoque formae mensura* 4 patri' *Bentleius* 5 stant: *cf. coroll.* XXI 6 abiete: *cf. Lachmannus in Lucr. II* 991 7—14 *solutos anapaestos agnovit G. Hermannus* 9 adstantem ψ *Tusc. III* 19 10 lacuatis *Servius* laqueatis *Ciceronis* ω 12 uidei *Vahlenus* uidet *Abrinc. Erl. de or.* uidi φ inflammari ω 13 euitarei *Vahlenus* euitaret *Abrinc. Erl. ibid.* uitari φ 14 turpari ω

X

Ex ópibus summis ópis egens, Hectór, tuae

Cicero Tusc. disp. III 19, 44 (cf. IX).

XI

Quantís cum aerumnis íllum exanclauí diem!

Non. 292, 8 'exanclare etiam significat perpeti. Ennius Andromache malo torquentis cum' e. q. s. (torquantis ψ Andromache molotto: quantis Mercerus Andr. aechmalotide: quantis Rothius.)

XII

Vidí, uidere quód me passa aegérrume,
Hectórem curru quádriiugo raptárier,
Hectóris natum dé muro iactárier.

Cicero Tusc. disp. I 44, 105 'trahit Hectorem ... Achilles ... At illa sicut acerbissimam rem maeret: [1. 2] ... Melius Ac-

cius . . .' Varro de l. l. X 70 M. 'non modo poetae, sed etiam plerique . . . dicebant ut quaestorem praetorem, sic Hectorem Nestorem. Itaque Ennius ait [3].' V. 2 obversabatur Vergilio Aen. I 483. Vtrumque locum coniunctum Andromachae tribuit Scaliger.

1 me ψ: *cf. coroll.* XXI sum *Vind. a Duisb., Davisius* 3 de Troiano muro ω: *glossema eiecit Scaliger* iactarier *Scaliger* iactari ω

XIII

Festus p. 298 M. '[summ]ussi dicebantur [murmuratores] . . Naeuius — Ennius in sexto — [Enniu]s in Andromacha: di . . . . n est: nam mussare si . . . . .'

Ex hac fabula nescio an sit inc. nom. XIII.

## ANDROMEDA

I

. . . . quae cáua caeli
Signítenentibus confícis bigis

Varro de l. l. V 19 M. 'a Chao cauum et hinc caelum . . . . itaque dicit Andromeda nocti: quae' e. q. s. . . . 'et Ennius item ad cauationem . . .' (Andromeda Scaliger andromada Par. b. androma Flor. Ex Euripidis Andromeda fr. 114 N. *ὦ νὺξ ἱερά, ‖ ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις ‖ ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ' ‖ αἰθέρος ἱρᾶς ‖ τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου.* Caelius Aurelianus I 4 'tragicus poeta sacram noctem, hoc est magnam appellauit' quae ad Ennium potius quam ad Euripidem referenda videntur Buechelero ind. lectt. Bonn. 1877 p. 4.

1 quae *Scaliger* que ω 2 signitenentibus *explanavit Hauptius Herm.* 1, 25

II

Líberum quaesúndum causa fámiliae matrém tuae

Festus p. 258 M. 'quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium — — et in Andromedoa . . .' cf. Eurip. Androm. fr. 132 N[2].

quaesendum *vulgo* quaesdum *cod.*

III

⟨A⟩ fíliis proptér te obiecta sum ínnocens
Nereí.

Priscianus p. 733 P. 'filiabus ... et filiis tamen in eodem genere dictum est. Ennius in Andromeda ... [id est Nereidibus.]' cf. mus. Rhen. 29, 219.

a *Bue, qui iambos restituit; om.* **ω**

IV

Scrípeo inuestíta saxo, atque óstreis squamaé scabrent.

Non. 169, 21 'scapres pro scabres.' (scabra res?) Festus p. 333 M. 'scrupi dicuntur aspera saxa et difficilia attrectatu' (sic Paulus) '........... Ennius in An[dromeda ........... tita saxa atque hos ...................'

screpeo *FL* inuestita *sc. terga* saxa *cod. Festi* ostreis] hos — *cod. Festi* squamae scaprent *Mercerus* quam excrabrent **ω**

V

Córpus contemplátur, unde córporaret uúlnere.

Non. 20, 23 'corporare est interficere et quasi corpus solum sine anima relinquere.'

torporaret *Bergkius*

VI

... circúm sese uruat ád pedes, terra ócculit
Cáput.

Festus p. 375 M. 'uruat Ennius in Andromeda. significat circundat — — ait autem: circum' e. q. s.

1 a terra *cod.* occulit *Vossius* quadringentos *cod. ortum ex male intellectis* occ *litteris. de numeris cf. cor. com.* CVII

VII

.... rúrsus prorsus réciprocat fluctús fera.

Non. 165, 11 'reciproca, recipe' (sic Harl. in mg.) '... Ennius Andromeda ...' Idem 385, 1 'rursus, retro ... Ennius Andromeda ...'

rursus *ψ* russus *FH* riscus *W p.* 165 rusus *Palmerius* porsus *W p.* 385 prosus *Palmerius* rursus prouorsus, *ut senarius fieret, conieceram* fera *Bergkius* (*cf. hist. tr. R.* 169) feram **ω**

VIII

. . . . . . alia flúctus differt díssupat
Vísceratim mémbra, maria sálso spumant sánguine.

Non. 183, 17 'uisceratim.'

2 salso *Scriverius* salsa ω

Ad hanc fabulam pertinere suspicatus sum inc. nom. XIV—XVI. Scaenam fortasse respexit Varro in satura περὶ ἐξαγωγῆς fr. II et VI B.: sed cuius poetae fabulam in mente habuerit, plane incertum.

ATHAMAS

His érat in ore Brómius, his Bacchús pater,
Illís Lyaeus uítis inuentór sacrae:
Tum páriter euhan ⟨eúhoe cantans⟩ eúhium
Ignótus iuuenum coétus alterná uice
Inibat, alacris Bácchico insultáns modo.

Charisius p. 214 P. 'euhoe .... Ennius in Athamante: his erat' e. q. s. Negaverunt post Bothium Welckerumque et F. Albertus Lange quaest. metric. p. 16. 30 et Bernardus Schmidt mus. Rhen. 16, 599 sq. tam puros atque elegantes versus ab Ennio factos esse: cf. hist. trag. Rom. 205.

1 his erat *Fabricius* is erat *cod.* 2 Lyaeus *ed. pr.* liseus *cod.* 3 euhoe cantans *suppl. Bue* euhoe euhoe *Fabricius* euhoe resonit euhan euhius *x* 4 unosus *Vahlenus Herm.* 12, 400 5 insultas *cod. nota scriptura, de qua cf. Ritschelii opusc. II* 715 *sq.* exsultans *edd.*

CRESPHONTES

I

Aui ínter sese sórtiunt urbem átque agros.

Non. 471, 1 'sortirent pro sortirentur ..... sortiunt. Ennius Cresfonte: an inter se' e. q. s.

aui *cum Buechelero scripsi* an ω *cf. coroll.* XXII sese *Vossius* se ω

II

Audi átque auditis hóstimentum adiúngito.

Festus p. 270 M. 'redhostire — — nam et hostire pro aequare posuerunt. Ennius in chresponte . . .'

audi *Scaliger* audis *cod.*

[III

Iniúria abs te adfícior indigná, pater.
Nam si ínprobum esse Chrespontem exístimas,
Cur me huíc locabas núptiis? sin ést probus,
Cur tálem inuitam inuítum cogis línquere?

Pater

duxí probum:
Erráui, post cognóui et fugio cógnitum.]

Rhet. ad Herenn. II 24, 38 'utuntur igitur studiosei in confirmanda ratione duplici conclusione hoc modo [1—4]. Quae hoc modo concludentur, aut ex contrario conuertentur aut ex simplici parte reprehendentur. Ex contrario hoc modo:
Nulla te indigna, nata, adficio iniuria.
Si probus est, ⟨bene⟩ locaui: sin est inprobus,
Diuortio te liberabo incommodis.'
(2 bene locaui *Aldina* locaui ψ conlocaui φ   3 diuortii ψ 'Ex simplici parte reprehendentur, sei ex duplici conclusione alterutra pars diluitur, hoc modo: Nam si inprobum ... nuptiis? — duxi probum [6].' Rhetoris, non poetae esse tres illos versus: nulla e. q. s. olim dixi, nunc totum locum scholae reddendum esse adsentior Friderico Marx prol. p. 132. Eadem figura usus est Plautus in Sticho v. 129 sqq. (cf. quaest. scen. p. 353).

2 threspontem esse χ   esse Cresphontem aestumaueras *Kayserus in ed. pr.* esse Cresphontem ⟨hominem⟩ existimas *Vahlenus mus. Rhen.* 16, 579 Cr. existimaueras *alii*

IV

Ducít me uxorem líberorum síbi quaesendum grátia.

Festus p. 258 M. 'quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium — et in Chresponte ...'

duxit *Scriverius*

V

'Ego cum meae⟨met⟩ uítae parcam, létum inimico déprecer?

Gellius VII (VI) 16, 10 'deprecor ... significat abigo et

amolior, uel prece adhibita uel quo alio modo. Item Ennius in Cresphonte . . .' (chresiphonte χ).

meae cum *Bothius* (m. num *coni.*) ne parcam *O. Seyffertus hebd. Berol. phil.* 1884 *n.* 6 non p. *x*

VI

Cresphontes

'Eho tu, di, quibus ést potestas mótus superum atque ínferum,
Pácem enim inter sesé conciliant, cónferunt concórdiam.

Rhet. ad Herenn. II 25, 39 'item uitiosum est, quom quid pro certo sumitur quod inter omnes constat, quod etiam nunc in controuersia, hoc modo: eho' e. q. s. 'Nam ita pro suo iure hoc exemplo utentem Chrespontem Ennius induxit, quasi iam satis certis rationibus ita esse demonstrasset.' (thesprotum familiae M apud Marxium codd. threspontem E *cf. Vahlenus ind.* 1888/9 *p.* 17 *cum mea hist. trag. Rom.* 628 *sq.*) Cicero de inv. I 49, 91 'controuersum est, in quo ad dubium demonstrandum dubia causa affertur, hoc modo: eho' e. q. s.

1 eho tu di (*vel* dii) quibus *priore loco E, altero ω* studiis *M* est] esse *Parisini duo* *An* scin tu, di *scribendum?* motum *M* 2 enim *om. E* se *E, non male*

VII

† o pie eam secum áduocant,
. . . . . eunt ad fóntem, nitidant córpora

Non. 144, 14 'nitidant, abluunt, dictum a nitore. Ennius Cresponte . . .'

1 hospitem | sécuri aduocant, eunt *e. q. s. conieci trag. Rom. p.* 190; *ceterum varia ex traditis litteris elicere conati sunt, ipse* opiferam deorum *praeter alia proposui*, *tum* opiferam socium *Vahlenus olim*, *sed ind.* 1888/9 *p.* 18 ó pietas, eam secum *pentametrum scil. trochaicum dimetiens.* pedisecum *olim*, piant, secum *nunc Bue* Meropam secum adducunt *x* 2 fontem *H* fortem φ

VIII

Neque térram inicere néque cruenta cónuestire córpora
Mihi lícuit miserae, néque lauere lácrimae salsae sánguinem.

Macrobius Sat. VI 2, 21 'Vergilius: nec te tua funera mater Produxi pressiue oculos aut uulnera laui. Ennius in Cresphonte . . .' (cresiphonte Par. Cressiphonte Anglic. Med. a Salisb.)

1 corpora Mihi *Bothius* mihi corpora ω 2 neque miserae ω miserae nec *Vossius* neque meae *Bue* salsum ω, *om. Par.* lacrimis salsis *Vossius, probavit Bentleius*

## ERECHTHEVS

### I

Quis núnc aerumna meá libertatém paro,
Quibus séruitutem meá miseria déprecor.

Gellius VII (VI) 16, 9 'Q. Ennius in Erechtheo non longe secus dixit quam Catullus. Quibus nunc, inquit, aerumna' e. q. s. 'significat abigo et amolior uel prece adhibita uel quo alio modo.' (erictheo Vat. eritheo alii: cf. M. Hertzius ann. philoll. 1862 p. 787). Non. 290, 17 'deprecor, amolior, depello, propulso . . . Ennius Eripiteo . . .' (Erepiteo GHL Erechtheo Muretus).

1 quis *Mercerus* (*cf. coroll.* XXIII) qui *Gellii* ω cui *Nonius* quibus *edd. Gellii* libertate para *Nonii* ω 2 meam miseriam *Nonii* ψ

### II

Lápideo sunt córde multi, quós non miseret néminis.

Festus p. 162 M. 'neminis — — [Enni]us Erectheo: lapideo' e. q. s. Paulus p. 163 M. 'neminis genetiuo casu Cato usus est, cum dixit: sunt multi corde' e. q. s.

multi corde *Paulus*

### III

arma árrigunt:
Horréscunt tela.

Macrobius Saturn. VI 4, 6 'tum ferreus hastis Horret ager. horret mire se habet; sed et Ennius . . . et in Erechtheo . . .' (erecteo Par.)

argunt *Anglic.* rigent *Aldina*

Addi possunt ex inc. nom. fr. XVII. XXXIX. XLI. XLII, ex inc. inc. fab. XXVI.

## EVMENIDES

I

<Ita> sápere opino esse óptumum, ut pro uíribus
Tacére ac fabulári tute nóueris.

Non. 475, 1 'opino pro opinor . . . Pacuuius Chryse: inueni opino esse optumum Orestes ut heres sed tamen. Ennius Eumenidibus: tacere opino esse optumum' e. q. s. (Orestes . . . optumum om. Bamb.) cf. Aeschyli Eum. 277 sq. λέγειν ὅπου δίκη Σιγᾶν θ' ὁμοίως.

1 *sq.* tacere opino esse optumum et pro uiribus sapere atque ω, *in quibus* ut *pro* et *corr. Scaliger* sapere esse opinor optimum pro uiribus: Tacere ac *Bothius*

II

Nísi patrem matérno sanguine éxanclando ulcíscerem

Non. 292, 15 'exanclare, effundere.' cf. Aeschyli Eum. 466 sq.

ulciscerer *Montispess.*

III

Id ego aécum fecisse éxpedibo atque éloquar.

Non. 505, 8 'expedibo pro expediam. Pacuuius . . . Accius . . . Ennius Eumenidibus: id ego' e. q. s.

aecum accius fecisse ω aecum ac ius fuisse *Gulielmius* eloquor *W* íd ego ius atque aecum *Vahlenus ind.* 1888/9 *p.* 8

IV

Dicó uicisse Oréstem: uos facéssite!

Non. 306, 28 'facessere significat recedere.' Huc uidentur referenda esse quae apud Varronem de l. l. VI 61 M. leguntur: 'dico originem habet Graecam . . . hinc Ennius: dico qui. hinc dicare, hinc iudicare.' Conicio scriptum fuisse dico uicisse. Huic versui praemisisse uidetur Ennius inc. nom. XVIII. cf. Aeschyli Eum. 752: ἀνὴρ ὅδ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην. Ἴσον γάρ ἐστι τἀρίθμημα τῶν πάλων.

Orestem: uos facessite *Bothius*, *in quibus* facessite, *ut legitur in Vrbin., praeiuit Junius. De Latina nominis* Orestem *forma vide Ritschelium opusc. II* 487 *adn.* Oresten (horestem

*Vrbin.* orestenn *G*) uos ab hoc facessit (facessite *Vrbin.*) *ω* Oresten: hinc facessite *vel* Orestem: hinc uos facessite *Vossius. Non commendaverim* 'Ego dico uicísse Orestem: uós ab hoc facéssite

Praeterea huc referenda sunt inc. nom. XIX, inc. inc fab. LXXI et LXXII.

## HECTORIS LVTRA

Reddendum esse Ennio hunc titulum persuasit Bergkius cf. coroll. XXIII sq.

I

Nos quiéscere aequom est? nómus ambo Vlíxeum. 137 138

Diomedes p. 382 P. (ueteres) 'nomus dicunt pro eo quod est nouimus, ita ut Ennius in Lustris ...'

quiescere *sonare* quescere *probavit Fleckeisenus ann. philoll.* 1870 *p.* 77, *idem senarium dimensus. Titulorum exempla collegit Bue annall. philoll.* 1858 *p.* 69, *anthol. Lat. spec. I p.* 19: *multo plura Schuchardtius de vocalismo II* 448 *sq.* 514 *sq.* aequum (equum *Monac.*) *vulgo Interrogandi signum vulgo deest* Vlixeum *in septenarii clausula Bue mus. Rhen.* 15, 439 ulixem *ω*

II

Hectór ui summa armátos educít foras,
Castrísque castra Troiani inferre óccupant. 140

Non. 355, 15 'occupare est proprie praeuenire ... Accius Eurysace .... facere ultro in regem? idem Tereo ... Turpilius ... Ennius Haectoris listris ...'

1 Hector ui *Mercerus* Hectore *B* Haector ei *φ* inducit *B* foras *Junius* in foras *ω* 2 Troiani inferre *Hauet* (*ante hunc* Troiana i. *Bue*) ultro iam ferre (fere *W*) *ω* ultro inferre *Mercerus* conferre ultro iam *Bergkius* (conferre *Vossius praeierat*) adultera inferre *olim conieci* occupant *Hauet* occupat *ω*

III

át ego, omnipotens 〈Iúppiter〉,
Te expósco, ut hoc consílium Achiuis aúxili
Fuát.

Non. 111, 15 'fuam, sim uel fiam ... Ennius Haectoris lytris ...' (listris $H^2W$).

1 at ego] aego *L* 2 *senarios in trag. Rom. p.* 122 *dedi qui olim septenarium cum Bothio exhibueram; unum pentametrum troch. dimetitur Vahlenus ind.* 1888/9 *p.* 19 ted *Bothius* auxilii ω auxilio *Vossius: genetivum etiam Reifferscheidius tuetur ind. lectt. Vratisl.* 1885/6 *p.* 7; *dativum flagitat A. Luchs stud.* I 71

IV[a]

Quid hoc híc clamoris, quíd tumulti est? nómen qui usurpát meum?

Non. 489, 27 'tumulti. Ennius Haectoris lystris:' (sic LW lytris vel litris φ) 'quid hoc ... meum.'

*iambicum octonarium discripsit Bothius* qui tumulti est *Ba*

IV[b]

Quid in cástris strepiti est?

Non. 490, 7 'strepiti pro strepitus. Ennius Hectoris lystris: quid in castris strepiti est?' (lytris Bamb.) Coniungi utrumque frustum voluit G. Hermannus elem. d. m. p. 295.

strepitus est *W*

V

Saéuiter fortúnam ferro cérnunt de uictória.

Non. 511, 8 'saeuiter pro saeue ... Ennius Hectoris lystris ...'

fortuna ω ferri *Columna* Fortuna ferro cernit *Bothius*

VI

'Ecce autem calígo oborta est, ómnem prospectum ábstulit.

* * *

.... dérepente cóntulit sese ín pedes.

Non. 518, 18 'derepente ... Ennius Hectoris lystris ...' Cf. Homeri Il. XVI 790. 822.

1 oborta *Ba* aborta φ 2 pede *Ba*

VII

Quí cupiant dare árma Achilli, ei ípsi cunctent . .

Non. 469, 25 'cunctant pro cunctantur. Accius . . . Ennius Ambracia: bene mones: tute ipse cunctato, uide fortem uirum. Idem Hectoris lytris . . .'

ei ipsi *proposui coroll.* XXIV ut ipse *ω*: *v. supra.* ut ipsi *Junius* cunctet *H*[1] *supplementum* sumere *prop. Bue cf. Vahlenus ind.* 1888/9 *p.* 6

VIII

Quaé mea comminús machaera atque hásta hostibit é manu.

Festus p. 270 M. 'redhostire — nam et hostire pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte . . . et innectoris lyris . . .' (corr. Vrsinus.)

quae *Vrsinus* que *cod.* hostibit e manu *Ad. Schoellius* hospius manu *cod.* hostiuit e manu *Scaliger* hostiuit emanus *O. Mueller*

IX

Aés sonit, frangúntur hastae, térra sudat sánguine. 150

Non. 504, 32 'sonit pro sonat . . . Ennius Haectoris lystris . . .'

aes *N. Faber* et *ω* haste terrae *Ba*

X

Cónstitit, credó, Scamander, árbores uentó uagant.

Non. 467, 31 'uagas pro uagaris . . . Ennius Hectoris lytris . . .' (lystris HL corr. W) Contuli Homeri Il. XXI 326 sq.

arboris *ω* uacant *ut in Scipione Columna et Fruterius*

XI

sublímiter 153

Quádrupedantes . . . flammam hálitantes . . . 154

Diomedes p. 336 P. 'halare et halitare. Ennius in Lustris . . .'

1 sublimiter *Scriverius* sublimiter ut *Par. B* lublime iter *Par. A* lublime item *Monac.* 2 quadrupedantis *Par. B* s. flammam halitantes quadrupedes *senarium prop. Bue*

XII

........ íferum uastós specus

Non. 222, 33 'specus genere masculino ... Ennius Lytris ...' Cf. Homeri Il. XXIII 74.

XIII

Ducít quadrupedum bíiugam ⟨uim⟩, inuitám domat,
Euálida quorum infrénast nimis tenácia.

Non. 407, 22 'tenacia est perseuerantia et duritia. Ennius Haectoris listris ...' (lystris Bamb.)

1 ducit *Bue* ducet ω adducit *ipse proposueram* biiugam uim, inuitam domat *conieci* iugo inuitam doma ω uim, iugo inuitam domat *Bue* 2 infrena et iuge ualida quorum tenacia (frenatia *Ba*) infrenari minis ω *cf. coroll.* XXIV et ualida quoius tenacia infrenast nimis *Vahlenus* infrena et u. quorum nimis tenacia *Bue*

XIV

... per uos ét uostrum imperium ét fidem
⟨Meí,⟩ Myrmidonum uígiles, commiseréscite!

Non. 472, 27 'commiserescimus ... Ennius Hectoris lystris ...' (listris Bamb.)

1 *sq. senarios suadente Bue constitui, qui septenarios olim trochaicos laceros exhibuerim; pentametrum troch. cum Bergkio dimetitur Vahlenus ind. lectt.* 1885/6 *p.* 14, 1888/9 *p.* 19 per uos *Palmerius* seruos ψ useruos *Ba* et ūrorū *Ba* uostrorum ⟨omnium⟩ *Palmerius* u. ⟨ducum⟩ *x*

XV

Mélius est uirtúte ius: nam saépe uirtutém mali
Náncisncuntur: iús atque aecum se á malis spernít procul.

Non. 399, 8 'spernere rursum segregare. Ennius Haectoris lytris ...' (listris W)

*Versus quadratos agnovit et emendavit Fruterius* 1 ius *Gulielmius* eius ω 2 nascuntur *W*

Eiusdem fabulae fortasse fuerunt inc. nom. VIII et IX.

## HECVBA

### I

. . . . . . . . undantém salum

Non. 223, 23 'salum . . . masculini Ennius Hecuba . . .' Contulit Hermannus Eurip. Hec. 26.

### II

O mágna templa caélitum, commíxta stellis spléndidis!

Varro de l. l. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba . . .' Reddita his esse Euripidea Hec. 68 *ὦ στεροπὰ Διός, ὦ σκοτία νύξ* monuit Scaliger.

### III

Heú me miseram! intérii: pergunt láuere sanguen
sánguine.

Non. 224, 6 'sanguis . . . neutro.' Idem 466, 26 'lauare . . . uetustatis auctoritas posuit etiam polluere . . .' Idem 504, 6 'lauere inde tractum est. Ennius Telamone . . . idem Hecuba . . .'

eheu *EF*[3]*L*[2] *bis H*[1] *p.* 224 eu *W p.* 466 miserum *ω p.* 504 *Ba p.* 466

### IV

Haéc tu etsi peruérse dices, fácile Achiuos fléxeris:
Nám opulenti cúm locuntur páriter atque ignóbiles,
'Eadem dicta eadémque oratio aéqua non aequé ualet.

Gellius XI 4 'Euripidis uersus (293 sqq.) sunt in Hecuba, uerbis sententia breuitate insignes inlustresque. Hecuba est ad Vlixem dicens

*τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν*
*πείσει· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν*
*κἀκ τῶν δοκούντων αὑτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.*

Hos uersus Q. Ennius, cum eam tragoediam uerteret, non sane incommode aemulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt: haec' e. q. s. 'Bene, sicuti dixi, Ennius: sed ignobiles tamen et opulenti *ἀντὶ ἀδοξούντων καὶ δοκούντων* satisfacere sententiae non uidentur: nam neque omnes ignobiles *ἀδοξοῦσι* neque omnes opulenti *εὐδοξοῦσιν*.'

1 tametsi *Lugd. X* 2 nam opulenti cum *Porsonus* nam cum opulenti *ω* namque op. cum *Scaliger*

V

miseréte anuis:
Date férrum, qui me animá priuem!

Non. 474, 30 'miserete.'

1 anuis *Scaliger, qui anapaestos agnovit.* manus ω, *sed* m *exp. in L*

VI

Senéx sum: utinám mortem óppetam, prius quam éuenat
Quod ín pauperie et míseria grauitér gemam!

Non. 494, 1 'pauperies pro paupertate.' Idem 507, 18 'euenat pro eueniat.' Columna perspexit Talthybii esse apud Euripidem 497:

φεῦ φεῦ· γέρων μέν εἰμ'· ὅμως δέ μοι θανεῖν
εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί.

1 at iam *conieci* ut iam *x* (mortem utinam *idem*) tamen *O. Brugman* moriar mortem oppetam ω *p.* 494 eueniat ω *p.* 494 2 pauperie et miseria *Bue* pauperie mea (pauperiem *Ba p.* 494) senex ω pauperie mea miser *proposueram*

VII

Vide húnc, meae in quem lácrumae guttatím cadunt.

Non. 115, 33 'guttatim . . .' cf. Eurip. Hec. 760 ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ', οὗ καταστάζω δάκρυ;

hunc *Mercerus* hinc ω quem *Mercerus* quam ω lacrumae] meae *L*

VIII

Set númquam scripstis, quí parentem aut hóspitem
Necásset, quo quis crúciatu perbíteret.

Non. 153, 28 'perbitere, perire . . . .' Cf. Euripidis Hec. 802 sqq.

1 scripstis *Vossius* scripsistis ω qui *Junius* quis ω 2 quo quis *Vrbin.* quos quis φ quod is *conieci* is quo *Pontanus* cruciatu *Junius* cruciatur ω

IX

Quaé tibi in concubió uerecunde ét modice morém gerit.

Non. 342, 25 'modicum ueteres moderatum et commo-

dum dici uolunt ...' cf. Eur. Hec. 829: *ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων Χάριν τίν' ἕξει παῖς ἐμή, κείνης δ' ἐγώ;*
tibi: *cf. Skutsch Plaut. et Rom. p. 76 adn.* in cubio ψ

X

Iúppiter tibi súmme tandem mále re gesta grátulor.

Non. 116, 28 'g r a t u l a r i, gratias agere.'

XI

Seruius in Aen. VII 320 'Cisseis: regina Hecuba filia secundum Euripidem [Hec. 3] Cissei, quem Ennius et Pacuuius et Vergilius sequuntur.'

Praeterea huic fabulae tribuenda inc. nom. XX et XXI.

## IPHIGENIA

I

Agamemno

Quid nóctis uidetur in áltisono
Caelí clipeo?

Senex

temó superat
Stellás cogens etiam átque etiam
Noctís sublime iter.

Varro de l. l. VII 73 M. 'Quid noctis' e. q. s. [1—4] 'Hic multam noctem ostendere uolt a t e m o n i s motu.' Ibidem V 19 M. 'itaque dicit Andromeda nocti [I] et A g a m e m n o: i n a l t i s o n o c a e l i c l i p e o, cauum enim clipeum; et Ennius item ad canationem [374]' Festus p. 339 M. '[septentriones] — — Ennius: superat — —' Apuleius de deo Socr. 13. 'suspicientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, c l i p e o miris fulgoribus uariata caelamina.' Cf. Eurip. Iph. Aul. 6:

*Αγ. τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;*
*Πρ. Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου*
*Πλειάδος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης.*

2 *Personas distinxit G. Hermannus: sola* quid noctis uidetur? *Agamemnoni tribuit Vossius* 3 *sq.* stellas sublime agens (cogens *Guelf.*) etiam atque etiam noctis iter *Varronis ω*, *in*

*quibus* augens *A. Spengelius* agitans *Vahlenus ind. lectt.* 1880 *p.* 13 stellas cogens sublime etiam a. e. n. i. *Scaliger, in quibus* stellas *del. Hermannus*, cogens *ante* iter *transp. Bergkius* (*cf. coroll.* XXV) sublimen agens *Bue* cogens *habet Seneca Hf.* 128 4 noctis *del. x*

II

Agamemno

Procéde: gradum proférre pedum,
Nitére, cessas, o fíde . . ?

Festus p. 249 M. 'pedum est quidem baculum incuruum, quo pastores utuntur — — — sed in eo uersu, qui est in Iphigenia Enni: procede g. p. p. n. cessas? id ipsum baculum significari cum ait Verrius, mirari satis non possum, cum sit ordo talis, et per eum significatio aperta, gradum proferre pedum cessas? nitere.' Schol. Veron. in Verg. Ecl. 5, 88 p. 72 K. 'pedum . . . est baculum recuruum, quo pastores utuntur . . . ut ait Ennius in Ifigenia: gradum . . . fide. dici[tur pedum]' e. q. s. teste Arnoldo Herrmanno ann. philoll. 1866 p. 66. cf. Eurip. 137 ἀλλ' ἴθ' ἐρέσσων σὸν πόδα, γῆρας Μηδὲν ὑπείκων. Cicero Tusc. III 24, 57 his 'de paupertate agitur . . . . nec siletur illud potentissimi regis anapaestum, qui laudat senem et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem peruenturus' utrum Euripidem (16 sqq.) an Ennium in mente habuerit incertum est.

1 *sq.* pedum, Nitere, cessas? *cum Festo Hermannus: cf. Vahlenus l. l.* 16. nitere *ad* proferre *olim rettuli* (*coroll.* XXV) 2 o fide *schol. Veron.*, *om. Festus* senex *addidit Bergkius*

III

Chorus

'Otio qui néscit uti, plús negoti habet,
Quám si cuist negótiosus ánimus in negótio.
Nám cui quod agat ínstitutumst militi negótium
'Id agit, id studét, ibi mentem atque ánimum delectát suum.
'Otioso in ótio animus néscit quid uelit.
Hóc idem est: em néque domi nunc nós nec militiaé sumus:

'Imus huc, hinc ílluc: cum illuc uéntum est, ire illúc lubet:
'Incerte errat ánimus, praeter própter uitam uíuitur.

Gellius XIX 10, 11 'atque ibi Iulius Celsinus admonuit in tragoedia quoque Enni, quae Iphigenia inscripta est, id ipsum de quo quaerebatur' (uocabulum praeterpropter) 'scriptum esse et a grammaticis contaminari magis solitum quam enarrari. quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Enni iubet. in eius tragoediae choro inscriptos' (scriptos?) 'esse hos uersus legimus: otio ... uitam uiuitur. hoc ubi lectum est, tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem: audistine, inquit, magister optime, Ennium tuum dixisse praeterpropter et cum sententia quidem tali, quali seuerissimae philosophorum esse obiurgationes solent? petimus igitur dicas, quoniam de Enniano iam uerbo quaeritur, qui sit ignotus huiusce uersus sensus [8]' e. q. s. cf. ex Sophoclis Iphigenia fr. 287 N. *τίκτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή*.

1 *sqq. cf. coroll.* XXVI *versui* 1 *respondere volui v.* 5 2 quam cum est negotium in negotio *ω*, *quae ad numeros suos revocare studui singula incerta esse non dissimulans: tradita tuetur Vahlenus Herm.* 15, 262. quam cum quis negotioso fuerit in negotio *Vossius* 3 *In ras., sed a pr. m., Voss.* militi negotium *conieci* in illis negotiū *Reg. Voss. maior, in quibus* nil nisi negotium *latere Hertzio videbatur* in illo negotium *Vat. O Flor. N* in illo negotio *Vat. Π, Voss. min. m.* 2 is nullo negotio *Vossius* non ullo n. *Hermannus* is negotium *Bergkius* initiis *vel* initio n. *Bue* 5 animus hominis nescit *Hermannus* quid agat, quid uelit *Dziatzko* 6 hic *post* idem *inserueram* em *ψ*, *commendavit Vahlenus* enim *χ* nec *edd.* de *ω* 7 hunc *Reg. Voss. maior* hinc illinc *Voss. maior* illuc hinc *Par. Q*, *probabat cum I. Gronovio Hertzius* illuc *Par. Q* illinc *ψ* 8 uita *Salmasius*

## IV

Agamemno

Quís homo te exuperáuit usquam géntium inpudéntia?

Menelaus

Quis aútem malitiá te?

Cicero Tusc. disp. IV 36, 77 'ira ... cuius impulsu existit etiam inter fratres tale iurgium: quis homo' e. q. s. 'Nosti quae sequuntur: alternis enim uersibus intorquentur

inter fratres grauissimae contumeliae, ut facile appareat Atrei filios esse.'

1 usquam *Oxon. aliq.*, *Bentleius* umquam φ 2 quis ted (*vel* tete) autem malitia *scripseram* quis item m. te *Fleckeisenus* (*cf. coroll.* XXVII) qui autem m. te *Bentleius* quis te autem m. *Bouherius* ecquis autem m. te *Bergkius*

V

Agamemno

Ménelaus me obiúrgat? id meis rébus regimen réstitat.

Rufinianus de fig. sent. et eloc. p. 41 H. 'aganactesis, indignatio, quae fit maxime pronuntiatione. Ennius in Iphigenia ...' Haec duo fragmenta (IV et V) libere translata ex Euripideis 327 *ὦ θεοί, σῆς ἀναισχύντου φρενός.* 328 *οὐκ ἀναισχύντου τόδε;* 331 *οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;* 384 *εἶτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν ὁ μὴ σφαλείς;*

med *scribendo iambos efficias* (*coroll.* XXVII) restitat *Bentleius* restat ω

VI

Agamemno

'Ego proiector quód tu peccas: tú delinquis, ego árguor.
Pró malefactis Hélena redeat, uírgo pereat ínnocens?
Túa reconciliétur uxor, méa necetur fília?

Rufinianus de fig. sent. et eloc. p. 47 H. 'syncrisis siue antithesis, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum, ut: ego' e. q. s. Huc rettulit Columna.

1 *malo in hac editione memoriam servare, quam tuetur Vahlenus Herm.* 17, 605. ego proiector quod tu peccas; tu delinquas (delinquis *Rob. Stephanus*), ego arguor *ed. Basil.*, *unde* plector *eruit Pithoeus, quem secutus Bentleius* ut ego plectar ... arguar *coniecit*. egone plectar, tu delinques: tu pecces, ego arguar? *Porsonum secutus olim dedi*: *cf. coroll.* XXVII *sq.* ergo plector ego, tu peccas? tu delinquis, ego arguor *Fröhlichius* ergo plector, quod tu peccas? cum delinquas, arguor? *x* 3 necetur filia *Columna* negetur, filia mea *ed. Basil.*

VII

Plebés in hoc regi ántistat locó: licet
Lacrumáre plebi, régi honeste nón licet.

Hieronymus Epitaph. Nepotiani p. 598 Migu. 'prudenterque Ennius plebes, ait, in hoc' e. q. s. cf. epist. ad Heliod. 60, 14. Huc rettulit Columna contracta ex Euripideis 446:

ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον·
καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει
ἅπαντά τ' εἰπεῖν· τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν
ἄνολβα ταῦτα.

1 ut *Vahlenus ind.* 1880 *p.* 5 *Euripidis exemplo commendatum* loco *tuetur idem* large *proposueram coroll.* XXVIII

## VIII

## Achilles

'Astrologorum sígna in caelo quaésit obseruát, Iouis
Cúm capra aut nepa aút exoritur nómen aliquod béluarum.
Quód est ante pedes, noénu spectat: caéli scrutatúr plagas.

Cicero de rep. I 18, 30 laudato Ennii versu ann. 335 'cui ... in ore semper erat ille de Iphigenia Achilles: astrologorum' e. q. s. Idem de div. II 13, 30 'physicus, quo genere nihil arrogantius [3]'. Donatus in Ter. adelph. III 3, 32 'quod ante pedes modo est uidere] hoc sumpsit poeta de illo in physicum peruulgato Achillae' (ancillae ante Schopenum) 'dicto: quod est ante pedes, non uidet: caeli scrutatur plagas.' Seneca de morte Claudii 8 'quid in cubiculo suo faciat nescit, et iam caeli scrutatur plagas? deus fieri uult.' cf. Varro apud Nonium p. 369, 8. 382, 4: 'nos ádmirantes quod sereno lumine Tonuísset, oculis caeli rimari plagas.' Lacerum atque incertum Nonii testimonium p. 145, 13 'nepam quidam cancrum putant ad illud Plauti ... et illud aliud: aut cum nepa — — nam uere nepa scorpius dicitur.' Respicit etiam Minucius Felix 12, 7. Denique iuvat Platonis Theaetetum p. 174 laudare: ὥσπερ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα, ὦ Θεόδωρε, καὶ ἄνω βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ, Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν. ταὐτὸν δὲ ἀρκεῖ σκῶμμα ἐπὶ πάντας ὅσοι ἐν φιλοσοφίᾳ διάγουσι. cf. Laertius Diogenes I 8, 34. In vates apud Euripidem invehitur Achilles v. 955 sqq.

1 quaesit *Iac. Leopardi* QVIDSIT *cod.* quaerit *Maius in ed. sec.* opseruat: Iouis *Maius* OBSERVATIONIS *cod.* ob-

seruant: Iouis *Naekius* 2 momen *Ad. Kiesslingius dubitanter* lumen *Heinrichius* beluae *Heinrichius* 3 noenu *Fleckeisenus* nemo *Cicero* (*cf. coroll.* XXVIII) non *Donatus* spectat *Cicero* uidet *Donatus* quod pro pedibust *ex Minucio x* in caelo quid fit obseruationis Cum — nomen aliquod beluarum: Quod — nemo sp., c. scrutantur pl. *Vahlenus ind.* 1878 *p.* 5 *sqq.*

## IX

## Iphigenia

Acherόntem obibo, ubi mórtis thesauri óbiacent.

Festus p. 201 M. 'ob praepositione antiquos usos esse pro ad testis est Ennius — — et in Iphigenia . . .' cf. Euripidis v. 1375: κατθανεῖν μέν μοι δέδοκται κ. τ. λ.

obibo *Aldina* adibo *cod.* obiacent *Aldina* adiacent *cod.*

## X

Cicero Tusc. disp. I 48, 116 'Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, ut hostium' (sc. sanguis) 'eliciatur suo.'

204 Vnde Bergkius senarium

Vt hóstium eliciátur sanguis sánguine

effecit, quem cum fr. IX coniungi iussit. Ex Euripideis huc pertinent v. 1475: ἄγετέ με τὰν Ἰλίου καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν et 1484 sq.

## XI

203 . . . . quaé nunc abs te uíduae et uastae uírgines sunt

Seruius Fuld. in Aen. I 52 'uasto pro desolato ueteres ponebant. Ennius Ifigenia . . .' Cf. Euripidis v. 1335 sq. Helena incusatur.

*senarium* quae nunc sunt abs te uiduae uastae uirgines *proposui coroll.* XXIX

Ad eandem fabulam rettuli inc. nom. XXII—XXIV et inc. inc. fab. XI. XIII.

## MEDEA EXVL

### I

Nutrix

Vtinám ne in nemore Pélio secúribus
Caesa áccedisset ábiegna ad terrám trabes,
Neue índe nauis íncohandi exórdium
Coepísset, quae nunc nóminatur nómine
Argó, quia Argiui ín ea delectí uiri
Vectí petebant péllem inauratam árietis
Colchís, imperio régis Peliae, pér dolum.
Nam númquam era errans méa domo ecferrét pedem
Medéa, animo aegra, amóre saeuo saúcia.

Medea Exvl ex Euripidis Medea expressa: Cicero de fin. I 2, 4 de titulo cf. coroll. XXIX

Rhet. ad Herenn. II 22, 34 'hic id quod extremum dictum est satis fuit exponere, ne Ennium et ceteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est: [1—7] Nam hic satis erat dicere, si id modo, quod satis esset, curarent poetae: utinam ne era errans mea d. e. p.' (additum in codd. plerisque praeter Par. *Π* v. 9 a librario docto statuit Marx) (a) Cicero de fato 15, 35 'ex hoc genere illud est Enni [1. 2] Licuit uel altius: utinam ne in Pelio nata ulla umquam esset arbor! etiam supra: utinam ne esset mons ullus Pelius! similiterque superiora repetentem regredi infinite licet. Neue inde ... coepisset. Quorsum haec praeterita? Quia sequitur illud [8. 9] non ut eae res causam adferrent amoris' (b) Idem pro Caelio 8, 18 'quo loco possum dicere id quod ... Crassus ... paulo ante dixit, utinam ne in nemore Pelio, ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. Nam numquam era errans hanc molestiam nobis exhiberet Medea animo ... saucia.' (c) Priscianus de metris Terent. c. 2 p. 1325 P. 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi, ut Ennius in Medea: [1—8]' (d) Idem inst. p. 751 P. 'trabes pro trabs proferebant. Ennius in Medea: [1. 2]' (e) Varro de l. l. VII 33 M. 'sic dictum a quibusdam, ut una canes, una trabes ... Ennius: [1. 2]' (f) Quintilianus V 10, 84 'causas non utique ab ultimo esse repetendas, ut Medea, utinam ... Pelio, quasi uero id eam fecerit miseram aut nocentem, quod illic ceciderint abiegnae

ad t. trabes' (g) Donatus in Ter. Phorm. I 3, 5 'uetus elocutio utinam ne. Ennius in Medea: utinam ne in n. P. unquam cecidissent ad t. t.' (h) Iulius Victor c. 12 (rhett. Latt. p. 415, 33 H.) 'cum remotum quod ulterius quam satis est petitur, ut, si in nemore Pelio non cecidissent trabes, hoc scelus factum non esset.' (i) Cicero de invent. I 49, 91 'huiusmodi est illa quoque conquestio [1. 2]: longius enim repetita est, quam res postulabat.' (k) Idem Topic. 16, 61 'illud enim est tamquam utinam ne in nemore Pelio. Nisi enim accidissent abiegnae ad terram trabes, Argo illa facta non esset, nec tamen fuit in iis trabibus efficiendi uis necessaria.' (l) Idem de nat. deor. III 30, 75 'utinam igitur, ut illa anus optat, ne in nemore ... trabes.' (m) Idem de fin. I 2, 5 'an utinam ne in nemore nihilo minus legimus quam hoc idem Graecum' e. q. s. (n) Idem Tusc. disp. I 20, 45 'etenim si nunc aliquid adsequi se putant, qui ostium Ponti uiderunt et eas angustias, per quas penetrauit ea quae est nominata Argo, quia Argiui in ea dilecti uiri Vecti petebant pellem inauratam arietis.' (o) Hieronymus Marcellae viduae epitaph. (T. I p. 48 ed. Antverp. 1578) 'quibus rectissime illud Ennianum aptari potest: utinam ne in nemore Pelio.' (p) Adluserunt praeterea Orosius I 12 'nolo meminisse Medeae amore saeuo sauciae'; et Phaedrus IV 7, 5 'et in cothurnis prodit Aesopus nouis. Vtinam nec umquam Pelii nemoris iugo Pinus bipenni concidisset Thessala!' e. q. s. Expressa sunt ex Euripidis Med. v. 1 sqq.

*εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος*
*Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Ξυμπληγάδας,*
*μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε*
*τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας*
*ἀνδρῶν ἀριστέων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας*
*Πελίᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ*
*Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας,*
*ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος κ. τ. λ.*

Accuratius Enniana cum Euripideis comparavit Leo Plaut. Forsch. 86 sqq.

1—9 *Ex magna corruptelarum farragine hic elegi quae non essent nullius momenti.* 2 *Singulari numero usurpatum* trabes *testantur Varro et Priscianus, sed fuerunt qui pro plurali haberent: itaque factum ut alii* caesa accedisset (*vel* cecidisset) *alii* caesae accedissent (cecidissent) *tradiderint.* caesae *a: plerique; bdkm* accedisset *e: cf. v.* 77 accidisset *f* (cesa saccidisset *Flor.*) accedissent *a: Wirzeb.; b: Vindob.; k: Par. m.* 1 accidissent *l: ψ; m: plerique* cecidisset *a: Bern. Par. Π;*

cecidissent *a: plerique; b: Leid. A m.* 2 *B* (ce *in ras.*); *d; h* (*cf. g supra*); *i; k: plerique; l: Colon. m: Erlang.* cecaedissent *b: Leid. A m.* 1 abiegna *e* (*sed* in terram abiegna); *f; om. k.* abiegnae *abdgl* abiegne *m* ad ignē *a: Wirzeb.* in terram *e; g: Bamb. m.* 2 *in ras.* a terram *g: Ambros. m.* 1 3 naues *a: Wirzeb. Par. m.* 1 inchoandi *a: Bamb.; b: optimi, Manutius; cf. Leo Plaut. Forsch.* 327 inchoandae *a: Corb. Par. m.* 2 *Darmst. b: Salisb.* inchoanda *a: Bern. d* inchoandas *a: Wirzeb.* inchoans *a: Par. Π* inchoandum *a: Leid.* 4 coepisset (*vel* caepisset) *a: plerique; b: Leid. B* cepisset *a: Par. Wirzeb. m. pr.; b: Erlang. d: Par. A* (*sed corr.* coepisset), *Leid. V* (*corr. ex* cepissed) 5 *sq. secundum o constituerunt Scriverius et Halmius anal. Tull. I* 16. Argo qua uecti Argiui dilecti uiri Petebant illam pellem inauratam arietis *d* 5 quia *o.* qui *a: Wirzeb.* qua *a: plerique* Argiui ... uecti *a: m.* 2 *in ras. Par.* in eadem lecti *a: Wirzeb. Bern.* qua uecti argiui *a: Corb.* qua argiui delecti uiri *a: Bamb. Leid. Darmst.* 6 uecti *a: om. Corb.* 9 aegro *codd. aliquot in abc. reliquas turbas librariorum referre non opus est. De Graeca nominis* Medea *elisione Lachmannus in Lucr. III* 374 *p.* 162

II

## Paedagogus

Antíqua erilis fída custos córporis,
Quid síc te extra aedis éxanimata elíminas?

Non. 39, 1 'eliminare, extra limen eicere ... Ennius Medea exsule ...' Idem 292, 15 'eliminare est exire. Ennius Medea exule ...' Euripidis v. 49:

*παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,*
*τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν*
*ἕστηκας αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;*

2 sic te *Mercerus* sit *ω* eliminas *ms. Fabri p.* 292 eliminat *φ p.* 292 elimina *ω p.* 39

III

## Nutrix

Cupído cepit míseram nunc me próloqui
Caelo átque terrae Médeaï míserias.

Cicero Tusc. disp. III 26, 63 'sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui saepe delectat, ut illa apud Ennium nutrix ...' Euripidis v. 57:

*ὥσθ' ἵμερός μοὐπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ*
*λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας.*

2 Medeaï *Turnebus* Medeae ω

IV

. . fluctus uérborum aures aúcupant.

Non. 467, 15 'aucupaui, actiuum positum pro passiuo ... Ennius Medea ...' Cf. chori v. 131 apud Euripidem:
*ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοὰν*
*τᾶς δυστάνου ‖ Κολχίδος*

fluctus *Junius in mg.* fructus ω fremitus *x*

V

Medea

Quaé Corinthum arcem áltam habetis, mátronae opulentae, óptumates!

* * *

Múlti suam rem béne gessere et públicam patriá procul,
Múlti, qui domi aétatem agerent, própter ea sunt ínprobati.

Cicero ad famil. VII 6 'desideria urbis et urbanitatis depone et quo consilio profectus es, id assiduitate et uirtute consequere. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignouerunt Medeae, quae C. a. a. habebant, m. o. optimates: quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi uitio illae uerterent, quod abesset a patria: nam multi' e. q. s. 'Quo in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus ... et quoniam Medeam coepi agere, illud semper memento [XV].' Contulit Politianus Misc. cap. 27 Euripidis v. 214:
*Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,*
*μή μοί τι μέμψησθ'· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν*
*σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,*
*τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς*
*δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.*
quorum mentem non recte adsecutum esse Ennium monuit praeeunte Mureto var. lect. VIII 17 Elmsleius.

1 *Versus agnovit primus Angelus Politianus* Corinthum *probavit Bentleius* Corinthi *Lambinus* *Quem inter* 1 *et* 2 *olim fuisse significavi versum Elmsleius ad Eur. Med.* 209 *e Cicerone hunc concinnavit:* né mihi uitio uós uortatis, á patria quod ábsiem

VI

Medea

. . . nam tér sub armis málim uitam cérnere,
Quám semel modo párere.

Varro de l. l. VI 81 M. 'cerno . . . pro uideo ait Ennius . . . Canius . . . Ab eodem est quod ait Medea: ter' e. q. s. 'quod, ut decernunt de uita eo tempore, multorum uidetur uitae finis.' Non. 261, 18 'cernere rursum dimicare uel contendere . . . Ennius in Medea exsule [1].' Idem 261, 6 'cernere, amittere. Varro Gerontodidascalo: nón uides apud Ennium 'Esse scriptum, ter sub armis malim uitam cernere Quám semel modo parere?' (Ennium Aldina in corrigendis, om. libri) Euripides v. 250:
ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

1 nam *om. Varro*

VII

Creo

Si té secundo lúmine hic offéndero,
Moriére.

Cicero pro Rabirio Post. 11, 29 'regum autem sunt haec imperia [inc. inc. fab. LXXXVII] et illae minae: si te' e. q. s. Idem ad Attic. VII 26, 1 'Caesaris interdicta [1] respuuntur.' Huc rettulit Scaliger Coni. p. 60. Euripidis sunt v. 352:
εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ
καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμόνων χθονός,
θανεῖ.

1 hoc ω *pro Rab.*

VIII

Medea

Néquaquam istuc ístac ibit: mágna inest certátio.
Nám ut ego illi súpplicarem tánta blandiloquéntia,
Ni ób rem? 227b

Cicero de nat. deor. III 25, 65 (post magnam lacunam) 'Nequaquam' e. q. s. 'parumne ratiocinari uidetur et sibi ipsa nefariam pestem machinari? Illud uero quam callida ratione! [inc. inc. fab. XC] qui est uersus omnium seminator malorum. [IX] Hanc uidelicet rationem, quam uos diuino bene-

ficio homini solum tributam dicitis, bestiae non habent. Videsne igitur, quanto munere deorum simus affecti? Atque eadem Medea patrem patriamque fugiens [inc. inc. fab. XCIII.] Huic ut scelus, sic ne ratio quidem defuit.' Euripidis v. 365:

*ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω.*
*ἔτ' εἴσ' ἀγῶνες κ. τ. λ.*
368 *δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτε*
*εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;*

Versus 1—3 insecutum inc. inc. XC et cum fr. IX coniunctum fuisse putat Vahlenus.

*Continuari v.* 1 *sqq. suasit Vahlenus ind.* 1877 *p.* 6 2 illis ω, *sed cf. Eur. Med.* 368 3 ni ob rem *Ennio reddi iussit Vahlenus* ni orbem *Vindob., om. Glog.* niobem *Leid. A Erl.* Aniobem *Pal.* niobe *Leid. B* in iouem, *supr.* niobem *Leid. C*

IX

Medea

'Ille trauersa ménte mi hodie trádidit repágula,
Quíbus ego iram omném recludam atque ílli perniciém dabo,
Míhi maerores, ílli luctum, exítium illi, exiliúm mihi.

Cicero de nat. deor. III 25, 66 (cf. VIII.) Euripides v. 371:

*ὁ δ' ἐς τοσοῦτον μωρίας ἐφίκετο,*
*ὥστ', ἐξὸν αὐτῷ τἄμ' ἑλεῖν βουλεύματα*
*γῆς ἐκβαλόντι, τήνδ' ἐφῆκεν ἡμέραν*
*μεῖναί μ', ἐν ᾗ τρεῖς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν νεκροὺς*
*θήσω κ. τ. λ.*
398: *πικροὺς δ' ἐγώ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους,*
*πικρὸν δὲ κῆδος καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός.*

1 *de pronominis* ille *mensura cf. Skutsch Plaut. et Rom.* 122 2 pernitiem *Leid. A* permiciem *corr. in* perniciem *Vindob. De hac forma, quam testatur Donatus G L* IV 392 (V 324) *post Kochium exercitt. critt. et Bergkium ephem. antiq. XIII* 300 *disputavit Corssenus symb. critt.* 266 *sqq., novam doctrinam protulit Bergkius symb. ad gramm. Lat. I p.* 154 *sqq.*

X

Medea

Quo núnc me uortam? quód iter incipiam íngredi?
Domúm paternamne ánne ad Peliae fílias?

Cicero de orat. III 58, 217 'aliud' (sc. uocis genus sibi sumit) 'miseratio ac maeror: flexibile, plenum, interruptum, flebili uoce: quo' e. q. s. Haec Gracchus apud Ciceronem de orat. III 56, 214 et apud Quintilianum XI 3, 115 et ipse Cicero pro Mur. 41, 88 imitati sunt. Euripidis sunt v. 502:

νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,
οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην;
ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας;

## XI

## Iaso

Tú me amoris mágis quam honoris séruauisti grátia.

Cicero Tusc. disp. IV 32, 69 'quid ait ex tragoedia princeps ille Argonautarum? Tu me amoris' e. q. s. 'Quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitauit incendia! Atque ea tamen apud alium poetam patri dicere audet, se coniugem habuisse [inc. inc. fab. XCV.]' Cf. Euripidis v. 530:

ὡς Ἔρως σ' ἠνάγκασε
τόξοις ἀφύκτοις τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

seruauisti *Cratandrina* seruasti *ω*

## XII

Sol, quí candentem in caélo sublimát facem

Non. 170, 10 'sublimare, extollere. Ennius Medea...' Cf. Euripidis v. 764: ὦ Ζεῦ Δίκη τε Ζηνὸς Ἡλίου τε φῶς.

sublimas *Columna, fortasse recte, sed addidisse potest poeta e. c.* sit testis

## XIII

## Medea

. . . saluete, óptima corpora!
Cétte manus uestrás measque accipite!

Non. 85, 1 'cette significat dicite uel date ab eo, quod cedo ... Ennius in Medea ...' Euripides v. 1069:

δότ', ὦ τέκνα,
δότ' ἀσπάσασθαι μητρὶ δεξιὰν χέρα.

1 optima pignora *H. Stephanus* o pia pignora *x*

## XIV

Iúppiter tuque ádeo summe Sól, qui res omnís spicis,
Quíque tuo ⟨cum⟩ lúmine mare térram caelum cóntines,
'Inspice hoc facinús, prius quam fíat: prohibesseís scelus!

Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 16 K. 'similiter et Ennius in Medea exule in his uersibus: Iuppiter' e. q. s. 'nam et hic Iuppiter et Sol pro igni, qui mare et terram et caelum continet.' Euripides v. 1251:

*ἰὼ Γᾶ τε καὶ παμφαὴς*
*ἀκτὶς Ἀελίου, κατίδετ' ἴδετε τὰν*
*ὀλομέναν γυναῖκα, πρὶν φοινίαν*
*τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.*

1 qui res omnis ω qui omnis res *H. Keilius* res qui omnes *Vossius* res omnes qui *Porsonus* spicis *Vahlenus mus. Rhen.* 14, 566 inspicis ω 2 tuo cum lumine *idem* tuo lumine ω lumine tuo *Porsonus* obtutu luminis *Buc* maria *Porsonus* (*cf. coroll.* XXIX) contues *Vossius* quique maria terram caelum contines tuo lumine *Fleckeisenus* 3 fiat *vulgo* fit ω prohibesseis *Fleckeisenus* prohibesse et *Par.* prohibesse *Vat.* prohibessis *Bothius* prohibe *Egnatius* hoc prohibe *Vossius*

## XV

Qui ípse sibi sapiéns prodesse nón quit, nequiquám sapit.

Cicero ad famil. VII 6 (cf. V) Idem de off. III 15, 62 'haec igitur est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius nequiquam sapere sapientem, qui ipse sibi prodesse non quiret. Vere id quidem, si, quid esset prodesse, mihi cum Ennio conueniret.' Sententia Euripidis est fr. 905 N[2].: *μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.*

ipsus *Columna* ipsi *Spengelius in senariis*

## XVI

'Vtinam ne umquam, Méde, Colchis cúpido corde pédem extulisses!

Non. 297, 16 'efferre significat proferre . . . Ennius Medea . . .' cf. Euripidis v. 431 *σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρίων ἔπλευσας Μαινομένᾳ κραδίᾳ.*

Mede *nominis formam vindicavit Meinekius anal. Alex.*

*p.* 45 Colchis *Fruterius, Lipsius* cordis *ω* extetulisses *coni. Bue anapaestis: cf. coroll.* XXX

Inserenda praeterea huic fabulae sunt inc. nom. XXV, inc. inc. fab. XCIV, fortasse etiam LXXXVII. LXXXIX. XC. XCI (LXXXVIII?).

## MEDEA

Asta átque Athenas ánticum, opulentum óppidum
Contémpla et templum Céreris ad laeuam áspice.

Non. 470, 3 'contempla ... Ennius Medea: asta ... contempla.' Varro de l. l. VII 9 M. 'in hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet, et intra eas regiones, qua oculi conspiciant, id est tueamur, a quo templum dictum et contemplare, ut apud Ennium in Medea: contempla' e. q. s. 'contempla et conspicare idem esse apparet.'

1 atq. atq. *Ba* anticum *Rothius* antieum *ω* antiquum *ed. pr.*

## MELANIPPA

### I

Certátio hic est núlla quin monstrúm siet:
Hoc égo tibi dico ét coniectura aúguro.

Cf. Cicero de off. I 31, 114.

Non. 469, 5 'auguro ... Ennius Melanippo ...' (Menalippo W Bamb. Harl. Melanippo Leid. Melanippa Columna.)

1 certatio *Passeratius* certo *ω* nulla *Ba L* nullum *φ* nullum dubium *Bergkius*

### II

Mi auscúlta, nate: púeros iube cremárier.

Non. 246, 11 'auscultare est obsequi ... Ennius Menalippa ...'

1 mi *Fruterius* mihi *ω* 2 iube cremarier *vel* cremitari iube *Bothius* cremari iube *ω* comburi iube *x*. *De re cf. coroll.* XXX

### III

.... regnúmque nostrum ut sóspitent
Supérstitentque.

Non. 176, 2 'sospitent, saluent.' Idem 170, 14 'superstitent, saluent.' (Menalippa W p. 176)

1 ut *om.* ω *p.* 176 *Fortasse uno versu* regnúmque nostrum sóspitent supérstitent

IV

Lumine sic tremulo terra et caua caerula candent.

Macrobius Sat. VI 4, 7 'splendet tremulo sub lumine pontus: tremulum lumen de imagine rei ipsius expressum est. Sed prior Ennius in Melanippe ...'

*anapaestos dimetitur x: cf. coroll.* XXX

V

...... cum saxum scíciderit.

Priscianus p. 890 P. 'scindo, scidi. Vetustissimi tamen etiam scicidi proferebant ... Ennius in Melanippa: cum s. s.' (in melanippa om. Sang. imlanippa (in e) Reg. in menalippa Bamb. Bern. in menelāpa Carolir. in melāpa Grut.) Gellius VI (VII) 9, 16 'praeterea inueni a uerbo scindo simili ratione non sciderat sed sciciderat dictum esse. L. Accius ... Ennius quoque [in Melanippa: cum s. s.] Valerius Antias' e. q. s. Supplevit Iac. Gronovius.

sciscíderit *Reg.*

VI

Gellius V 11 'inter enim pulcherrimam feminam et deformissimam media forma quaedam est ... qualis a Q. Ennio 'in Melanippa perquam eleganti uocabulo stata dicitur ... Ennius autem in ista quam dixi tragoedia eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata forma forent.'

*Quae numeris sic conclusit Bue:* uídi eas ferme féminas 'Incolumi *e. q. s.*

Melanippae esse suspicatus sum etiam inc. nom. XXXIV.

NEMEA

I

Teneór consipta, undíque uenor.

Non. 183, 14 'uenor, circumuenior. Ennius Nemea ...'

(menea, sed corr. ut sit nemea, W Medea Bentinus) cf. Pauli Festus p. 62 M. 'consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur.'

consipta *Vossius ex Paulo* concepta *W* consepta *φ*

II

Pecudí dare uiua maríto

Priscianus p. 659 P. 'hic et haec et hoc pecus. Ennius in Nemea ... Potest tamen figurate hoc esse prolatum, ut si dicam: aquila maritus uel rex auium.'

pecodi *Sang.* uiua *χ* uiuã *Bern. alt. m. corr.* uiuam *φ* iura *conieci trag. Rom. p.* 162 maritus *add. Reg. m.* 2 pecudi dare Viuám marino *Grotius*

PHOENIX

I

Stúltus est qui ⟨nón⟩ cupienda cúpiens cupientér cupit.

Non. 91, 8 'cupienter, cupidissime ... Ennius Foenice ...'

stultust *Vossius* non *inserui* nec *Bergkius* cupienda *idem* cupida *ω* cupidam *Vahlenus Herm.* 12, 399 cupida mente *idem ind.* 1888/9 *p.* 16 cupita *olim dedi*

II

Séd uirum uerá uirtute uíuere animatum áddecet
Fórtiterque innóxium orare áduersum aduersários.
'Ea libertas ést, qui pectus púrum et firmum géstitat:
'Aliae res obnóxiosae nócte in obscurá latent.

Gellius VI (VII) 17, 10 (de significatione uocabuli, quod est obnoxius) 'iam uero illud etiam Q. Enni ... quod scribit in Phoenice in hisce uersibus ...'

1 uirtute uera *Bothius* 2 orare *scripsi coroll.* XXXI uacare *Reg.* uocare *φ* stare *Bentleius* facere *Bue* innocuum uerare *Vahlenus Herm.* 12, 254 aduersus *χ* ad *Bothius* 3 ea libertast, si qui *Acidalius, sed cf. coroll.* XXXI 4 obnoxiosae *Acidalius* obnoxio se *vel sim. ψ* obnoxiae *χ*

III

Plús miser sim, sí scelestum fáxim quod dicám fore.

Non. 507, 22 'faxim, fecerim. Ennius Foenice . . .'

sim *Delrio* sum ω scelestum *ed. pr.* scelestim ω

IV

. . . . ⟨nec⟩ tú metuisti crédere? —
Tuque éxercere línguam, ut argutárier
Possís?

Non. 245, 25 'argutari dicitur loquacium, proloqui. Ennius quoenice tum tu isti credere atque exerce linguam' e. q. s. (Phoenice: tum Mercerus.)

1 tu metuisti *conieci coroll.* XXXI (*olim* potuisti) tum tu isti ω tutum isti *Bothius* crede *GHL* 2 tuque *scripsi* atque ω exercere *Vrbin.* 308 exerce φ linguam *Basil. Montep.* lingua ψ tum tu isti credere | nolito atque exerce l. ut possis argutarier *x* tum tu isti congredere atque exerce l. ut a. Possis *Bue*

V

Quám tibi ex ore orátionem dúriter dictís dedit!

Non. 512, 8 'duriter pro dure . . . Ennius Foenice . . .' (In Bamb. nihil extat praeter duas voces extremas) Charisius p. 178 P. 'duriter. Terentius in Adelphis . . . ubi Acron: secundum antiquorum, inquit, consuetudinem. Nam et Ennius in Phoenice . . .' (poenice cod.) *Cf. Plauti Merc.* 176

VI

Saéuiter suspícionem férre falsam fúttilum est.

Non. 511, 5 'saeuiter pro saeue . . .'

VII

'Vt quod factum est fúttile, animi uós feratis fórtiter.

Non. 514, 13 'futtile, futtiliter. Ennius Foenice . . .'

futile *Ba* animi *commendavi coroll.* XXXI *sq.* amici ω a me *prop. Bue* animis *x* uos feratis *ed. pr.* uos fueratis ψ non fueramus *Palat.* nos feramus *ed.* 1480

VIII

Ibi tum derepénte ex alto in áltum despexít mare.

Non. 518, 5 'derepente ...'

in salsum $x$

His addi iusseram inc. nom. XXVI inc. inc. fab. CXVII inc. inc. pall. v. 60.

## TELAMO

I

Telamo

Ego deum genus ésse semper díxi et dicam caélitum,
Séd eos non curáre opinor, quíd agat humanúm genus:
Nám si curent, béne bonis sit, mále malis, quod núnc abest.

Cicero de div. II 50, 104 'an noster Ennius? qui magno plausu loquitur assentiente populo [1. 2]. Et quidem cur sic opinetur, rationem subicit. Sed nihil est necesse dicere quae secuntur: tantum sat est intellegi, id sumere istos pro certo, quod dubium controuersumque sit.' Idem de nat. deor. III 32, 79 'Telamo autem uno uersu totum locum conficit, cur di homines neglegant [3].' Idem de div. I 58, 132 (cf. II)

II

Séd superstitiósi uates ínpudentesque árioli,
Aút inertes aút insani aut quíbus egestas ímperat,
Quí sibi semitám non sapiunt, álteri monstránt uiam,
Quíbus diuitias póllicentur, áb eis dracumam ipsí petunt.
[De hís diuitiis síbi deducant drácumam, reddant cétera.]

Cicero de div. I 58, 132 'nunc illa testabor, non me sortilegos neque eos, qui quaestus causa ariolentur . . . agnoscere. Non habeo denique nauci Marsum augurem, non uicanos aruspices, non de circo astrologos, non Isiacos coniectores, non interpretes somniorum. Non enim sunt hi aut scientia aut arte diuini, sed superstitiosi' e. q. s. 'Atque haec quidem Ennius, qui paucis ante uersibus esse deos censet, sed eos non curare opinatur, quid agat humanum genus.' Ennianos versus demum a verbis 'sed superstitiosi' incipere intellexit Bothius.

1 sed *utrum Ennii sit an Ciceronis, dubitari potest* 2 aut insani, quibus *Hermannus* 4 dracumam: *cf. Ritschelii opusc. II* 469 *sqq.* drachmam *Leid.* $B^1$ dracmam *vel* dragmam ψ *Versum* 5 *non potui mihi persuadere ab Ennio potius prioribus adiunctum quam lectoris alicuius lascivia confictum esse* drachumam ψ dracmam *vel* dragmam *Leid.* $B^2$ *Vind.*$^2$

III

Móre antiquo audíbo atque auris tíbi contra utendás dabo.

Non. 506, 1 'audibo pro audiam. Ennius Telemone . . .'

atque *Ba* neque φ utendos *Ba* tu ibi c. u. dato *x*

IV

Scíbas natum ingénuum Aiacem, cuí tu obsidioném paras.

Festus p. 198 M. 'obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuuat nos testimonio suo Ennius in Telamone quom ait . . .'

V

Nam íta mihi Telamónis patris, aui Aéaci et proauí Iouis
Grátia ecstet átque hoc lumen cándidum clarét mihi

Non. 85, 23 'claret, clara est' (sit *x*) 'uel clareat . . .'

1 aui Aeaci *Bergkius* atquefaci ω atque Aeaci *Vahlenus acad. Berol. rel.* 1888 *p.* 32 *sqq.* 2 ecstet *scripsi* (*coroll.* XXXII) ea est ω adsit *vel* astet *Bue* esse est *Vahlenus miro acumine* mihi clareat *Onions sententiam intellego hanc: ita mihi hoc lumen extet atque clareat gratia maiorum. cf. cor. com.* CX

VI

Eándem me in suspícionem scéleris partiuít pater.

Non. 475, 25 'partiret pro partiretur . . .'

in me *Delrio* me, *om.* in, $H^1$

VII

Deúm me sentit fácere pietas, cíuium porcét pudor.

Non. 160, 4 'porcet significat prohibet . . .'

sentit ω, *tuetur Vahlenus Herm.* 15, 260, *quem interim sequor*

*dubitanter.* sinit id *Bue* sancit *Bergkius* renuit *Vahlenus Herm.* 12, 254 retinet *Baehrens* incendit *Lipsius* dein senis me *Hermannus*: *an* dein me senicis? (*cf. coroll.* XXXII)

## VIII

Stráta terrae láuere lacrumis uéstem squalam et sórdidam

Non. 172, 20 'squalam pro squalidam.' Idem 504, 3 'lauere inde tractum est.'

terra *Ba H p.* 504, *Hermannus* squalidam *ω p.* 504

## IX

abnuebunt

Diomedes p. 378 P. 'uerum apud ueteres et abnueo dictum annotamus, ut Ennius octauo annalium: certare abnueo' e. q. s. 'item in Telamone ex eo futurum abnuebunt.'

abnuebant *Par.*

Eiusdem fabulae est inc. inc. fab. XLV, fortasse etiam inc. nom. XXVII et LXII.

# TELEPHVS

## I

Regnúm reliqui saéptus mendicí stola.

Non. 537, 25 'stolam ueteres non honestam uestem solum, sed etiam omnem, quae corpus tegeret. Ennius Telefo [III] idem in eadem: regnum' e. q. s.

mendici *Leopardus* medici *ω*

## II

Palám muttire plébeio piáculum est.

Festus p. 145 M. 'mutire, loqui. Ennius in Telepho...' Paulus p. 144 M. 'muttire, loqui. Ennius ...' Phaedrus III epil. 34 'ego quóndam legi quam puer sententiam Palám... periculum est, Dum sánitas constabit pulchre meminero.' Contulit Welckerus ex Euripidis Telepho fr. 703 N². *μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι, Εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.*

III

Caédem caueo ⟨hoc⟩ cúm uestitu, squálida saeptús stola.

Non. 537, 25 (cf. I) Festus p. 329 M. '[squalidum in]cultum et sordidum — — — — in Telepho: quam ue........... .......stola.' Cf. Euripidis Teleph. fr. 697 N². *πτώχ' ἀμφίβληστρα σώματος λαβὼν ῥάκη Ἀλκτήρια τύχης* (*αἰχμῆς*?)

caedem caueo *Geelius* cedo et caueo *Nonii ω* cedo et abeo *Madvicus* cum *Nonius* quam (*sc.* quom) *Festus* uestitu *Geelius* uestitus *Nonii ω* ue— *Festi cod.*

IV

. . qui illum dí deaeque mágno mactassínt malo!

Non. 342, 15 'mactare malo adficere significat . . . Ennius Telefo . . .' Contulit Geelius de Telepho Eur. p. 26 Euripidis Tel. fr. 720 N² *κακῶς ὀλοίατ'· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.*

Non. 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali .... Pacuuius Athalanta ... idem Periboea ...'

regum *Gulielmius* regnum *ω* aeternum humanum *scripsi*, *i. e. deorum hominumque* (*cf. coroll.* XLVI) aeternum morum *ψ* aeternum mox *Ba* aeterne humanum *Bothius*

XVII

. . . . . . precor ueniám petens,

Vtí quae ⟨ego⟩ egi ago áxim uerruncént bene.

Non. 185, 26 'uerruncent, id est uertant ...' Idem 505, 18 'axim, egerim. P. Periboea: ut quae egi ... uerruncent.'

1 ueniam petens: *cf. coroll. com.* CXXII 2 uti *Bue* ut *ω p.* 185 aut *ω p.* 505 ego *inseruit Bue* axim *ed.* 1526 exim *ω p.* 185 uel axim *ω p.* 505, *Bergkius* euerruncen *ω p.* 505 *omnia uno octon. iamb. conclusit x*

XVIII

Tu, múlier, tege te et túta templo Líberi.

Non. 476, 12 'tutant ...'

tota *Ba H L* templo *Albertus Langius* templa *ω*

XIX

nám si te regerét pudor,
Siue ádeo cor sapiéntia inbutúm foret

Non. 521, 10 'inbuere consuetudo inducere existimat...'

1 regeret *ed.* 1526 tegeret ω

XX

Métus egestas, maéror senium, exíliumque et senectús..

Non. 3, 1 'senium est taedium et odium, dictum a senectute ... nam aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ... senium ipsum positum sic ... P. Periboea ...'

senectus *tuetur Bue mus. Rhen.* 42, 587: *ut interpretamentum vocis* senium *delebatur, cuius loco* desertitas (*conl. inc. fab.* LXIII) *ego*, mendicitas *Bue proposueramus*, grandaeuitas *Onions*

XXI

Tríplici pertimefáctus maerore ánimi incerte erráns uagat.

Non. 467, 33 'uagas pro uagaris..... P. Periboea: in triplici' e. q. s. (Periboeam triplici Leid. Bamb.)

triplici *Vossius* in triplici ω *praeter BaL, de quibus vide supra*: nam *latere potest*

XXII

Béluarum ⟨haec⟩ ác ferarum aduéntus ne taetrét loca.

Non. 178, 8 'tetret, foedet, pollnat.'

beluarum ac ferarum ω beluarumque huc ferarum *olim scripsi. Temptari alia possunt, velut* haec ferarum ac beluarum *vel* (*ut Bue*) beluarum aduentus ac ferarum

XXIII

Quámquam aetas senét, satis habeam uírium ut te ara árceam.

Priscianus p. 887 P. 'senesco incohatiuum est: nam positiuum eius seneo inuenitur in usu. Accius ... Pacuuius in Periboea: quamquam' e. q. s. (in Periboea om. Sang.)

*Septenarium agnovit Bothius, constituit M. Hertzius.* satis habeam tam̄ *Reg. m.* 2 satis habeam rem ψ satis tamen habeam *ipse olim in senario*

XXIV

Neque tuúm te ingenium móderat, neque fratérnum ira exiliúm leuat.

Non. 336, 26 'leuare rursum releuare ....' Idem 471, 7 'moderant pro moderantur.' Idem 472, 20 'moderant pro moderantur ...'

tunc te *ω p.* 336 moderant *ω p.* 336, *Ba p.* 471 fraternon *ω p.* 471 irae *L p.* 336 *ut Plauti Rud.* 247 iram *Quicherat* uetat *ω p.* 471

XXV

'O multimodis uárium, et dubium et prósperum copém diem!

Non. 84, 23 'copi pro copioso ...'

uarium *scripsi* uariae *HL* uarie *φ*: *an recte?*

XXVI

Fléxa, non falsa aútumare díctio Delfís solet.

Non. 237, 2 'autumare est dicere.'

plexa *coni. Festi p.* 230 M. *glossa Bergkius* (*sed cf. Cicero de div. II* 56, 115 'oraculis ... partim falsis ... partim flexiloquis et obscuris.')

XXVII

. . scrupea saxéa Bacchi
Templá prope adgreditur

Varro de l. l. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ... in terra, ut in Periboea ...'

1 *sq. numeros Bergkius dactylicos metiebatur* saxea *probavit post Lachmannum Bergkius* saxa *F* (e *suprascr.*) saxa *φ* 2 aggreditur *F An* adgreditor? *olim* adgredite *conieci*

XXVIII

. . . tiasantém fremitu
Concíte melum!

Non. 213, 13 'melos ... masculino ...'

1 thesiantem *ω*, h *in W suprascr.* (*cf. coroll.* XLVI) thya-

santem *Scriverius* fremitu *Junius* fremita *ω* 2 concidi *ω* concine *Palmerius*

Inserendum praeterea huic fabulae inc. fab. XLI. Merus vel librarii vel diorthotae error est apud Nonium p. 89, 14 v. 'coepere' quod pro Hypobolimaeo Caecilii (fr. V) laudatur Periboea.

## TEVCER

### I

Quae désiderio alúmnum, paenitúdine,
Squalé scabreque, incúlta uastitúdine

Non. 152, 29 'poenitudinem. P. Teuchro ...' (Teucro Bamb.) Idem 169, 23 'scapres pro scabres ...' ('scabres pro scabra es' Quicherat) Idem 185, 2 'uastities et uastitudo et uastitas ...' Idem 243, 4 'alumnum, filium ...' Festus p. 372 M. 'uastum pro magnum; ponitur tamen et pro inani. Accius — et Pacuuius [2]' Eundem versum videtur Varro Manio saturae (fr. 254 B.) inseruisse 'ager derelinqueretur ac periret Squalé scabreque, inlúuie et uastitúdine.'

1 poenitudine *ω p.* 169. 185. 243 penitudinis *Ba H L p.* 152 poenitudini *φ p.* 152 2 squale squapreque *ed. Nonii a.* 1526: *cf. Varro.* squales scabresque (quae *p.* 185 qua 169) *Nonius p.* 185. 169. 243 squale scauerisque *ψ p.* 152 qualescauerisquae *Ba p.* 152 quales scabres que *Festus* inculta uastitudine: *cf. Ter. haut.* 295: *an* inluuie ac uastitudine?

### II

Post quám defessus ⟨ést⟩ perrogitando áduenas
⟨Omnís⟩ de gnatis, néque quemquam inuenít scium

Priscianus p. 634 P. 'scio, scius: sic Apuleius ... et P. in Teucro ...'

1 est *add. Vossius: cf. Plauti Amphitr.* 1014 2 eorum *post* neque *inseruit Hermannus*

### III

Neque pérpetrare précibus imperió quiit

Festus p. 217 M. 'perpetrat, peragit, perficit.'

imperio (*sic iam Scaliger*) quiit *Hermannus* inpetria quid *cod.* nec pretio quiit *Vossius* impetrita quit *O. Mueller*

IV

Nihílne a Troia adpórtat fando? . . .

Schol. Veron. in Aen. II 81 '[fando . . .] et P. in Teucro . . .'

nilne *Lachmannus* *An* adportas? fando: *cf. coroll. com.* CXXII

V

Quam té post multis túeor tempestátibus!

Non. 407, 32 'tempestas, tempus . . .' Idem 414, 2 'tueri, uidere . . .'

ebeor *ω p.* 407

VI

Periére Danai, pléra pars pessúm datast.

Priscianus p. 668 P. 'plerus plera plerum, absque que additione . . . Pacuuius in Doloreste . . . idem in Teucro . . .' Festus p. 230 M. 'plera dixisse antiquos testis est Pacuius cum ait: plera p. p. d.'

pessum data est *Priscianus* pessum datur *Festus*, *non male*

VII

Profúsus gemitu, múrmure 'occisti' ántruat.

Festus p. 229 M. 'profusus — — — Pacuius in Teuc .......... ro occistians rua .....' Paulus p. 228 M. 'profusus . . . alias abiectus iacens. Pacuuius: profusus g. m.'

occisti antruat *scripsi* occistians rua *cod.* oscitans ruat *Vrsinus* occentans ruat *Dacerius* occisitans ruat *O. Muellerus* occursans ruat *Hermannus*

VIII

Nos íllum interea próliciendo própitiaturós facul
Remúr.

Non. 111, 20 'facul pro faciliter . . .'

*Iambos discripsi cum Buechelero: cf. Skutsch Plaut. et Rom.* 122 praeficiendo (proficiendo *Vrbin.*) *ω* perliciendo *Bothius*

IX

Nam Teúcrum regi sápsa res restíbiliet.

Festus p. 325 M. 'sas Verrius putat significare eas — — idem cum ait sapsam pro ipsa nec alia — — et P. in Teucro ...'

X

Haúd sinam quidquám profari príus quam accepso quód peto.

Non. 74, 31 'accepso, accipio.' ('accepero' Quicherat)

XI

Facéssite omnes hínc: parumper tú mane!

Non. 306, 33 'facessere significat recedere .... Pacuuius Teucro [XIX] item [326].' Pauli Festus p. 86 M. 'facessere ... interdum uero pro abeat ponitur. Pacuuius: facessite omnes hinc, id est abite.'

omnes hinc *Pauli Festus* hinc omnes *Nonius* *distinxerunt alii ante* tu

XII

Telamo

Ségregare abs te aúsu's aut sine íllo Salaminem íngredi,
Néque paternum aspéctum es ueritus, quom aétate exacta índigem
Líberum lacerásti orbasti extínxti, neque fratrís necis
Néque eius gnati párui, qui tibi ín tutelam est tráditus —?

Cicero de orat. II 46, 193 'quid potest esse tam fictum quam uersus, quam scaena, quam fabulae? Tamen in hoc genere saepe ipse uidi, ut ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis uiderentur splendida illa dicentis:' (spondalia illa, l eadem manu suprascr., Erl. spondalli illa Abrinc., spondali, spondalli, spondialia, spondallua, spondalis, spondaica, spondallitia ceteri libri spondaulia Salmasius ad Solin. I 88 e sponda illa Hermannus Opusc. I 304 sua sponte aliena illa Justus Jeepius Philol. IV 305 sq. e suo aliena illa Harnecker.) 'segregare ... ueritus? Numquam illum aspectum dicebat, quin mihi Telamo

iratus furere luctu filii uideretur. At idem inflexa ad miserabilem sonum uoce: quom aetate . . . traditus flens ac lugens dicere uidebatur. Quae si ille histrio, cotidie cum ageret, tamen recte agere sine dolore non poterat: quid Pacuuium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse? Fieri nullo modo potuit.' Ibidem III 58, 217 'aliud enim uocis genus iracundia sibi sumit, acutum, incitatum, crebro incidens . . . et ea quae tu dudum, Antoni, protulisti: segregare abs te ausus.'

1 ausus *vulgo* Salaminem *Laud.* Salaminam *Lagom.* 4 Salamina *φ* 2 quom *Erl. m. pr.*, *Abrinc.* cum *Lagom. aliquot*, *Gud.* c quem *φ*, *probavit Hermannus* 3 extinxti *Manutius* exstincxisti *Erl.* extinxisti *φ* 4 neque eius grati, *litterae* r *corruptelae signo supra inposito Abrinc.* neque eius crati *Erl.*, *lineola voci* eius *subducta.* neque gnati eius *Hermannus* tutela est *Erl.* tutelast *Harl. Abrinc.* Miseritum est *secutum esse videtur Hermanno*

XIII

mihi classem ímperat
Théssalum nostrámque in altum ut próperiter dedúcerem.

Non. 155, 4 'properatim et properiter, celeriter, properanter . . .'

1 imperat *Mercerus* impetrat *ω* 2 Thessalam *ed.* 1526 nauitam *Vrbin.* 308

XIV

Rápide retro citróque percito aéstu praecipitém ratem
Réciprocare, undaéque e gremiis súbiectare adflígere

Festus p. 274 M. 'reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere.' Paulus p. 275 M. 'reciprocare pro ultro citroque poscere . . . procare est poscere: unde eque gremiis s. a.'

1 *sic Buecheleri partim ingenio adiutus effinxi.* rapido reciproco percito augusto citare rectem *cod.* rapide percitam aestus ociter ratem *Hermannus* rapido ultro citroque percitae aestu (*vel* austro) praecipitem ratem *Bue* 2 reciprocare *scil. venti* undaeque e gremiis subiectare adfligere *Hermannus* unde eque gremiis subiectare adfigere *cod. Festi* unde eque gremiis sublectare ac figere *Paulus* undae eque gremiis s. a. *Bue* harenas *intellegens, sed* ratem *huc quoque pertinet*

XV

. . . . ármamentum strídor, flictus náuium,
Strépitus fremitus, clámor tonitruum ét rudentum síbilus

Servius Dan. in Aen. I 87 'stridor autem est sibilus. Pacuuius in Teucro: armamentum stridor, et rudentum sibilus.' Varro de l. l. V 7 M. 'quemadmodum quodque poeta finxerit uerbum, confinxerit, declinarit. Hic Pacui rudentum sibilus.' Servius Dan. in Aen. IX 667 'flictu ... et locutus est iuxta antiquum morem. Pacuuius Teucro: flictus nauium.' Caelius in Ciceronis epist. ad Fam. VIII 2 'in theatrum Curionis Hortensius introiit ... hic tibi [2]' Conflavit has particulas G. Hermannus. Contulit Bergkius de fragm. Soph. e Sophoclis Teucro fr. 520 N².

2 *cf. Plauti Amph.* 1062

XVI

'Vbi poetae pró sua parte fálsa confictánt, canunt,
Quí causam humilem díctis amplent

Non. 506, 26 'amplant pro amplificant.'

*Bothius trochaeos agnovit* 1 ubi falsa poetae Pro parte sua *Hermannus anapaestos cum Grotio dimensus* sua arte *Rothius, probabam, nisi quod ablativi* suad *umbram in corruptela agnoscere mihi visus eram* confictant *Bergkius* conficta ω conficte *Quicherat* canunt *Bergkius* canant ω aggerant *Bue* autumant *ipse conieceram* 2 quia *W* amplent *W*¹ amplant φ

XVII

Quamquam ánnisque et aétate hoc córpus putrét

Non. 159, 17 'putret.'

*Baccheos indicavit Ritschelius nov. excurs. Plaut. I* 65, *sed idem senarii varias formas* (*cf. opusc.* II 621) *proposuit.* quamquam mi annisque et a. h. c. p. *Hermannus. Senarii primam syllabam* (*e. c.* nam) *ipse olim explendam statui*

XVIII

Aut me óccide, illinc si úsquam probitám gradum.

Non. 154, 3 'prouidere' (probitere Stewechius) 'promouere ecferre.'

illinc si usquam *Vossius* illa hinc si ne usquam ψ (*in* si

ne *litteris* sei *latere potest*) probitam *Stewechius* prouideam ω progrediam *Onions*

XIX

Té repudio néc recipio: náturam abdicó: facesse! 342 343

Non. 306, 32 (cf. XI)

*Octonarium trochaicum constitui quem olim Hermanno auctore in duorum senariorum frustula discerpseram.* naturam dico facessti (facesst *GL* facesse *ms. Fabri* facessite *H*, *om. B*) ω naturam abdico: facesse, i *Hermannus* natum abdico, facesse *Mercerus* natum meum abdico: facesse hinc *conicio conl.* 55 *et* 326

XX

. . . . ut égo, si quisquam mé tagit

Festus p. 356 M. 'tagit P. in Teucro: ut ego' e. q. s. 'et tagam idem in Hermiona — sine dubio antiqua consuetudine usurpauit: nam nunc ea sine praepositionibus non dicuntur, ut contigit attigit.'

at *Bergkius*

XXI

nisi coérceo 345

Protéruitatem atque hóstio feróciam

Festus p. 270 M. 'redhostire, referre gratiam — — nam et hostire pro aequare posuerunt — — et Pacuius in Teucro: nisi' e. q. s. Non. 121, 15 'hostire est comprimere, recedere ('recidere' Quicherat), dictum ab hostia. Pacuuius Teucro: nisi' e. q. s. 'hostire, offendere cedere (i. e. caedere). Pacuuius Erotopaegnion lib. II' (Laeuius Mercerus, sed fortasse alter Pacuvii locus ante Laevii nomen excidit) Idem 490, 19 'ferocia pro ferocitate.'

*Sic truncata extant apud Nonium p.* 490: nisicitia fercitate (fericitate *BaL* ferocitate *H*) at que ferocia, *in quibus non diversa a nostris latere iudicavit post Mercerum Hermannus*; *historico alicui tribuit Stowasser progr. Freist.* 1884 *p.* 5
1 coerceo *Vrsinus* coeaceo *cod. Festi* coercuero *Nonius p.* 121
2 propteruitatem *L Nonii p.* 121 proteruitates *Festus* hostiaero *Nonii p.* 121 *H*

Adiunxi huius fabulae reliquiis inc. fab. XLIII—XLV. XLIX. L, inc. inc. fab. XLIV. XLVI. XLVII. XLIX.

## EX INCERTIS FABVLIS

### I

### Pastor

Exórto iubare, nóctis decurso ítinere

Varro de l. l. VI 6 M. 'ut ante solem ortum, quod eadem stella uocatur iubar, quod iubata, Pacui dicit pastor ...' Ibidem VII 76 M. 'iubar ... huius ortus significat circiter esse extremam noctem; itaque ait Pacuius: exorto' e. q. s. Antiopae exordio desumptum videtur.

### II

'Odi ego homines ígnaua opera et phílosopha senténtia.

Gellius XIII 8 'item uersus est in eandem ferme sententiam Pacuuii, quem Macedo philosophus, uir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium templorum ...' Non abhorrere a Seti in Antiopa persona monuit Valckenarius Diatrib. p. 77. Comparavit Hartungus Eur. rest. II 420 fr. Eur. 61 N². *μισῶ σοφὸν Ὄντ' ἐν λόγοισιν, ἐς δ' ὄνησιν οὐ σοφόν*, quod in margine Orionis ἐξ ἀλ̄ ἐν/ sumptum esse notatur, h. e. Schneidewino interprete ἐξ *Ἀλεξάνδρου*.

odi ego (*ut Plauti Amphitr.* 328) *vel* ergo odi *Bothius* ego odi ω, *quod olim ita tuebar, ut primam versus syllabam excidisse statuerem. Erunt fortasse qui* ego odi homones *commendent* (*coroll.* XXXVI)

### III

Tu córnifrontes páscere armentás soles.

Non. 190, 20 'armenta ... feminino Ennius ... uiuius: tu' e. q. s. (cf. Thilo ad Servium Aen. III 540) Amphioni in Antiopa scite tribuit Welckerus Gr. tr. p. 821.

tu pascere cornifrontes soles armentas *Nonius, corr. Junius*

### IV

Agite íte, euoluite rápite, coma
Tractáte per aspera sáxa et humum,
Scindíte uestem ocius!

Marius Victorinus GL VI 77 K. 'anapaesticum melos binis pedibus amat sensum includere, ut apud Accium ... Contra

Pacuuius nouare propositum uolens noluit intra binos pedes, ut superius, finire sensum, sed secundum Euripidem dactylicum metrum quod appellatur induxit, ut nominis (mominis?) mutatio diuersitatem daret, huiusmodi stasimo seu periodo usus ...' Baccharum in Antiopa choro tribuit conl. fr. XII Hartungus.

1 euoluite (*sc. e latebris*) *Kiesslingius* uoluite *ω* eam uoluite *volebam* auellite *Bue* coma tractate *coniungenda esse vidit Vsenerus*

V

ah!
Cepísti me istoc uérbo, miseretúr tui.

Non. 477, 16 'miseretur pro miseret ...'

1 *sq.* at (ad *BaL* ac *suprascr. W*) cepisti *ω* Atalanta (*quasi fabulae nomen*): cepisti *Mercerus* atat cepisti *Gulielmius* 2 me *om. L*, *ut integer senarius* ah! cépisti *e. q. s. evadat* istoc uerbo *Mercerus* isto cum herbo (erbo *W*) *ω*

VI

Miserét me, lacrimis língua debilitér stupet.

Non. 98, 17 'debiliter, debilitate.' Hoc et sequens fr. potuit in Antiopa locum habere; nisi forte fr. VI ex Iliona potius excerptum est.

VII

Qua te ádplicasti támen aerumnis óbruta?

Priscianus p. 860 P. 'plico plicas plicui uel plicaui ... inuenitur tamen etiam cum praepositione in aui faciens praeteritum, sed in raro usu. Pacuuius ...' Cf. Antiopae fr. XIV.

qua *Ba* quae *φ* quo *Bothius* quoi *x* adplicasti *Brugmanus* adplicuisti (a *suprascr.*) *H* adplicauisti (appl.) *φ* tam *edd. ante Ascensianam a.* 1516, *Vossius* '*ex ms.*' tam aer. adplicauisti *prop. x*

VIII

quin etiám ferae,
Quíbus abest ad praécauendum intéllegendi astútia,
Mórtis iniectó terrore horréscunt .....

Cicero de fin. V 11, 31 'omnes metu mortis afficiuntur ... quin etiam ferae, inquit Pacuuius, quibus abest ad p. i.

a. iniecto terrore mortis horrescunt.' Vocem horrescunt Pacuvianam esse censet Madvicus, illa autem: iniecto terrore mortis, quae in versus speciem redegi, contractam in brevius Pacuvii sententiam exhibere. Statui autem Vlixem in Armorum iudicio hoc exemplo usum esse.

2 astucias *Pal.* astuties *dubitanter Madvicus*

IX

Pandíte ualuas, ⟨remouéte seras,
Vt⟩ cómplectar!

Festus p. 282 M. '[reserari] — — — — Pacuuius in ............ (pan)dite' e. q. s.

1 *sq.* remouete seras, ut *Scaliger. Nihil apparet in codice*

X

Nunc prímum opacat flóra lanugó genas.

Pauli Festus p. 94 M. 'Pacuuius genas putat esse, qua barba primum oritur, hoc uersu ...' De Parthenopaeo in Atalanta dictum videtur: cf. Aeschyli Sept. 534 *στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρηίδων.*

flora *Scaliger*: *cf. Acc.* 246 flore *ω*

XI

. . . . térra exhalat aúram ad auroram úmidam.

Varro de l. l. V 24 M. 'humor hinc, itaque ideo Lucilius: terra abit in nimbos imbremque. Pacuuius: terra ... humidam, humectam.'

exhalat *Laetus* exalat *F* exhalabat *cod. B* ad] atque *F* aurora *Bothius* humidam *ω* exhalat auram terra ab aurora humidam *Grotius*

XII

Graiúgena: de istoc áperit ipsa orátio.

Cicero de nat. deor. II 36, 91 'dicaturque tam aether Latine quam dicitur aër, etsi interpretatur Pacuuius [Chrys. 89] quasi uero non Graius hoc dicat. At Latine loquitur. Si quidem nos non quasi Graece loquentem audiamus. Docet idem alio loco: Graiugena' e. q. s. Quadrat Euripidis Iphig.

Taur. v. 236 Ἕλληνες· ἓν τοῦτ' οἶδα, κοὐ περαιτέρω, unde coniectura hoc fr. alii ad Dulorestem rettulerunt, ipse nunc ad Chrysen pertinere puto.

istoc *Bothius* ista *Erl.* isto φ

XIII[a]

Solátur auxiliátur hortatúrque me.

Festus p. 301 M. 'solari sine praepositione dixisse antiquos testis est Pacuuius, cum ait: solatur' e. q. s.

XIII[b]

Pylades

'Ego sum Orestes. 365[1]

Orestes

'Immo enim uero ego sum, ínquam, Orestes . . .

* * *

Vterque

. . . . ámbo ergo igitur símul una enicárier
Cómprecamur.

Cicero de fin. V 22, 63 'qui clamores uulgi atque imperitorum excitantur in theatris, cum illa dicuntur: ego sum Orestes, contraque ab altero: immo' e. q. s. 'Cum autem etiam exitus ab utroque datur conturbato errantique regi: ambo' e. q. s. 'quotiens hoc agitur, ecquandone nisi admirationibus maximis?' Ibidem II 24, 70 'aut Pylades cum sis, dices te esse Orestem, ut moriare pro amico? aut si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares, et si id non probares, quo minus ambo una necaremini non precarere?' Idem Lael. 7, 24 'qui clamores tota cauea nuper in hospitis et amici mei M. Pacuuii noua fabula! cum ignorante rege, uter esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur, Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseueraret. stantes plaudebant in re ficta.' cf. Augustinus confess. IV 6. In Chryse, non in Duloreste hanc scaenam fuisse coniecit O. Jahnius Herm. II 233.

2 *sq. cf. coroll.* XLVII ambo ergo (igitur *Vind.*) sunanegannum (*sic Palat. Erlang.* sunaniganum *vel* summa negarim *alii*) precamur ω ambo ergo una necarier precamur *Madvicus* ambo ergo sic una enicarier Comprecamur (*vel* precamur *in medio*

*versu*) *Hermannus*. ámbos ergo uná neca (*aut* ambo érgo nos una n.): Precámur *Bue*: *paene persuasit*. *Bergkius mus. Rhen. XIX* 605 *hunc locum sic disposuit*: PY. égo sum Orestes. OR. ímmo enim uero ego sum ínquam Orestes. TH. ámbo ergo una | necámini? OR. PY. precámur

XIV

Fórtunam insanam ésse et caecam et brútam perhibent phílosophi,
Sáxoque instare ín globoso praédicant uolúbilei:
'Id quo saxum inpúlerit fors, eo cádere Fortunam aútumant.
'Insanam autem esse áiunt, quia atrox íncerta instabilísque sit:
Caécam ob eam rem esse íterant, quia nil cérnat quo sese ádplicet:
Brútam, quia dignum átque indignum néqueat internóscere.
Súnt autem alii phílosophi, qui cóntra Fortuná negant
'Vllam miseriam ésse, temeritátem esse omnia aútumant.
'Id magis ueri símile esse usus re ápse experiundo édocet:
Vélut Orestes módo fuit rex, fáctust mendicús modo.

Rhet. ad Herenn. II 23, 36 'itemque infirma ratio est, quae non necessariam causam affert expositionis, uelut Pacuuius [1—10]. Nam hic Pacuuius infirma ratione utitur, cum ait uerius esse temeritate quam fortuna res regi. nam utraque opinione philosophorum fieri potuit, ut is qui rex fuisset mendicus factus esset.' Ibidem 24, 37 'item infirma ratio est, quae uel alii expositioni potest adcommodari, ut facit Pacuuius, qui eandem affert rationem quare caeca, eandem quare bruta fortuna dicitur.' Versui 10 subiunguntur haec: naufragio nempe rē (rex Par. *Π* res Par. P m. 2) ergo id fructu (fructū Par. P fluctu Par. *Π* m. 2) forte aut fortuna obtigit Herbipol. Par. *Π*B Bern. n. n. res ista contigit ergo id non forte aut fortuna obtigit rell. libri Marxiani. Quae scholiastae doctrinam, non Pacuvii poesin praestare vidit Hermannus.

Pacuvii versum qui restituere voluerunt varia temptaverunt velut naúfragio nempe: ergo id factum forte, haud fortuna obtigit Salmasius. ipse in coroll. XLVII proposui: n. n.: ergo id factum haut forte fortuna o., Marxius nuperrime: n.: nempe ergo id f. F. aut F. optigit? Hoc et fortasse fr. XV ex Chryse sumptum videtur.

1—10 *Pertractavit hunc locum in Philologi VII p.* 383 *sqq. Fleckeisenus* 2 saxoque instare in globoso praedicant uolubili *Salmasius* saxoque instare in globos (globoso *Par. Π m.* 2) posse dicant uolubili *Par. uterque*, *Herbip Bern.* saxeoque instare globo praedicant uolubili *Bamb. Leid. Darmst.* saxique instar globosi esse dicunt uolubilem *Corb.* saxique esse instar globosi p. uolubilem *probavit Hermannus* 3 id quo *Par. Π*, *prob. Salmasius* id quod *Herbip. Par. P m.* 1 *Bern.* quo *Corb. m.* 1 quia quo *Corb. m.* 2 *Darmst.* ideo quia quo *Bamb. Leid. Par. P m.* 2 quia quo id *olim posui ut in v. interpolato* fortuna *Herbip. Bern.* 4. 5 *inverso ordine leguntur* 4 esse *Hermannus*, *om. libri*, *quos qui secuntur vocabuli* atrox *prosodiam ignorant* instabilis siet *Hermannus* 5 rem] causam *Darmst.* esse *om. Bamb.* 7 fortuna *Bamb. Leid.* fortunam φ negent *Bamb. Leid. Darmst.* 8 *Corrupta in libris, interpolata, mutilata certa fide restitui non possunt.* ullam miseritatem esse autumant (autumanitatem *Herbip.* temeritatem *Erf.*) *Par. uterq. Bern. Herbip.* ullam miseritatem esse sed temeritate omnia regi autumaent *Corb.* (sed temeritate omnia regi — regi omnia *Bern.* — *Par. P Bern.*) ullam esse miseriam (miseriam ullam esse *Darmst.*) sed temeritate omnia regi (geri *Leid.*) autumant *Bamb. Leid. Darmst.* Fortunam n. ullam miseram in rebus esse, Temeritatem esse autumant *Marx* miseriam esse ullam *Grotius* *Versum* 9 *restituit Salmasius. In eadem ignarus et ipse incidi et, quem non magis noveram, Spengelius.* ueri *om. Herbip.* esse *Herbip. m.* 1 esse aiunt *Par. P m.* 1 *Π Bern. Herbip. m.* 2 esse aiunt quod *Par. P m.* 2 *Corb. Bamb. Leid. Darmst.* reapse *Victorius* re (res *Par. P m.* 2 *Corb.*) ab se ω 10 factust *Hermannus* factus *Leid. m.* 1 factus est φ modo *om. Bamb. Leid. Darmst. Post* 10 naufragio nempe ergo id factum Forte aut Fortuna optigit? *sequi vult Marx*

XV

. mendicus, mánticulator: íta fati oppressít iugum.

XV—XVIII Festus p. 133 M. 'manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. Vnde manticulari dicebantur qui furandi gratia manticulas attrectabant. Inde poetae pro dolose quid agendo usi sunt eo

[illegible] Pacuuius [377. 376] Item [378] et [379 sq.]' Pauli [illegible] p. 133 M. 'manticulari dicuntur, qui manticulas attrectant, ut furentur. Vnde poetae pro dolose quid agendo hoc uerbo utuntur. Pacuuius: ad manticulandum astu adgreditur.' Post manticula periisse extremam partem articuli manticularum et primam sequentis de manticularibus censet O. Muellerus. Cf. Placidi glossa (CGl V 6 G.) 'ad manticulandum, ad dolum et strophas excogitandum.'

sum *vel* nunc *vel* ego *suppleri licet* modici manticulatur ita me facti oppressi iugo *cod.* mendicus, manticulator: ita me fati oppressit iugum *Grotius* (aliis)módice manticulatur uita, me f. o. i. *Bue, ingeniose*

XVI

'Ad manticulandum ástu aggreditur. — scíte nimquid prompserit?

*Personas distinxi alteramque feci interrogantem*; scit enim quid *cod.*, *quod* scite (*vel* sciti) nimquid (*h. e.* numquid) *interpretatus sum coroll.* LXXVI prompserit *conieci* promeruerit *cod.* scite quid prome, erue *Scaliger*. *In schedarum scriptura acquievit Lachmannus*

XVII

Deínde adgrédiar ástu regem: ⟨nám⟩ manticulandum ést mihi.

deinde *alii Festo reddiderunt* regem (rogem *in ed. noviss.*) *cod.* rem *Lachmannus senarium dimensus* hic *ante* mihi *inserit Aldina* *cf. Plauti Trin.* 963

XVIII

máchinam ordirís nouam:
Mánticulata astu ánne sancta iúra iuranda ádicis?

*Pacuvio reddidi cum Buechelero*: *cf. coroll.* XLVII *sq.* 1 ordi sis *x* 2 manticulata astu *conieci* manticulatactu *cod.* anne] an *cod.* sancta iura *conieci* sanctiora *cod.* iuranda adicis *conieci* dicis iuraiuranda *cod.* manticulata an sanctiora iura iuranda adicis *Bue*

XIX

Cum deúm triportenta

Varro de l. l. VII 59 M. 'Pacuuius: cum d. t. — —'

XX

Vóce suppressá, striato frónte, uoltu túrgido

Non. 204, 30 'frontem feminino genere Vergilius ... masculino Titinius ... feminino Pacuuius: uoce' e. q. s. 'Cato ... fronte longo ... Caecilius ... fronte hilaro ...' (feminino del. Mercerus) cf. coroll. XLVIII. Nostrum versum Vossius adiungi voluit ad Dulorestis fr. XXIII.

striato *Kiesslingius conl. Apulei metam. X* 3 innato *ω* irritato *Scaliger* minato *Onions* turgido: *cf. Apuleius metam.* IX 21 turpitudo *W*, *mss. Merceri* turpido *φ* turbido *Passeratius*

XXI

Quid ést? nam me exanimásti prologió tuo.

Pauli Festus p. 226 M. 'prologium principium, proloquium.' Fortasse huc adlusit Lucilius apud Nonium p. 30, 27: útrum [tu] tristi's contorto aliquo ex Pacuuiano exordio? Cf. Euripidis Iphig. Taur. v. 1162 laudatus ad Dulor. XXVI et 1160 *τί δ' ἔστιν, Ἰφιγένεια, καινὸν ἐν δόμοις;*

XXII

In túrba Oresti cógnita, agnota ést soror.

Priscianus p. 887 P. 'notandum tamen, quod cognosco cognoui cognitum et agnosco agnoui agnitum in frequentiore usu faciunt pro o paenultima producta, quam uetustissimi seruabant analogiam sequentes, i correptam adhibentia ... Pacuuius secundum utrumque protulit ...' Ex Chryse haec sumpta videntur.

XXIII

. . quid cessátis, socii, eícere spiras spárteas?

Festus p. 330 M. 'spira — — funis nauticus in orbem conuolutus, ab eadem omnes similitudine.' Conlatis Euripideis ex Iphig. Taur. 1386 *ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται, νεὼς λάβεσθε κώπαις, ῥόθιά τε λευκαίνετε* sat probabile fit ad Chrysem haec quoque pertinere.

*praemitti vel* eia *vel* agite *licet*

XXIV

. . . . . . reprime íncicorem iracúndiam.

XXIV. XXV Pauli Festus p. 108 M. 'incicorem, immansuetum et ferum. Pacuuius [386] Interdum cicur pro sapiente ponitur, ut idem Pacuuius [387].'

XXV

consiliúm cicur

XXVI

núlla res
Néc cicurare néque mederi pótis est neque refígere.

Varro de l. l. VII 91 M. 'apud Pacuium: nulla res' e. q. s. 'cicurare (cicorare Flor.) mansuefacere.' Fortasse responsum ad fr. XXIV.

2 nec *Lachmannus* neque *ω* potest[is] *F* refigere *scripsi* reficere *ω* refingere *suaserat Lachmannus* rem reficere *A. Spengelius*

XXVII

Séd cum contendí nequitum uí, clam tendenda ést plaga.

Festus p. 162 M. 'nequitum et nequitur pro non posse dicebant, ut Pacuius cum ait: sed cum' e. q. s.

*An* nequitur? ui *Scaliger* ut *cod.* tendenda est clam *conieci*

XXVIII

Priamús si adesset, ípse eius commiserésceret.

Servius in Aen. XI 259 'uel Priamo miseranda manus] .... est autem Pacuuii qui ait ...' Cf. Ovidii metam. XIV 474 naufragium redeuntium Achivorum narrantis: 'Graecia tum potuit Priamo quoque flenda uideri'; et Senecae Agam. 521 'cladibus nostris daret Vel Troia lacrimas'; denique Terentii hec. I 2, 53 'ut ipsam Bacchidem, Si adesset, credo ibi eius commiseresceret.'

Priamus si adesset, ipse *Bothius* si Priamus adesset et ipse *Servius*

XXIX

Quóniam ille interít, imperium Céfalo transmissum ést..

Philargyrius in Verg. ge. IV 437 'quoniam pro postquam.'

Cefalo *dubitanter posui*: *cf. trag. Rom. p.* 317 *sq.* calefo *Vatic.* Telepho *Grotius*

XXX

Alcýonis ritu lítus peruolgáns feror.

Varro de l. l. VII 88 M. 'origo in his omnibus Graeca, ut quod apud Pacuium: alcyonis' e. q. s. 'haec enim auis Graece dicitur ἀλκυών, nostri nunc alcedo; haec hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies alcyonios appellant. Quod est in uersu alcyonis ritu, id est eius instituto.' cf. Ritschelius opusc. II 500. Deiphilum conieci haec in Iliona questum esse.

peruolans *Par. a* (*cf. Lucr.* II 346) feror *Victorius* furor ω

XXXI

'Omnes latebras, súbluta mole ⟨ómnes⟩ abstrusós sinus

Suetonius apud Isidorum de nat. rerum 44 p. 73 ed. G. Becker (in Suetonii reliq. ed. a Reifferscheidio p. 243) 'moles quae eminent et procurrunt mari, de quibus Pacuuius: omnes' e. q. s. Ilionae tribui ariolando (cf. inc. inc. fab. XLIII), item fr. XXXII et Bergkio auctore XXXIII.

subluta mole *scripsi* sub leto (sublaetu *Bodl.*) mole (*vel* molae) ω sub lata mole *Arevalus* obiecta mole *Rothius* abstrusos *Langensiepenus* abstrusas (*vel* obstrusas) ω obtrusas *vel* obrutas *Arevalus* sub litoribus moles abstrusas s. *Bue*

XXXII

Quid méd obtutu térres, mulces laúdibus?

Pauli Festus p. 144 M. 'mulcere enim mollire siue lenire est.' cf. p. 186 'optutu' (Reitzenstein Verrin. Forsch. 36)

me ω

XXXIII

Servius in Aen. II 506 'de morte autem Priami uarie lectum est. alii dicunt, quod a Pyrrho in domo quidem sua captus est, sed ad tumulum Achillis tractus occisusque est iuxta Sigeum promontorium (nam in Rhoeteo Aiax sepultus est): tunc eius caput conto fixum Pyrrhus circumtulit. alii uero quod iuxta Hercei Iouis aram extinctus sit dicunt .... et hanc opinionem plene

Vergilius sequitur, licet etiam illam praelibet, ut suo indicabimus loco.' Idem in Aen. II 557 'iacet ingens litore truncus] quod autem dicit litore, illud, ut supra diximus, respicit, quod in Pacuuii tragoedia continetur.'

XXXIV

Servius in Aen. VII 320 'Cisseis: regina Hecuba filia secundum Euripidem (Hec. 3) Cissei, quem Ennius et Pacuuius et Vergilius sequuntur.' Cf. Iliona

XXXV

Póst quam calamitás complures ánnos aruas cáluitur

Non. 192, 30 'arua ... feminino ...' Medi frustum agnoscere mihi visus sum.

complures *Bergkius* plures ω per plures *Bothius*

XXXVI

Angués ingentes álites iunctí iugo

Cicero de inv. I 19, 27 'fabula est, in qua nec uerae nec ueri similes res continentur, cuiusmodi est ...' Victorinus explan. in rhetorr. Cic. p. 202 H. 'fabulam dicit esse quae nihil ueri nec ueri simile continet, et dat exemplum: cuiusmodi est angues' e. q. s. Huc spectare Ciceronem de rep. III 9, 14 intellexit A. Maius: 'nunc autem, si quis illo Pacuiano inuehens alitum anguium curru multas et uarias gentes et urbes despicere et oculis conlustrare possit.' Augustinum denique Soliloq. II 15, 29 eodem loco uti notavit Otto ab Osanno laudatus: 'non enim, cum dicitur iunctis alitibus anguibus Medea uolasse, ulla ex parte res ista uerum imitatur, quippe quae nulla sit ..... non ergo dicemus illud de Medea nescio quod monstrum falsum esse . . . itane tandem cum audio angues ingentes alites iunctos iugo, non dico falso?' idem epist. VII 4 'ego enim mihi ut libet atque ut occurrit animo, Aeneae faciem fingo, ego Medeae cum suis anguibus alitibus iunctis iugo, ego Chremetis et alicuius Parmenonis.' Confess. III 6 'uolantem autem Medeam etsi cantabam, non asserebam, et si cantari audiebam, non credebam.' Eodem referri possunt Varronis e Marcipore satura (fr. 284 B.) apud Non. 451, 16 'dixe regi

Medeam aduectam per aëra in raeda anguibus,' in quibus verba 'per áëra in r. a.' iambicum numerum produnt. Vix dubium quin ad Medum hoc fr. revocandum sit; ac fortasse eodem pertinent fr. XXXVII et XXXVIII.

XXXVII

. . . uolucri cúrrit axe quádriuga. 398

399 Isidorus differ. 47 'uolucres autem non solum aues uocamus, sed quadrupedes nimia pernicitate currentes, sed tamen cum adiectione, ut puta uolucrem equum, uolucrem tigridem. Vt est illud Pacuui: uolucri' e. q. s.

Medea *versum expleat* quadriiuga *scripsi*: *cf. Enn. v.* 92 *coroll. trag.* XLVIII *com.* CXXIII quadriga *ω*

XXXVIII

Pausíllum repeda, gnáte, a uestibuló gradum. 400

Festus p. 281 M. 'repedare, recedere. Pacuius: paulum' e. q. s.

pauxillum *O. Muellerus* paulum *cod.* repeda *Vrsinus* recede *cod.*

XXXIX

Quae meúm uenenis fléxit socium péctora.

Servius Dan. in Aen. V 28 'flecte autem significat muta, Pacuuius: quae' e. q. s. Recte Bothius Circes venena in Niptris memorata intellexit.

XL

eundem fílios
Sibi prócreasse pér Calipsonem aútumant.

Priscianus p. 685 P. 'in o productam desinentia Graeca sunt feminina et uel Graece declinantur . . . uel addita nis faciunt genetiuum, ut Dido Didonis. Accius [386] Pacuuius: filios' e. q. s. paulo infra: 'quod autem Ionis et Calypsonis et Didonis dicitur, ostendit hoc etiam Caesellius Vindex in stromateo his uerbis: Calypsonem. ita declinatum est apud antiquos. Liuius . . . Ennius . . . Accius.' Charisius p. 47 P. 'sed melius esset secundum Latinam consuetudinem huius Sapphonis, Didonis dicere. Nam et Pacuuius sic declinat . . .' Niptris reddidit Delrio.

1 *sq.* filios sibi procreasse eundem *Charisius* filios sibi

procreasse dicitur eundem *Priscianus* filios tibi p. eandem *Vossius* filios sibi procreasse (*om.* eundem) *Bothius*. *Trochaeos ipse olim praetuli* filios . sibi p. eundem p. C. a.

XLI

Calidónia altrix térra exuperantúm uirum

Varro de l. l. VII 18 M. 'Pacuius: Calydonia' e. q. s. 'ut ager Tusculanus, sic Calydonius ager est, non terra.' Quadrat fere ex Euripidis Oeneo fr. 558 N². ὦ γῆς πατρῴας χαῖρε φίλτατον πέδον Καλυδῶνος, quo motus Periboeae hoc fr. inserendum esse conieci.

exuberantium *Flor.*

XLII

lábitur
. . . . . . . trabica in álueos.

Pauli Festus p. 367 M. 'trabica nauis, quod sit trabibus confixa. Pacuuius: labitur' e. q. s.

2 alueo *Daccrius*, *fort. recte*. *Possis etiam sic disponere*: trabica lábitur | in álueos *aut*, *ut monet Bue*, labétur trabica in a.

XLIII

Nám si quae euentúra sunt prouídeant, aequiperént Ioui.

Gellius XIV 1, 34 'praeter haec autem . . . multa etiam memini poetarum ueterum testimonia, quibus huiuscemodi ambages fallaciosae confutantur; ex quibus est Pacuuianum illud . . .' Comparatis Sophocleis inc. fab. fr. 833 N²

ἀλλ' οὐ γὰρ ἂν τὰ θεῖα κρυπτόντων θεῶν
μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν

ad Teucrum hunc v. rettuli.

nam si qui quae *vulgabatur* quae *om. Lugd. Z* aequiperem *Vossius*

XLIV

Nérei repándirostrum incúruiceruicúm pecus

Quintilianus I 5, 67 'ceterum etiam ex praepositione et duobus uocabulis dure uidetur struxisse Pacuuius . . .' Varro de l. l. V 7 M. 'quemadmodum quodque poeta finxerit uerbum, confinxerit, declinarit. Hic Pacui rudentum sibilus, hic in-

curuiceruicum pecus.' Tetigit Lucilius v. 170 L. Vix dubium quin ad Teucrum pertineant.

in ceruice ruicum *Varronis Flor.*, *corr. Aldus*

XLV

. profectióne laeti píscium lascíuiam
'Intuentur, néc tuendi sátietas capiér potest.
'Interea prope iam óccidente sóle inhorrescít mare,
Ténebrae conduplicántur, noctisque ét nimbum obcaecát nigror,
Flámma inter nubés coruscat, caélum tonitru cóntremit,
Grándo mixta imbrí largifico súbita praecipitáns cadit,
'Vndique omnes uénti erumpunt, saéui existunt túrbines,
Féruit aestu pélagus.

Cicero de div. I 14, 24 'gubernatores nonne falluntur? an Achiuorum exercitus et tot nauium rectores non ita profecti sunt ab Ilio, ut profectione l. p. l. intuerentur, ut ait Pacuuius, nec tuendi satietas capere posset? [3 sq.]' Idem de orat. III 39, 157 'sed ea transferri oportet, quae aut clariorem faciunt rem, ut illa omnia: inhorrescit mare [4—8] omnia fere, quo essent clariora, translatis per similitudinem uerbis dicta sunt.' Vtrumque locum coniungendum esse vidit Bothius. Iulius Victor p. 251 Or. (432 H.), 'ea tamen transferri oportet quae clariorem faciunt rem, ut est inhorrescit m. et feruet a. p.' Albini de arte rhet. dial. p. 545 H. eisdem verbis 'horrescit m.' et 'feruet a. p.' laudat. Nonius p. 423, 6 'horridum ... Accius Medea [VIII] .. M. Tullius .... cum subito mare coepit horrescere .. Varro epistula ad Caesarem: interea prope ad occidentem solem horrescit mare.' Possunt Varronis verba et Pacuvii fabulaeque nomen excidisse. Naufragium in Teucro enarratum est: cf. XIV et XV.

1 sic *ab initio suppleri velim* 2 intuentur, *om.* ut, *Hermannus* intuemur *scite Vsenerus* satietas capier potest *censor in Leutschii ind. philol* 1872 *p.* 287 capere satietas potest *Hermannus* satias capere nos potest *Vsenerus* capere potis est satietas *Stieglitzius* 6 largifluo *Ernesti*

XLVI

murmúr maris

Servius Dan. in Aen. I 55 'sic dixit Pacuuius murmur maris, quia uentos murmur sequitur.'

XLVII

hínc saeuitiam Sálaciae
Fúgimus.

Festus p. 326 M. '[Salacia — — —] Pacuuius ..... ..... am Salaciae .......... uescimur — — —' Pauli Festus p. 327 M. 'Salaciam dicebant deam aquae, quam putabant salum ciere, hoc est mare mouere .... Pacuuius: hinc saeuitiam Salaciae fugimus.' Num quae praeterea Pacuviana in Festo lateant, incertum est.

1 Salaciae: *cf. coroll.* XVII

XLVIII

. . . . . líqui in Aegaeó fretu

Varro de l. l. VII 22 M. 'Pacui liqui' e. q. s. 'dictum fretum ab similitudine feruentis aquae ... Aegeum dictum ab insulis' e. q. s.

fretu *A. Spengelius* fretum *Flor.* freto *Laetus*

XLIX

. . . . . quí stirpem occidít meum

Charisius p. 85 P. 'stirps ... dixerunt tamen etiam in significatione sobolis masculino genere, ut Pacuuius ...' item Beda de orthogr. VII 291 K. Telamonis in Teucro verba fuisse videntur.

L

Flexánima tamquam lýmphata aut Bacchí sacris
Commóta, in tumulis Teúcrum commemoráns suum

Cicero de div. I 36, 80 'fit ... ut pellantur animi uehementius, saepe etiam cura et timore, qualis est illa flexanima' e. q. s. Varro de l. l. VII 87 M. 'apud Pacuium: flexanima tamquam [lymphata]: lymphata dicta a lympha.' Non dubium quin de Hesiona haec in Teucro narrata fuerint.

1 aut *unus cod. Moseri, Auratus* ut φ bacchi *Ciceronis Palatinus unus teste Grutero* baccha (*posteriore* a *in ras. Leid. B*) φ

LI

Tópper tecum, síst potestas, fáxsit: sin mecúm uelit

Festus p. 352 M. 'topper fortasse ualet in Enni et Pacui scriptis — Pacuuius: topper' e. q. s.

sist] sit *cod.* si *Bothius* sin] si *cod.*

LII

'Obstinati exórtus

Festus p. 193 M. 'obstinato, obfirmato, perseueranti, ut tenere possit, ut Pacuuius: o. e.'

obstinati exortus *cod.*: *nolim defendere cum Buechelero, qui impetus vel militum vel ventorum intellegit.* obstinari exorsus *Bothius, praeeunte* exorsus *Aldina. An* obstinate?

LIII

Servius in Aen. IV 473 'a Pacuuio Orestes inducitur Pyladis admonitu propter uitandas Furias ingressus Apollinis templum, unde cum uellet exire, inuadebatur a Furiis.'

Hanc scaenam Hermionae fuisse suspicatus sum conl. Verg. Aen. III 330 sqq.

LIV

Non. 111, 22 'facul pro faciliter . . . Afranius Auctione: haut fácul, ut ait Pacúuius, femina ⟨úna⟩ inuenietúr bona.'

In Antiopa haec iactari poterant. In quaest. scaen. p. 353 dixi, quod postea Bergkius symb. in gramm. lat. p. 139 adnotavit, Graeci, non patrii poetae verba videri in Curculione Plauti laudari v. 591 'ántiquom poetam audiui scripsisse in tragoedia, Múlieres duás peiores ésse quam unam múlierem.' propius ad Pacuvii sententiam accedit Merc. 512.

haut *H, Lachmannus* aut *φ* una *Lachmannus, om. ω Pacuvius scripserat fortasse*: Haud fácile femina ⟨úna⟩ inuenietúr bona, *nisi forte creticos* haút facul fémina una ínuenitúr bona *praefers*

LV

Calcam

Charisius p. 50 P. 'quamuis antiqui, ut Pacuuius et Plautus, Calcham dicant, non Calchantem.' calchan cod. Calcham (immo Calcam) scribendum esse monuit Ritschelius Prol. Trin. p. LXXXVII.

LVI

torrus

Servius in Aen. XII 298 'nam illud Ennii et Pacuuii penitus de usu recessit, ut hic torrus, huius torri dicamus.'

LVII

iteris

Charisius p. 63 P. 'iter iteris debet facere, non itineris ... plurali tamen numero itinera semper dicemus. non enim sicut huius iteris Pacuuius dixit, et haec itera potuit dicere.' Idem p. 109 P. 'Pacuuius quoque iteris dixit.'

LVIII

insomnia

Servius in Aen. IV 9 'sciendum igitur: quia, si terret dixerimus, antiqua erit elocutio. Insomnia enim' (h. e. vigilia) 'licet et Pacuuius et Ennius frequenter dixerint, Plinius tamen exclusit et de usu remouit.'

LIX

pută. ită

Servius in Aen. II 651 'praepositiones uel aduerbia in a exeuntia modo producunt ultimam litteram, excepto puta et ita ('et ita' om. Hamb.), quae ('quia' vulgo) apud Ennium et Pacuuium breuia sunt.' puta et ita] ita et quia coni. Thilo conl. Prisc. II 65 H. Servio de fin. IV 454 K.

LX

hic Iouis

Pompeius GL V 187 K. 'hoc ipsum etiam quod diximus, hic Iuppiter et huius Iouis, apud antiquos libros inuenimus plenas declinationes, hic Iuppiter huius Iuppitris huic Iuppitri. Legimus in Capro hic Iouis, huius Iouis. Etiam Naeuius Accius Pacuuius, omnes isti utuntur hoc exemplo.'

LXI

ante templo
propter homine
praeter condemnatis

Pompeius GL V 278 K. 'non dubitat Pacuuius dicere ante templo; non dubitat dicere propter homine; non dubitat dicere, quod dixit etiam Sallustius, praeter condemnatis. iste enim dixit:' (Catil. 36) 'praeter rerum capitalium condemnatis. inuenimus ista omnia.' In illo 'homine' fugit grammaticum fortasse omissa finalis consonans m. De Sallustiano exemplo recte iudicat Bergkius symbol. I p. 44 adn.

LXII

applar

CGl. II 18 G. (coroll. XLIX) 'appia, εἶδος σκεύους, ὡς πακούβιος.' Isidori gloss. 'applare, cochlear.' cf. Lydus de mens. 25. Ergo scribendum applar vel aplar, ut vidit Jos. Klein mus. Rhen. XXIV 295.

LXIII

desertitudines

Statii commentarius ('vetustissimarum membranarum', si modo vere) laudatus a Casp. Barthio animadv. ad Statii Theb. IV 737 p. 1230: 'deserta] desertitudines. Vt Placubius.' Pacuvium citari vidit Barthius, indicavit hunc locum Rob. Unger 'Papinii Statii ecloga ultima' p. 242 adnot.

# L. ACCIVS

Varias nominis Accivs Activs Attivs formas curiose enotare supersedebo.

## ACHILLES

I

Qua re ália ex crimine ínimicorum effúgere possis,
délica.

Non. 98, 6 'delica, explana, indica.' Idem 277, 28 'delica est aperi et explana ...'

aliae ex *ω p.* 98 ex alio *B p.* 277

II

Ne túm cum feruat péctus iracúndiae

Non. 504, 27 'feruat pro ferueat ... Accius Acille ...' (Achille Bamb.)

iracundia *ed.* 1526

III

. . . . an scéptra iam flaccént? ferat.

Non. 110, 12 'flaccet languet, deficit ...'

flacent ψ fera *Quicherat, non male*

## MYRMIDONES

Incerta coniectura statui eandem fabulam fuisse Achillem et Myrmidones.

I

Tu pértinaciam ésse, Antiloche, hanc praédicas,
Ego péruicaciam áio et ea me utí uolo:
Haec fórtis sequitur, íllam indocti póssident.
Tu addís quod uitio est, démis quod laudí datur.
Nam péruicacem díci me esse et uíncere
Perfácile patior, pértinacem níl moror.

Non. 433, 1 'peruicacia et pertinacia hoc distant: peruicacia est interdum bonarum rerum perseuerantia, pertinacia semper malarum.' Cf. Frontonis epist. IV 2: vide ad Ennii fr. inc. fab. LXI.

2 aio *Aldina* ai ω et ea *Fruterius* et a ω et hac *Scaliger* ea, *om.* et, *Lachmannus* *Versus* 3—6 *inverso ordine in libris feruntur hoc*: 5 6 3 4, *quem correxit Bothius* 5 dici *Scaliger* dicis ω me esse *fort. ex* meed *ortum*: *cf. ad v.* 36 *et* 53

II

Clássis trahere in sálum ⟨me⟩ et uela uéntorum animae immíttere

Non. 234, 8 'anima, uentus ....' Contulit Hermannus Homeri Il. IX 358 sqq.

classis (classes *Jun.*) *Mercerus* lassis ω *septenarium discripsi*, *senarios* classes t. in s. | et u. u. a. i. *Scaliger et transposito* classes *initio v. alterius Grotius*: *cf. coroll.* XLIX

III

Mea fácta in acie oblíti . . . . .

Non. 502, 1 'accusatiuus pro genetiuo.'

facta *Mercerus* fata ω

IV

Quódsi, ut decuit, stáres mecum aut méus ⟨te⟩ maestarét dolor,
Iám diu inflammári Atridae náuis uidissént suas.

Non. 137, 33 'maestaret pro maerentem faceret.' (mestaret Bamb., ubi versus ipsi desunt ut plerumque in hac parte. mertaret Harl. W)

1 quodsi *Fruterius* quod sic ω: *in* sic *litteris* sei *latere potest* stares *Gifanius* histares *compuncta* h *L* istares φ te *Mercerus*, *om.* ω mertaret ω moeraret *ed. Mediol.* 2 Atridae *Mercerus* atre *H* et re φ

V

'Iram infrenes, óbstes animis, réprimas confidéntiam.

Non. 262, 15 'confidentia rursum temeritas, audacia ....' Cf. Homeri Il. IX 496. 255 sq.

infrenes *Junius* infrenis (infermis *L*) ω

VI

Tua honéstitudo Dánaos decepít diu.

Non. 120, 31 'honestitudo pro honestas. Accius Oenomao ... idem Myrmidonibus ...'

decepit *Delrio* decipit ω

VII

'Ego me non peccásse plane osténdam aut poenas súfferam.

Non. 396, 31 'sufferre est sustinere ....'

VIII

Régnum tibi permítti malunt? cérnant: tradam exércitus.

Non. 261, 24 'cernere rursum cedere' (succedere *x*) 'unde et cernere hereditatem filii patribus, id est cedere' (id

est succedere patribus *x*), 'dicti sunt.' Conferunt Homeri Il. IX 616.

malim *Junius* cernant *Mercerus* cernam ω, *et legit ipse Nonius*. cernas *x*. *cf. mus. Rhen. L* 279 exercitum *Aldina*

IX

Nolo équidem: sed tu huic, quém scis quali in té siet
Fidélitate, ob fídam naturám uiri!
Ignósce.

Non. 109, 31 'fidelitatem, id est fidem.'

1 quale *L an* qualei?

Quadrat ad hanc fabulam inc. inc. fab. XXVIII; de XXVII vaga est ariolatio.

AEGISTHVS

I

heu!
Cuiátis stirpem fúnditus fligí studet!

Non. 110, 32 'fligi, affligi. Liuius Aegistho ... Accius Epinausimache ... idem Aegistho: heu' e. q. s.

2 cuiatis: *cf. trag. Rom.* 467

II

Cui mánus materno sórdet sparsa sánguine.

Non. 170, 3 'sordet, sordidata est.'

cum *HL* sparsa *ed.* 1526 sparso ω *Malim* sparsa sordet

III

Celebrí gradu gressum ádcelerasse † decet.

Non. 89, 25 'celebre non solum frequens, sed etiam uelox.' Servius Dan. in Aen. IV 641 'celerabat] alii celebrabat legunt, quia antiqui hoc uerbum in uelocitate ponebant. Accius: celebri' e. q. s.

adcelebrasse *Nonius* adcelerate *Serv. Fuld.* adcelerauisse *Scaliger* dedecet *Bue conl. Soph. El.* 871 *sq. adde Plauti Poen.* 513 *sqq.* docet *Nonius*, *om. Servius* addecet *Scaliger* con-

decet *Maehly* nunc *vel* iam d. *alii* *Anapaestos* celebríque gradu Gressúm nunc adc. decet *ne nunc quidem plane repudiaverim: cf. trag. Rom.* 468

IV

. . . . . néque fera hominum péctora
Fragéscunt, donec uim ímperi persénserint.

Non. 111, 1 'fragescere, frangi.' Comparavi Aeschyli Agam. 1601 H. κρατηθεὶς δ' ἡμερώτερος φανεῖ (1619 sq. 1639 sq.)

2 imperi persenserint *Bothius* persenserim imperii *ω* persenserint imperii *Bentinus* persensint (*vel* persensere) imperi *Hermannus*

V

melius quám uiri
Cállent mulierés.

Non. 257, 30 'callet significat scit ...' Similia sunt in Aeschyli Agam. 1605 τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς.

CLVTEMESTRA

Clvtemestra nominis formam revocavit Ritschelius opusc. II 497 sq.: cf. collecta a me ibidem 517 sq. et Fleckeiseni tit. L p. 13. Diphthongum oe Accio vindicavi in annall. philoll. LXXV 316 sqq. Actam a. 698 in ludis Pompei narrat Cicero ep. ad fam. VII 1. Cf. praeterea de off. I 31, 114.

I

. . . . sed uáluae resonunt régiae.

Priscianus p. 863 P. 'haec tamen ipsa' (sc. in ui divisas praeteritum desinentia, ut sonui, sonitum) 'et secundum tertiam uetustissimi protulisse inueniuntur coniugationem ...'

ualde *Reg. Bamb. Bern. Sang. et* i *vel* l *erasa Grut. Carolir.*

II

. ómnes gaudent fácere recte, mále pigrent.

Non. 219, 14 'pigret ...'

non omnes *prop. coroll. L, sed etiam contrarium* omnes se *dici potuit* male *Bothius* mali *ω* *audaciora alia*

III

Deúm regnator nócte caeca caélum e conspectu ábstulit.

Servius Dan. in Aen. I 88 'eripiunt, i. e. abstollunt.'

IV

Flúcti inmisericórdes iacere, taétra ad saxa adlídere

Non. 488, 12 'flucti pro fluctus. Accius Telefo ... idem Clytaemystra ...'

taetra *Mercerus* aetera *Ba* et aetra *φ excepto W qui totum versus dimidium omittit*

V

34 35 Péctore incohátum fulmen flámmam ostentabát Iouis.

Servius Dan. in Aen. I 44 'illum expirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit] Probus et tempore legit ... sed qui legunt pectore, de Accio translatum affirmant, qui ait in Clytemestra de Aiace ...' Antecedebat fort. inc. inc. fab. XXI: cf. trag. Rom. 463.

in pectore *Servius, quod olim in exitu versus posui* fulmen inchoatum *Servius*: *cf. coroll. L*

VI

Cúr me miseram inrídet, magnis cómpotem et multís malis?

Non. 521, 27 'compotem bonae rei solum dici existimatur, cum etiam mala in re positum sit.'

meae *ψ*: *an* mee *Acciana scriptura? cf. v.* 8 *et* 53 magnis *Lipsius* magis *ω*

VII

Scíbam hanç mihi suprémam lucem et séruiti finém dari.

Non. 226, 8 '[seruitus] neutri.'

seruiti *Bothius* seruitutis (seruitas *L*) *ω* seruitii *Vossius*

VIII

. . . ut quaé tum absentem rébus dubiis cóniugem
Tétinerit, nunc pródat ultorem?

Non. 178, 12 'tetinerit pro tenuerit ...'

2 uictorem *ms. Fabri, fortasse recte* ulltorem *L* ut quaé tum absenti in rebus d. coniugi | tetínerit, ei nunc p. victori fidem? *Onions, alii alia*

IX

. . . . . séras potiuntúr plagas.

Donatus in Terent. Adelph. V 4, 17 'potitur accusatiuo casu . . .'

seras *ed. Veneta* siras *cod. Reg.* feras *ed. pr.* saeuas *conieci* serenas *vel* astriferas *vel* superas *malit Bue*

X

Mátrem ob iure fáctum incilas, génitorem iniustum ádprobas.

Non. 125, 2 'incilare est increpare uel inprobare. Accius Meleagro . . . idem Clytemestra . . .'

matrem ob *Grotius* matre meo *ω* matrem me ob *Bergkius*

His reliquiis adiungi possunt inc. fab. fr. I. II inc. inc. fab. LXVII.

## AGAMEMNONIDAE

I

. . . . . ínimicitias Pélopidum
Extínctas iam atque oblítteratas mémoria
Renouáre

Non. 146, 29 'oblitterare est obscurefacere et in obliuionem ducere.'

1 Pelopidum *Vossius* Pelopidarum *ω* 2 extinctas *H, Bentinus* extincta *φ* iam atque *H, Junius* tam *φ*, *nisi quod* causa *Vrbin.*, *unde* pausa *conieci* (*cf. coroll. com.* CXXIV) fama *Bue*

II

sic
Multi, ánimus quorum atróci uinctus málitia est,
Compósita dicta e péctore euoluúnt suo,
Quae cúm componas, dícta factis díscrepant.

Non. 260, 21 'componere, simulare uel fingere.'

1 sic *delebat Vossius*

## ERIGONA

I

Locrórum late uíridia et frugum úbera

Non. 498, 5 'genetiuus positus pro ablatiuo uel aduerbio loci . . .'

Locrorum *Ald.* locronum ω locorum *Bothius* lucorum *Bue*

II

Adséntio: age nunc tú tuam progéniem profer órdine.

Non. 469, 18 'adsensit' (adsentit Bamb.) 'est et passiuum. Accius Neoptolemo . . . idem Erigona . . .'

profer *scripsi*: *cf. Ter. Phorm.* 395 et ω *Olim Merceri senarium* adsentio: age nunc tuam p. ede ordine *probabam*

III

Hóspitem depósitam interemes?

Non. 279, 11 'deponere est commendare.'

hospitam *B* interemes *BGHL* interimes φ deposita *H e corr.*, *W*

IV

Quód utinam me suís arquitenes télis mactassét dea!

Non. 341, 25 'mactare est immolare . . .'

arquitenes ω, *antiqua scriptura*

V

Tum aútem Aegisthus sí med eodem lécto comitassét patri!

Non. 85, 14 'comitasset pro cobuisset.' (cobitasset Salmasius cubuisset Bamb. concubuisset Vatic. 2916 cohibuisset Onions)

med *Palmerius* me esse ω, *quod* meed *interpretari possis: cf. v.* 8 *et* 36 me ex *Bue* me *Grotius* leto *Grotius*, *Palmerius* cum autem A. — heu me! — eodem lecto cubitasset p. *x*

VI

Séd ubi ad finem uéntum est quo illum fórs expectabát loco,
'Atque Orestem gráuis sacerdos férro prompto adstítuerat

Non. 315, 10 'grave, triste.'

1 fanum *Lipsius* quo *Guietus* in quo ω 2 adque (*h. e.* atque) *L* ad quem *W* atquem *H* Orestem *Ritschelius* Orestes ω, *tuetur Bue mactaturum Erigonam intellegens* Oresten *Grotius* Orestei *vel* Orestae *x* ferro cum promto *Grotius* adstituere ψ adtituere sistit *H* adsistit *BG* adstitit *Grotius*

VII

⟨Nam⟩ quámquam exanguest córpus mi atque annís putret

Non. 159, 19 'putret ...'

nam *Ritschelius*, *om.* ω est exsangue *Bothius* mi *Bothius* mihi ω

ALCESTIS

Cum stríderat retrácta rursus ínferis

Priscianus p. 867 P. 'strideo quoque stridi facit ... i autem tam in praesenti quam in praeterito productam habet ...' Idem p. 893 P. 'strido et strideo tam tertiae quam secundae coniugationis inuenitur .... sed puto euphoniae causa non esse in usu strisi, sed stridi ...'

tum *Grut. p.* 893 strideret ω *p.* 867 striderit *ed. Veneta* rursum *Sang. ibidem: cf. Ritschelius opusc. II* 260 *sq.* rursus ab *Vossii ms.* rursum ab *Bothius*

ALCIMEO

De nominis Alcimeo forma quae disputavi vide in Ritschelii opusc. II 613 sq.

I

suós deseruit líberos. —
Supérstites sunt.

Non. 393, 24 'superstites ueteres ponebant incolumes ... Accius Alcemeone ...'

1 *sq. deverbium distinxi trag. Rom.* 502, *olim* quos d. l., | sup.

sunt *edidi sive adfirmantis sive interrogantis* duos *Hartungus* sunt *cum Bothio om. qui senarium integrum ponunt*

II

'Vt me depositum ét maerentem núntio repéntino
alacrem
Réddidisti adque éxcitasti ex lúctu in laetitúdinem!

Non. 132, 9 'laetitudine pro laetitia. Accius Alcmenone...' (alcimeone Vrbin. 307)

1 depositum *Palmerius* repositum ω depositam *conici posse olim monui* et maerentem *Junius* inmerentem ω. *An* ut maerentem? nuntio repentino *Bothius* repentino nuntio ω repentino alacrem n. *exitum commendavit Bue* 2 atque excitasti *Mercerus* adiue hesitastis ω ac me excitasti *Junius*

III

Quod di ín sedem infernám penitus
Depréssum altis clausére specis

Non. 487, 25 'specis pro specubus. Accius Alcmeone...'

1 di in sedem infernam *x* di interdum inferam ω di in terram infernum *Bue* 2 interpressum *W*

IV

qui ducat cúm te socerum uíderit,
Géneribus tantam ésse inpietatem? . . . . . . .

Non. 487, 29 'generibus pro generis. Accius Alcmeone...' (Alomeone W Alchimaeone Bamb.)

1 socerum uiderit *Vossius* uiderit socerum ω *fuit qui septenarios iambicos* qui d. cum te uiderit socerum *e. q. s. commendaret: cf. coroll. L sq.*

V

Tenta út frustrando láctans uanans prótrahas.

Non. 16, 22 'lactare est inducere uel mulgere uellere decipere... Accius Alcimaeone...' Idem 184, 1 'uanans dictum pro fallens. Accius Alcmena...'

tenta *Bergkius* tanta ω tantum *Vossius* fata *Bue* ut *om.* ω *p.* 184 protrahit ω *p.* 184 protrahis *Schoppius*

VI

Quia néc uos nec ille inpúne inriderét meam
Grandaéuitatem

Non. 116, 11 'grandaeuitas. Accius Alcimachone...'

1 nos *W*

VII

Atque éccos segnis sómno et tarditúdine.

Non. 181, 18 'tarditudine et tarditie pro tarditate ... Accius Alcmene ...' (Accius Alcmene om. Leid. Accius Alcmaeone Junius)

signas *L* signis *HW*

VIII

Postrémo amplexa frúctum, quem di dánt, cape!

Non. 470, 11 'amplexa pro amplexare. Accius Alcimeone ...' (solomeone Bamb.)

*Non dubitandum quin* amplexa *participium sit*

## ALPHESIBOEA

I

Ita térrita membra animo aégroto
Cunctánt subferre labórem.

Non. 469, 23 'cunctant pro cunctantur.' (Alpesiboea Bamb.)

II

etsi est ín malis
Depósitus animus, quaé scibo exinde aúdies.

Non. 279, 25 'deponere est desperare, unde et depositi desperati dicuntur ... Accius in Tereo ... idem in Alfesiboea ...'

2 animus, quae scibo exinde *Bothius dubitanter.* animus meus quae scibo exinde ω, *quae in octon. troch. servari posse monet Bue* animus meus q. s. ex me *Vossius* audies *Vossius* audiet ω *Temptavi varia, e. c.* etsi meus est ín malis, *quod verum videtur. Ceterum cf. coroll. com. p.* CIX

III

Quid tam óbscuridicum est támue inenodábile?

Non. 15, 10 'enoda significat explana ... Accius Eurysace ... idem Alfesiboea ...'

quid itam *W* qui ita *L* obscuridicum *Mercerus* obscuri dicunt ω quid ita? tamne obscure dictum est *Bothius*

IV

Si tuí ueretur té progenitorís, cedo.

Non. 497, 2 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuum pro accusatiuo poni placet ...'

V

. . . sed tibi caútim est adeundum ád uirum.

Non. 512, 10 'cautim pro caute.'

sed ubi cautim est ad eundem *Ba*

VI

At uéreor, cum te esse 'Alcimeonis frátrem factis dédicat

Non. 280, 4 'dedicare — —'

at *Junius* ad ω Alcimeonis *restitui* Almeonis ω dedicas *Bothius*

VII

Cum ipsá simitu míseritudo meórum nulla est líberum.

Non. 136, 19 'miseritudine pro miseria uel misericordia. Accius Astyanacte ... idem Alphesiboea ...' (Alpesiboea Leid.)

simitu *Bothius* simeta ω cum ípsa sim ita *Bue* meorum *Vossius* eorum ω nulla *Heinsius* ṇulla *H* ulla φ

VIII

O dírumque hostificúmque diem, o
Vim tóruam aspecti atque hórribilem!

Non. 485, 25 'aspecti pro aspectus. Accius Astyanacte ... idem Alfesiboea ...'

1 o dirumque *anapaestorum, quos Geppertus agnoverat,*

*initium olim proposui praeter dactylos.* o dirum, *suprascr.* o, *L* odiorum *φ* 2 ouium turbam *Ba H L*

IX

Sed ángustate inclúsam ac saxis, squálidam

Non. 73, 25 'angustitatem dictum pro angustia.'

sed *ω*, *pro accusativo pronominis haberi potest*; *ut* se *coni. Bue.* sei *Lachmannus. An* sic? angustate (*ut* uenustas uetustas) *scripsi* angustatem *H*[1] (*cf. v.* 504) angustitatem *φ* angustitate *Vossius* *septenarium* sed angustitate i. saxi senti, sq. *olim prop. trag. Rom.* 505 (*cf. v.* 111)

AMPHITRVO

I

Cum pátre paruos patrium hóstifice
Sanguíne sanguen miscére suo

Non. 224, 10 'sanguis masculino genere in consuetudine habetur ... neutro ...'

1 patrium *Bothius* patrum *ω* parat *Vossius* 2 miscere *Passeratius* hiscere *ω* suum *Vossius*

II

Vt tam óbstinatod ánimo confisús tuo

Festus p. 193 M. 'obstinato, obfirmato, perseueranti, ut tenere possit — ut Accius in Amphitryone: ut tam' e. q. s.

aut *Aldina* obstinatod *scripsi* obstinato *cod. Olim* ego *addidi*

III

An málad aetate máuis male mulcári exemplis ómnibus?

Non. 1, 12 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ...'

mala *ω* malan (*del.* an) *x* an mala | aetáte *C F W Mueller. Creticos* án mala aetáte mauís male mulcárier | éx. o. *prop. v. d. ind. philol.* 1872 *p.* 289

IV

Sed quaénam haec est muliér funesta uéste, tonsu lúgubri?

Non. 179, 18 'tonsus pro tonsura ...'

est mulier funestat (funesta *edd.*) ω mulier est funesta *Vossius* mulier funestast *x*

V

. sí satis recte aut uéra ratione aúgurem

Non. 469, 3 'auguro. Accius Oenomao ... idem Amfitryone ...'

*expleri versus his* sic si *vel aliis modis potest* si satis r. aut ⟨satis⟩ uera *prop. Leo* augurem *H*, *ed. pr.* augurer φ augurent *ed.* 1476

VI

Tamen ét staturae grácilitudo própemodum et luctús facit,
Ne dúbitem.

Non. 116, 2 'gracilitudo ... Accius Amfitryone: tamen' e. q. s.

1 staturae *Gebhardus* statuae et ω status et *Lachmannus ad Lucil.* 827: *cf. inc. fab.* XLII propemodum *Grotius* et propemodum ω

VII

Quín meum senium cúm dolore tuó coniungam et cómparem

Non. 255, 29 'comparare est sociare, coniungere.'

compararem *G H*

VIII

Pértolerarem uítam cladesque éxanclarem inpétibilis.

Non. 292, 12 'exanclare etiam significat perpeti ... Accius Diomede ... idem Amfitryone ...'

imperitibilis *H*

IX

Cédo, ecquid ei redhóstit? † uiam cometem obbitet fácilius

Festus p. 270 M. 'redhostire, referre gratiam — —

Accius in Amphitryone: cedo' e. q. s. Non. 165, 20 'redostit, reddit.'

cedo *om. Nonius* ecquid *Festus cf. coroll.* LI quid *Nonius* ei *vel* huic *conieci*, mihi *olim.* te *Festus* hic *Nonius* *An* redhostis? uiam cometem *Nonii* *ω* itum cum eas sem *Festi cod.* tum Comaeto *olim conieci: cf. coroll.* LII (*praeterea* tum iam *vel* eum *vel* eam *latere in corruptelis suspicabar*) uim, quo mortem *Onions.* *An* uitam, quo hostem? obbitet *scripsi*, *sc. facinus quod flagitas.* obbiet *W* obtet *L* obiet *Nonii* *φ* obiectet *Festi cod.* cedo q. hic redhostit? — iam Cometem obiectet f. *Bue κομήτην intellegens Pterelam*

X

Si fórte paulo quám tu ueniam sétius

Festus p. 343 M. 'setius' (serius Vrsinus) 'a sero uidetur dictum.' Paulus p. 342 M. 'setius Accius a sero comparauit, ait enim: ne, si forte' e. q. s. (Potest ne ex [Amphitryo]ne titulo reliquum esse.)

ne si *Pauli Festus: v. supra* serius *Vrsinus cf. Charisius p.* 194 *sq.* *P. v.* setius *et* secus; *Solmsen lat. Lautgesch.* 197

XI

Miserét lacrimarum lúctuum orbitúdinis.

Non. 146, 15 'orbitudinis pro orbitate.'

XII

Non páruolam rem ordíbor. — Ne retice, óbsecro!

Non. 39, 21 'ordire (ordiri Bamb. Harl. m. 1) est ponere (promere *x*), incipere.'

*Personas distinxit Delrio* paruolam *Bothius* paruam *ω* *An* ordibo?

XIII

Hócinest, quod tám temeriter tú meam beniuoléntiam
Ínterisse es rátus?

Non. 516, 3 'temeriter.'

hoccine est *Delrio* hoc in re est *ω* quod *W* quo *φ* quor *x* tu tam (ta *Ba*) temeriter *ω*, *quae transposui*

PERSIDAE

Satin út quem cuique tríbuit fortuna órdinem,
Numquam úlla humilitas íngenium infirmát bonum?

Priscianus de metris com. p. 1325 P. 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi, ut Ennius in Medea ... Accius in Argonautis ... idem in Persidis ...'

1 quemcunque *Bothius*

## ANDROMEDA

### I

100 Quot lúna circlos ánnuo in cursu ínstitit

Non. 20, 25 'circus dicitur omnis ambitus uel goerus, cuius diminutiuum est circulus.'

quot *Lipsius* quod ω circlos *Osannus* circulos ω circos *Mercerus* cursu *Vatic.* curso φ

### II

Cum nínxerint caeléstium molém mihi

Priscianus p. 882 P. 'ninguo quoque ninxi, unde et nix ...'

ninxerit *Bern., fort. recte* (*Iuppiter scil.*) cum ninxerit caelestium molimine *Grotius*

### III

Nísi quid tua facúltas nobis túlat opem, pereám ..

Macrobius in CGL. V p. 607 K. 'fero tuli et tollo tuli ... Accius uero in Andromeda etiam ex eo, quod est tulo, quasi a themate tuli, declinat: nisi' e. q. s.

quid *Bothius* quod ω quidem *Bergkius. An* qui? opem, peream *scripsi duce Kiesslingio, qui* peribimus *vel* nos periimus *clausula versum finiri volebat* (*in comoedia* probe *adderem.*) opem *Bothius* operam ω

### IV

103
104 Nec queí te adiutem inuénio: hortari púdet, non prodesse íd piget.

Non. 424, 2 'pudet et piget hoc distant: pudet enim uerecundiae est, pigere paenitentiae ... Accius Neoptolemo ... idem Andromeda ...'

*Septenariorum trochaicorum frustula dispescuit Bue, ego*

*olim senariorum* ne quiete ꝏ nec qui te *Junius* neque qui te *Bue* inueni *H* hortari piget *Scriverius* id piget *Aldina* id pudet ꝏ

V

Múliebre ingeniúm, prolubium, occásio ....

Non. 64, 8 'proluuium ...'

prolubium *Lipsius* proluuium ꝏ

VI

namque ut dicam té metu
Aut ségnitate adiúuere dubitare, haút meum est.

Non. 174, 22 'segnitas pro segnitia. Accius Aeneadis ... idem Andromeda ...'

1 namque ut te metu Aut segnitate dicam *Vossius* 2 adiuuere dubitare *scripsi* aut dubitare *W* addubitare φ adire *vel* tardum dubitare *Bue* adductum d. *Onions* aut meum *HL* haud meum φ

VII

Múlti iniquo, múlier, animo síbi mala auxere ín malis,
Quíbus natura práua magis quam fórs aut fortuna óbfuit.

Non. 425, 11 'fors et fortuna hoc distant: fors est casus temporalis, fortuna dea est ipsa. Accius Astyanacte ... idem Andromeda ...'

1 iniquo *Junius* in quo ꝏ auxere *Gulielmius* ausere (hausere *H*) ꝏ

VIII

Mísera obualla sáxo sento, paédore alguque ét fame

Non. 72, 7 'algu pro algore.'

misere *Bothius* obuallata *Delrio* obuallas *Bothius* senio ꝏ, *prob. Bue* pudore *W*

IX

Quí neque terraest dátus, nec cineris caúsa umquam
euasít uapos.

Non. 487, 10 'uapor et uapos ...'

terraest *Ba* terrae est φ

X

Immáne te habet témplum obuallatum óssibus.

Non. 323, 10 'inmane, foedum. Accius Automedia...' (Andromeda Aldina)

*Posse etiam septenarium trochaicum ab initio mancum esse, qualem olim notavi, neque hic neque alibi monere volui.* immane te habet *Aldina* immanitate habet ω immani tabe *Mercerus*

XI

Alui éducaui: id fácite gratum ut sít seni.

Non. 422, 15 'alere et educare hoc distant: alere est uictu temporali sustentare, educare autem ad satietatem perpetuam educere ...'

XII

Quód beneficium haut stérili in segete, réx, te obsesse intélleges.

Non. 395, 25 'segetem etiam ipsam terram dicimus ... Accius Oenomao ... idem Andromeda ...'

haut *Mercerus* aut ω obsesse *Gulielmius* obesse ω intelleges *Gulielmius* intellegis ω

XIII

Donéc tu auxilium, Pérseu, tetulistí mihi.

Non. 178, 16 'tetulit, tulit.'

XIV

Nosque út seuorsum díuidos leto ófferes

Non. 95, 24 'diuidos, id est separatos'

ut seuorsum *scripsi* (*nisi mancus prima dipodia septen. sit*) ut seorsum ω uni seorsum *Bue* diuiduos *Scaliger: cf. Lachmannus in Lucr. p.* 306 offeras *Scriverius*

XV

Nam pósquam paruos uós oppressit fámulitas

Non. 109, 26 'famulitas est seruitus.'

posquam *Vrbin.* postquam φ familitas *L cf. Pac.* 53

Perseus poterat inc. inc. fab. CIII dicere.

## ANTENORIDAE

I

ad populum intéllego
Referúndum, quoniam horum aéquiter senténtiae
Fuére.

Non. 512, 29 'aequiter pro aeque ...'

2 quoniam horum] quorum *Ba*

II

Fortásse an sit quod uós hic non mertét metus.

Non. 138, 30 'mertaret, mergeret.' (fort. 'mertare, mergere', atque sic Harl.) cf. Pauli Festus p. 81 v. exfuti, p. 124 v. mertat; Quintilianus I 4, 14.

fortassis an *facile scribi licuisse Bergkius monuit.* sit quod uos *Bue* sit quod *EFH²L* sit quos φ sint quos *ed. Mediol.*

III

Séd quis hic est, qui mátutinum cúrsum huc celerantér rapit?

Non. 513, 23 'celeranter pro celeriter.'

hunc *Ba*

IV

Namque húc em uenio, ut méa ope opes Troiae íntegrem.

Non. 127, 1 'integrare, redintegrare ...'

em uenio *scripsi* inuenio ω aduenio *Bothius* id uenio *Vossius* uenio *Junius* huce uenio *Vsenerus* Troiae *Junius* Trogae ω

V

qui aút illorum cópias
Fúndam in campo, aut náuis uram, aut cástra mactabo ín mare.

Non. 341, 15 'mactare, praecipitare.'

1 qui aut ψ quieuit *B* (*num latet* quei? *cf.* 103) quin aut *Bergkius* (quin *Bothius*) fundam in campo copias *Bergkius* copios *BGH* 2 iactabo *Madvicus*

## DEIPHOBVS

I

⟨Deaé⟩ Mineruae dónum armipotenti ábeuntes Danaí dicant.

Servius Dan. in Aen. II 17 'Accius in Deiphobo inscriptum dicit' (sc. equum): 'Mineruae' e. q. s. cf. Hygini fab. 108 'in equo scripserunt: Danai Mineruae dono dant.'

armipotentes ω abeuntes Danai *Bergkius* Danai abeuntes ω Minéruae armipotenti hóc abeuntes dónum Danai dédicant *Vsenerus*

II

Eo ánte noctem exténta retia út proueherem et stáluerem,
Fórte aliquanto sólito lembo súm progressus lóngius.

Non. 534, 2 'lembus, nauicula breuis piscatoria.'

1 eo *om. Ba* noctem *Scriverius* nocte ψ necte *Ba* extenta *Bothius* externa ω extrema *Junius* extremam *Fruterius* hesterna *Scriverius* proueherem *ed.* 1471 praeueherem ω 2 aliquando *Ba* solito *Gerlachius* solitus ω quam solitus *Junius* lymbo *Ba*

III

Nós continuo férrum eripimus, mánibus manicas néximus.

Priscianus p. 861 P. 'nexo quoque nexas uel nexis, ut Probo placet, nexui. Vergilius tamen ... secundum primam protulit coniugationem. Liuius uero in Odissia: nexebant ... Accius in Deiphobo ...' Idem p. 904 P. 'nexo nexis uel nexas nexui ...' Eutyches in CGL. V p. 485 K. 'nexo ... tam nexas ... quam nexis, ut Accius in Deiphobo ...'

arripimus *Eutychis Tegerns.* manibus *quod conieceram confirmatur Eutychis Par. et Tegerns., ubi* omnibus manibus *legitur.* omnibus φ *Eutychis et Prisciani* ω

IV

. ab infando hómine, gnato Láerta, Ithacensi éxsule,
Quí neque amico amícus umquam gráuis neque hosti hostís fuit.

Non. 314, 20 'graue multum, ualde significare ueteres probant . . .'

1 ab *scripsi* ad *BGHL* at $H^2L^2$ aut *W* *fort.* aut ab *de formis* infandod *vel* homone *olim cogitabam coroll.* XXXVI gnato Laerta *Rothius* gnatu laerat *W* gnato laerata φ (Laertae *Mercerus* Laerta *Vossius coniecerant*) Ithacensi *Mercerus* ithacense se *Basil.* ait hac enase *GW* ithacenase φ 2 quinque *W*

V

Vel hic quí me aperte effrénata inpudéntia
Praeséntem praesens díctis mertare ínstitit.

Non. 139, 1 'mertaret, mergeret. Accius Antenoridis . . . idem Deifobo . . .'

1 aperte *Rothius* a parte ω

Idem fere argumentum in Eqvo Troiano incerti poetae tractatum fuit.

ANTIGONA

I

Quid agís? perturbas rem ómnem ac resupinás, soror.

Non. 165, 2 'resupinas, honeste, id est ab incepto reuocas uel peruertis significat.'

soror *Junius* sorori ω

II

. . . . quánto magis te istí modi esse intéllego,
Tánto, Antigona, mágis me par est tíbi consulere et párcere.

Macrobius Sat. VI 2, 17 'Vergilius [Aen. XII 19—21] Accius in Antigona . . .'

1 isti modi *Ritschelius opusc.* II 692 istius modi ω

III

Attát, nisi me fallít in obitu
Sonitús

Non. 357, 22 'obitus rursus aduentus.'

1 *An delendum* in? fauillit *L*, *in quo si* fefellit *latet*,

*senarium efficias* attát ... sonus, *nam* sonus *senarii exitum iam Bue proposuit: cf. P. Richter in Studemundi stud.* I 413 *trochaeos* áttat nisi me in obitu fallit sonitus *fecit x* obitu *Palmerius* obitum *ω*

IV

Heús, uigiles, properáte, expergite
Péctora tarda sopóre, exsurgite!

Non. 104, 16 'expergo pro expergefacio.'

1 *sq. Dactylos agnovit Hermannus*

V

iam iam neque dí regunt
Néque profecto deúm supremus réx ⟨iam⟩ curat hómi-
nibus.

Macrobius Sat. VI 1, 59 'Vergilius [Aen. IV 371 sq.] Accius in Antigona ...' Cf. Sophoclis Antig. 921 sqq.

2 supremus rex *Borbon.* summus rex *φ* rex summus *Bothius* iam *add. H. Keilius* res *Bue* curat hominibus *Bue* omnibus curat *ω* curat omnibus *Keilius* *Varia ipse lusi, velut* neque dí regunt ⟨nos⟩ néque profecto deúm rex summus ómnibus Curat *vel in altero versu* néque p. d. rex summus rebus curat omnibus

VI

. . ne istunc número amittas súbitum oblatum . . .

Non. 352, 17 'numero significat cito. Accius Oenomao ... idem Antigona ...'

istunc *Rothius* istu *BG* istum *φ* numero *edd.* enumerum *ω* subito *Vossius, fortasse recte* nuntium *excidisse potest*

## ARMORVM IVDICIVM

I

Sed ítà Achilli armis ínclutis uescí studet,
Vt cúncta opima léuia ⟨iam⟩ prae illís putet.

Non. 416, 5 'uesci etiam significat uti ...'

1 ita *Grotius* it *ω* armis inclutis *Fruterius* incletis armis *ω* inclytis armis *Junius* 2 ut cuncta opima *Mercerus* ut ea cuncta optima Achilli inclyto *ω* iam *Hermannus, om. ω* illius *x* *Creticos agnoscere sibi visus est Bergkius*

*opusc.* I 342: séd ita A. ínclutis ármis u. s. | ália cuncta optima ut l. prae i. p., *item Bue, nisi quod v.* 2 út ea cuncta o. ac l. p. i. p. *retinet*, ea *intellegens certamina s. odia. Mihi* opima *necessarium videtur*

II

Quid est, cúr componere aúsis mihi te aut mé tibi?

Non. 257, 15 'componere rursus significat comparare.'

cur *om. G* te ac me *Hermannus*

III

. . . . nám tropaeum férre me a fortí uiro
Púlcrum est: si autem uíncar, uinci a táli nullum ⟨mi⟩ ést probrum.

Macrobius Sat. VI 1, 56 'Vergilius [Aen. X 449 sq.] Accius in Armorum iudicio . . .'

2 mi *Hermannus, om. ω* uinci nullumst a tali probrum *Bergkius, fort. recte*

IV

In quó salutis spés supremas síbi habet summa exérciti.

Non. 485, 13 'exerciti uel exercituis pro exercitus.'

salutes *Palat.* spes supremas *Scriverius* spesque summas *BaHL* spesque supremas *φ* speres summas *conieci* spesque (*i. e.* speique) summam *Bue*

V

Intér quos saepe et múlto inbutus sánguine

Non. 521, 5 'inbuere consuetudo inducere' ('induere' Bamb.) 'existimat, cum sit proprie maculare uel polluere uel inficere.'

imbutus *Bothius* inbutos *ω*

VI

Huius mé diuidia cógit plus quam est pár loqui.

Non. 96, 21 'diuidia est taedium.'

VII

Maiór erit luctus, cúm me damnatum aúdiet.

Non. 276, 32 'damnare . . .' Contulit Hermannus ex Sophoclis Aiace v. 462 καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανεὶς Τελαμῶνι;

VIII

154 'Vbi cura est, ibi ánxitudo acérbast, ibi cunctátio,
Cónsiliorum errátio et fortúnaest

Non. 72, 28 'anxitudo. Accius Eurysace ... idem Armorum iudicio: ubi' e. q. s.

1 *Restituit poetae verba Bue, nisi quod hic* ibi cura *scribit* acerbat ibi cuncta consiliorum ratio et fortunae sic (*vel* sit) *ω*, *nisi quod* fortitudine *H* sollicitatio *in extremo v.* 2 *prop. trag. Rom.* 372

IX

155 Béne facis: sed núnc quid subiti míhi febris ciuít mali?

Non. 173, 29 'subiti dictum pro repentini.'

qui *HL* febris esciuit *ω*, *metro non repugnare dicit Leo Pl. F.* 245 febrem exciuit *Bothius* fibris aestuat *Grotius* mali] mihi *L* bene facis: sed num quid subiti mihi febrem exciuit mali? *Hermannus*

X

Virtúti sis par, díspar fortunís patris.

Macrobius Sat. VI 1, 58 'Vergilius [Aen. XII 435 sq.] Accius in Armorum iudicio ...' Translata ex Sophoclis Aiace (v. 550) *ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος, Τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος· καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός.*

uirtute *Fruterius*

XI

Hem, uéreor plus quam fás est captiuam híscere.

Non. 120, 29 'hiscere est proprie loqui.'

captiuam *Grotius* captiuum *ω*

XII

Sed péruico Aiax ánimo atque aduorsábili

Non. 487, 15 'peruico, peruicaci.'

aduorsabili] *cf. Ammian. Marc.* XIV 3, 1 aduorabili *Ba*, *sed* ad *recentiore manu ascripto.* atuorabili *L* uorabili *φ* auorsabili *G. Wolff* haud orabili *Onions*

XIII

Nám non facile síne deum opera humána propria súnt bona.

Non. 362, 2 'proprium rursum significat perpetuum ....'

non *om.* *BGH* propria humana *Delrio*

XIV

Cur uétera tam ex alto ádpetissis díscidia, Agamemnó?.. 160 161

Non. 237, 21 'altum, uetus, antiquum ...'

discidi, Agamemno, ⟨initia⟩ *x* optime *versum concludere poterat*

XV

nóxitudo . . .

Oblítteretur Pélopidarum, ac pér nos sanctescát genus.

Non. 143, 21 'noxitudo pro noxia.'

1 ocule noxitudo *ω* occulta n. *Hermannus* o caelicolae, noxitudo *Bue* noxitudo ⟨mutua⟩ *coni.* *Videtur* ocule *ex glossa* occule, occulta *p.* 148, 20 *huc irrepsisse, secuta illa, ni fallor, olim titulum* obliterare *p.* 146, 31, *cui ipsi noster locus fuerit adpositus.* 2 Pelopidum *fuerunt qui exitum v. facerent* nos *Hermannus*

XVI

⟨Támmodo He⟩ctor lúx Dardaniae ⟨núnc idem⟩ in tenebrís ⟨situs⟩ 163ª

Festus v. tammodo p. 359 M. ex apographo Politiani.

*Supplevit Huelsenus Berl. philol. Wochenschr.* 1893 *p.* 1098 *sq.*

Inseruerunt huic fabulae probabili coniectura inc. inc. fab. XXX—XXXII.

ASTYANAX

I

Qui nóstra per uim pátria populauít bona.

Non. 471, 21 'populat ... Accius Astyanacte: qui' e. q. s.

nostram *W*

II

Nunc ín consilio id réges Argiuum aúcupant,
Id quaérunt

Non. 467, 17 'aucupaui, actiuum positum pro passiuo ... Accius Astyanacte: nunc' e. q. s. (Asteanacte Leid. Bamb.)

1 concilio *Delrio*

III

Vtinam únicam mi antístitam Arquitenéns suam
Tutétur!

Non. 487, 18 'antistitam.'

1 mi *Bothius* mihi ω 2 tutetem *Ba*

IV

Nil crédo auguribus, qui aúris uerbis díuitant
Aliénas, suas ut aúro locupletént domos.

Non. 95, 8 'diuitant pro diuites faciunt.' Gellius XIV, 1, 34 'multa etiam memini poetarum ueterum testimonia, quibus huiuscemodi ambages fallaciosae confutantur; ex quibus est Pacuuianum illud ... item Accianum illud: nihil inquit, credo' e. q. s.

1 nil *Bothius* nihil ω aures *Gellius* uerris *L Nonii* deuitant *HL Nonii* 2 domus *Gellii* ψ

V

171 172 Nunc, Cálcas, finem réligionum fác: desiste exércitum
Morári meque ab dómuitione arcére tuo obsceno ómine.

Non. 357, 6 'obscenum, uitabile ... Accius Astyanacte: hunc' e. q. s.

1 *sq. restituit maximam partem Aem. Baehrens ann. phil.* 1872 *p.* 623 hunc aicaispinem regionum fac ac desisset exercitum ω, *nisi quod* aciaspinem *B* aicaispanem *H* *In his* nunc *agnoverat Grotius*, Calchas *Mercerus*, religionum *Vossius* 2 nec me ω domuitionem ω tuo *conieci* tu ω tam *Bothius* omine *Mercerus* homine ω

VI

Ferúm feroci cóntundendum impériost, saeuum saéuiter.

Non. 511, 3 'saeuiter pro saeue ...'

ferum] genus *intellego*. serum *Ba* imperiost *Vossius* inperisit (imp.) *ω* imperio *Mercerus*

VII

Te própter tot tantásque habemus uástitatis fúnerum.

Non. 417, 12 'uastitas significat uastationem.'

te propter *Bothius* propter, *om.* te, *ω* propter te *Delrio*

VIII

Quorúm crudelitátem numquam ulla éxplet satias sánguinis.

Non. 172, 5 'satias pro satietas.'

cruditatem *E* $F^3$ ulla unquam *Vrbin.* satias *edd.* satietas *ω*

IX

in celsis móntibus
Pécua atque inter cólles pascunt Dánai in Froegiae términis.

Non. 159, 8 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres dixerunt ...'

Phrygiae *Junius* Froegiaet *ω cf. cor. com.* CX

X

itera, in
Quibus pártibus (namque audíre uolo,
Si est quem éxopto) et quo cáptus modo,
Fortúnane an forté repertus

Non. 425, 8 'fors et fortuna hoc distant: fors est casus temporalis, fortuna dea est ipsa.'

1 *sqq. Anapaestos agnovit Grotius, rectius disposuit Hermannus* 3 quam *W* modost *coni. Ed. Becker* 4 *An* fortuna? repertus *Mercerus* repertur *ω* *An* repertust?

XI

Híc per matutínum lumen tárdo procedéns gradu
Dérepente aspício ex nemore páuidum et properantem égredi.

Non. 518, 11 'derepente ...'

1 procedens *Vsenerus* properantem ω prorepens *Bothius*

XII

Tróia est testis: quaére ex aliis, qui íllius miseritúdine
Nómen clarum in húmili saxo múltis memorant uócibus.

Non. 136, 16 'miseritudine pro miseria uel misericordia.'

1 miseritudine *ed. a.* 1476 miseritudinem ω 2 umili *L* tumuli *Duentzerus*

XIII

Abdúcite intro: nám mihi miseritúdine
Commóuit animum excélsa aspecti dígnitas.

Non. 485, 21 'aspecti pro aspectus.'

ATHAMAS

I

Prius quam ínfans facinus óculi uescuntúr tui

Non. 56, 12 'infans a non fando dictus est ... et est quod aut dici non debeat aut fari non possit ...' Idem 416, 12 'uesci iterum uidere.'

infantis *W p.* 56 infortis *HL ibidem*

II

Véritus sum arbitrós, atque utinam mémet possim oblíscier!

Non. 500, 1 'accusatiuus pro genetiuo ... Accius Eurysace ... idem Epinausimache ... et Adamante ...'

arbitros *Bothius* arbitror ω obliscier *BaL* obliuiscier φ

III

Ah dúbito quid agis: cáue ne in turbam te ínplices.

Non. 524, 25 'turbam et turbas diuersam uolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. Nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam. Accius Adamante ...'

ah dubito *ed.* 1526 an dubito ha ω haut dubito *Bothius* ah uide tu quid agas *Vsenerus* (*coroll. com.* CCXXV) te *om. Ba* implices *edd.* implicis *Ba* inplicis φ

IV

Hostem út profugiens ínimici inuadam ín manus?

Non. 324, 1 'inuadere rursum quasi in uadum ruere.' (Atamante W Adamante Harl. Leid. Gen. Bern.)

hostem ut profugiens *Bothius* ut profugiens hostem ω, *quod fuit qui defenderet: in septenarii initio ferri possit*

V

Cuíus sit uita indécoris, mortem fúgere turpem haut cónuenit.

Non. 489, 1 'indecoris pro indecora.'

indecora *L* turpem *Junius* turpe ω haut χ aut ψ

VI

⟨Tuís⟩ beneficiis hóstimentum grátum peperisti ét graue.

Non. 315, 18 'graue, solidum et firmum.'

beneficiis *Palat.* ueneficius φ hostimentum gratum peperisti et graue] grauem hostium peperisti et graue ψ hostem graue peperisti *Palat.* egregiis hostimentum peperisti graue *Grotius* hostimentum peperisti gratum et graue *Bergkius olim* gratum h. repperistis et gr. *idem opusc.* I 329 hostimentum peperisti graue *Bothius in senario*, *item* gratum hospitium p. et g. *Bue*: *cf. coroll.* LIII

VII

'Atque ita de illis mérui, ut iure haec númquam miserarént mala.

Non. 470, 22 'miserarent pro miserarentur.'

## ATREVS

I

Servius Dan. in Aen. VIII 130 'alii ita tradunt Steropes et Atlantis filios Oenomaum et Maiam fuisse, Oenomai Hippodamiam filiam, unde Atreus natus; at Maiae filius Mercurius, ex quo Arcades, de quibus Euander, quod Accius in Atreo plenius refert.'

II

Simul ét Pisaea praémia arrepta á socro
. . . . . . . . possedít suo

Priscianus p. 698 P. 'uetustissimi tamen communiter hic et haec socrus proferebant.'

praemia | Pisaéa *Vossius* erepta *Reg.* (*in mg. m.* 2 at arrepta) *Bern. Sang. Grut. Karolir.* socru *Sang. et Halb. m.* 2. *Ad senarios redii, octonarium Bothius posuit*

III

Atreus

Iterúm Thyestes 'Atreum adtractatum áduenit,
Iterúm iam adgreditur me ét quietum exsúscitat:
Maiór mihi moles, máius miscendúmst malum,
Qui illíus acerbum cór contundam et cómprimam.

Cicero de orat. III 58, 219 'aliud' (uocis genus sibi sumit) 'uis: contentum, uehemens, imminens quadam incitatione grauitatis [1—4].' Idem Tusc. disp. IV 36, 77 (cf. Enn. Iphig. IV) 'ut facile appareat Atrei filios esse eius, qui meditatur poenam in fratrem nouam [3. 4]. Quo igitur haec erumpit moles? Audi Thyestem [XVI]. Eorum uiscera apponit.' Idem de nat. deor. III 26, 68 'quid? ille funestas epulas fratri comparans nonne uersat huc et illuc cogitatione rationem? [3. 4] Nec tamen ille ipse est praetereundus [VI], de quo recte et uerissime loquitur Atreus [VII]. At id ipsum quam callide, qui regnum adulterio quaereret [VIII]. Videturne summa improbitate usus non sine summa esse ratione?'

3 miscendum, *om.* est, *Tusc.* ω 4 cor *om.* ψ *de orat.*

IV

⟨quae⟩ ego incípio conata éxequar.

Non. 202, 13 'conatus masculino. Neutro Accius Atreo...'

exsequor *mavult Bothius*

V

Atreus

óderint,

Dum métuant.

Seneca de ira I 20, 4 'non aliquae uoces ab iratis emittuntur...? qualis illa dira et abominanda: oderint dum metuant. Sullano scias saeculo scriptam.' Idem de clementia I 12, 4. II 2, 2 'ut illam' (sc. vocem) 'oderint d. m., cui Graecus uersus similis est, qui se mortuo terram misceri ignibus iubet.' Cicero de off. I 28, 97 'ut si Aeacus aut Minos diceret: oderint d. m. aut [XIV], indecorum uideretur, quod eos fuisse iustos accepimus. At Atreo dicente plausus excitantur: est enim digna persona oratio.' Idem pro Sest. 48, 102 'multae insidiae sunt bonis uerissime dictum est. sed te [215] inquit [216]. Nollem' (sic Reg. m. 1 Gembl. nullum ceteri libri, quod poetae tribuit etiam Lachmannus) 'idem alio loco dixisset' (sic schol. ut Wesenbergius dixit edd.) 'quod exciperent improbi ciues: oderint d. m.' Schol. Bob. in l. l. 'et hoc eiusdem poetae est: oderint dum metuant, quam sententiam detestatur quasi tyrannicam et inauspicatam liberae ciuitati.' Cicero Phil. I 14, 34 'quod uidemus etiam in fabula illi ipsi, qui oderint d. m. dixerit, perniciosum fuisse.' Suetonius Calig. 30 'tragicum illud subinde iactabat: oderint d. m.' Invertit Tiberius dictitans 'oderint dum probent' teste Suetonio Tib. 59.

1 *sq. Fortasse in uno versu* óderint dum métuant *scriptum fuit*

VI

Qui nón sat habuit cóniugem inlexe ín stuprum.

Cicero de nat. deor. III 26, 68 (vide III). Versum esse intellexit Heindorfius

qui *Ciceroni reddebat Schoemannus*

## VII

### Atreus

. . . quod re in súmma summum esse árbitror
Períclum, matres cónquinari régias,
Contáminari stírpem ac miscerí genus

Cicero de nat. deor. III 26, 68 (vide III)

1 in re ịṇ *Leid. C* in re summa *codd. aliq.*, *Davisius, fortasse recte* 2 conquinari] *cf. Marius Victorinus CGL.* VI 22 *K.* quoinquinari *Leid. A et suprascr.* co *Vind.* coinquinari φ regiam *Vind.* (*ante litteram erasam*), *Reg. Med.* regiam regias *Eliens.* regum, regiam *Davisius* 3 ac misceri] admisceri ω

## VIII

Adde húc quod mihi porténto caelestúm pater
Prodígium misit, régni stabilimén mei,
Agnum ínter pecudes aúrea clarúm coma,
Em clám Thyestem clépere ausum esse e régia,
Qua in re ádiutricem cóniugem cepít sibi.

Cicero de natura deor. III 26, 68 (vide III). Revocavit ad hanc fabulam VII et VIII Columna.

1 adde *etiam Scriverius* addo ω caeleste *Pal.* 4 em (*i. e.* eum) clam *conieci coroll.* LIII *sq.* quem clam *Leid. A* quendam *Leidd. BC Med.* quem dan *Vind.* quem clean *Pal.* quam dant *Erl.* quem dicunt *Reg. Cantab.* quondam φ esse ausum *Orelliana*

## IX

### Thyestes

. . . uigilándum est semper: múltae insidiae súnt bonis.

Cicero pro Sest. 48, 102 (vide V). Idem pro Plancio 24, 59 'quae ille a Ioue ortus suis praecipit filiis [214]. Nostis cetera: [nonne? Id quod multi inuideant: cf. Madvicus Advers. II 231] quae scripsit grauis et ingeniosus poeta, non ut illos regios pueros, qui iam nusquam erant, sed ut nos et nostros liberos ad laborem et ad laudem excitaret.' Eodem Garatonio in Verr. V 71, 181 Cicero videtur respexisse. Ex Atreo ut III petita coniecit Halmius. Cf. ex Euripidis Cressis fr. 461 N² οὐκ

*ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν, Αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν νεανίαν*, et Thyest. fr. 392 N[2] *εἰ δ' ἄτερ πόνων Δοκεῖς ἔσεσθαι, μῶρος εἶ, θνητὸς γεγώς.*

IX[a]

'Id quod multi inuídeant multique éxpetant inscítiast
Póstulare, nísi laborem súmma cum cura écferas.

Cicero pro Sest. 48, 102: cf. fr. V.

1 id quod *ω pro Plancio*, *Sestianae ed. Hervagiana ex egregio cod. profecta* te (de *Reg. m.* 1) id quod *pro Sest. Reg. Gembl.* 2 postulare ni *vel* nisi *Wesenbergius* postularent siui *Reg. m.* 1, *Gembl.* postulare si *vulgo*, *Lachmannus* summũ (summe *corr.*) cura *Gembl.*

X

Ne cúm tyranno quísquam epulandi grátia
Accúmbat mensam aut eándem uescatúr dapem.

Non. 415, 25 'uesci est edere ...'

XI

Epulárum fictor, scélerum fratris délitor

Priscianus p. 873 P. 'a deleo ... deletum, a delino delitum nascitur, quod Probus et Caper comprobant usu quoque adiuuante ... Accius in Atreo ...' Thesaurus nov. lat. ap. A. Mai auct. class. VIII 178 'delitor, qui aliquem occidit. Accius: fictor scelerum, fratris deditor delitor.' Ibidem 301 'hic perlitor, ris ·i· occisor, unde Accius: fictor scelerum, fratris perlitor.' Videtur perditor in aliquo codice traditum fuisse: an sequentis versus exitus puerorum perditor fuit?

XII

cóncoquit
Partém uapore flámmae, ueribus ín foco
Lacérta tribuit.

Non. 210, 30 'lacerti generis masculini. Neutri Accius Atreo: concoquit ... lacerta in focos. Loca generis sunt neutri ... masculini' e. q. s. (lacerta. Locos dixere gen. masc. Loca generis sunt neutri Vossius dubitanter)

2 flammae *Vossius* flammam *ω* ueribus in foco Lacerta tribuit *vel* tribuit in foco Veribús lacerta *ordinavi* tribuit ueribus lacerta in focos *ω* (in foco *Vossius* in foceis *x*)

XIII

Sed quíd tonitru turbída toruo
Concússa repente aequóra caeli
Sensímus sonere?

Non. 505, 15 'sonere inde tractum est ... Accius Neoptolemo ... idem Atreo ...'

3 sonare *Ba*

XIV

Atreus

natís sepulchro ipse ést parens.

Cicero de off. I 28, 97 (vide V) schol. Gud.: 'tu nati sepulcro, i. pro sepulcro, i. in uentre tuo natum tuum sepelisti.'

nati *Gud. a, schol.* sepulcrum *Gudd. a c Basil.* es *scholiastam Gud. legisse recte concludit Heusingerus* sit *Goth., duo Oxon.* (ipsest *scriptum erat*)

XV

Thyestes

fregistí fidem.

Atreus

Néque dedi neque do ínfideli cuíquam .....

Cicero de off. III 28, 102 'deinde illud etiam apud Accium [1. 2] quamquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur.' Ibidem 29, 106 'nam illud quidem [2] idcirco recte a poeta, quia, cum tractaretur Atreus, personae seruiendum fuit.'

1 fregisti *Bern. c* fregistin *Bern. d, fort. recte* fregistine *φ*

XVI

Thyestes

'Ipsus hortatúr me frater, út meos malís miser
Mánderem natós.

Cicero Tusc. disp. IV 36, 77 (vide III). Idem de orat. III 58, 217 'aliud enim uocis genus iracundia sibi sumit, acutum, incitatum, crebro incidens: [1. 2] et ea quae tu dudum, Antoni,

protulisti: segregare abs te ausus, et [XVIII] et Atreus fere totus.'

1 ipsus *Lagom.* 69, *ed. Rom.* 1469 *de orat.* ipse *Laud. de orat.* ipsius *Abrinc. Erl. de orat.* ipsum ω *Tusc.*, *nisi quod* impium *Oxon. unus* impius χ *de orat.*, *Bentleius* hortatust me *Bothius* me hortatu' *Bentleius* 2 manderem ψ *de or.*: *cf. Seneca Thy.* 779 mandarem χ *de orat.*, ω *Tusc.*, *defendit Baiterus coll. Lucr. II* 638

XVII

'Egone Argiuum impérium attingam aut Pélopia dignér domo?
Quoí me ostendam? quód templum adeam? quem óre funesto álloquar?

Non. 281, 4 'dignatus significat dignus habitus ... Accius in Neoptolemo ... idem in Atreo ...'

1 Pelopia *Vossius* Pelopis ω 2 quoi *Lipsius* quo ω quem ore *mss. Fabri et Merceri* quae more (mone *GH*) φ funeste *GH* alloquar *Mercerus* colloquar ω

XVIII

'Ecquis hoc animaduórtet? uincite!

Cicero de orat. III 58, 217 (vide XVI). Idem Tusc. disp. IV 25, 55 'ecquis ... uincite! num aut egisse umquam iratum Aesopum aut scripsisse existimas iratum Accium?'

et quis ω *Tusc.* quis *vel* et quis *vel* ei quis *vel* equis ω *de orat.* hoc *om. Gud. c* animaduortet *Abrinc. de or.* animaduertet *Erl. cum aliis* animaduertit *libri plerique*

XIX

Numquam ístam imminuam cúram infitiandó tibi.

Cicero in Pis. 33, 82 'quamquam, quod ad me attinet, numquam istam' e. q. s. Asconius in l. l. 'prope notius est, quam ut indicandum sit, hunc uersum esse L. Acci poetae et dici a Thyeste Atreo.'

XX

Probae étsi in segetem súnt deteriorém datae 234[1]
Frugés, tamen ipsae suápte natura énitent.

Cicero Tusc. disp. II 5, 13 'nam ut agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur, falsumque illud Acci: probae ..

enitent, sic animi non omnes culti fructum ferunt.' (Acci: probae Muretus var. lect. XVI 20 acinprobe Gud. Brux. acimprobe Reg.) Schol. Laur. ad Verg. ge. I 2 (editum a Th. Mommseno mus. Rhen. XVI 443) 'nec sane segetes simpliciter pro terra ponuntur, [sed] pro terra arata ... Accius in Atreo: si in segetem deteriorem datae sunt fruges.' Non nimis similia sunt Euripidea Hecubae v. 592:

*οὔκουν δεινὸν, εἰ γῆ μὲν κακὴ*
*τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν εὖ στάχυν φέρει,*
*χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν*
*κακὸν δίδωσι καρπόν.*

Ceterum duo fragmenta XVIII. XIX, item inc. fab. I dubitari potest num forte rectius Pelopidis reddenda sint. Praeterea ad Atreum conicio referenda esse inc. fab. V. VII, inc. inc. fab. LX.

## BACCHAE

I

Deinde ómni stirpe cum íncluta Cadméide
Vagánt matronae pércitatae insánia.

Non. 467, 25 'uagas pro uagaris ... Accius Bacchis ... percitatae tumultu uecordi uagas insania. Turpilius Leucadia (XIII): uultu uecordi uagas insania.' (Bacchis edd. uaccheis libri plerique uaccheus Bamb. Harl.) Contulit Boeckhius Euripidis Baccharum v. 35 sqq. *καὶ πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων, ὅσαι Γυναῖκες ἦσαν, ἐξέμηνα δωμάτων· Ὁμοῦ δὲ Κάδμου παισὶν ἀναμεμιγμέναι κ. τ. λ.*

1 omnis ω   Cadmeide *Mercerus* Cadmide ω Cadmeides *post Scaligerum Quicherat*   2 percitatae insania *x* percitatae tumultu uecordi uagas insania (*v. supra*) ω

II

Et núnc siluicolae ignóta inuisentés loca

Macrobius Sat. VI 5, 9 'siluicolae Fauni ... Naeuius ... Accius in Bacchis ...'

III

. . . . . . aéricrepitantés melos

Non. 213, 12 'melos ... masculino Accius Vaccis ...' (Bacchis Junius)

acri crepitantes *H Vrbin.* acri crepantes φ aericrepantes, *i. e. χαλκόκροτα Bue* acris cr. *Junius*

IV

'Agite modicó gradu! iácite thyrsós leuis!

Non. 342, 25 'modicum ueteres moderatum et commodum dici uolunt ... Accius Bacchis ...'

iacite thyrsos *Scriverius* (*cf. coroll.* LIV) iacet et nisus ω facite nisus *Fruterius*

V

o Díonyse, óptime
Patér, uitisator, Sémela genitus, eúhie!

Macrobius Sat. VI 5, 11 'uitisator curuam seruans sub imagine falcem. Accius in Bacchis ...'

1 optime Patér *x* pater optime ω 2 euie *Scaliger* euhia (euchia) ψ (*cf. Lobeckii Aglaoph. II* 1044) eubia *Med. b Salisb.* euthyus φ

VI

. . . ubi sanctús Cithaeron
Frondét uiridantibus fétis.

Non. 489, 3 'fetis pro fetibus.'

1 *sq. anapaestos agnovit Grotius*

VII

Quia néque uetustas néque mos neque grandaéuitas

Non. 116, 13 'grandaeuitas. Accius ... idem Bacchis ...' cf. Eurip. 204 sqq.

mos *Bothius* mors ω uetustas moris *coni. Vsenerus*: *cf. coroll.* LIV

VIII

Eí lanugo flóra nunc demum ínrigat

Servius Dan. in Aen. XII 605 'Probus sic adnotauit: neotericum erat flauos; ergo bene floros, nam sequitur: et roseas laniata genas. Accius in Bacchidibus (Bacchis Commelinus) [XIII] in iisdem [VIII]'

ei *scripsi* et *cod.* lanugo *Daniel* laguna *cod.* flora *Scriverius* floro *cod.* nunc genas demum *vulgo* inplicat ⟨Genas⟩ *coni. coroll.* LIV

IX

. . . neque sat fíngi neque dicí potest
Pro mágnitate.

Non. 136, 28 'magnitate pro magnitudine. Accius Vacces...' (Bacchis ed. 1526). Cf. Euripidis Bacch. 273 *οὐκ ἂν δυναίμην μέγεθος ἐξειπεῖν ὅσος Καθ' Ἑλλάδ' ἔσται.*

1 neque sat *ed. a.* 1480 nam quae s. *ω* nam neque s. *Quicherat. An* numquam s.? neque] ne *HL*

X

249 250 Laétum in Parnaso ínter pinos trípudiantem in círculis
Lúdere . . . . . . . átque taedis fúlgere

Non. 506, 18 'fulgere correpte pro fulgēre...' Comparavit Scaliger Coni. p. 87 ex Euripidis Bacch. v. 306 sqq. *ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις Πηδῶντα σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα κ. τ. λ.*

1 *sq. Numeros revocavi quales prioris versus iam Scaliger agnoverat*, taedis fulgere *necessarium in exitu v. locum habere monui* 2 ludere *Scaliger* ludo *ω*

XI

. . . praesens praésto irridens ⟨léniter⟩
Nobís stupe⟨factis sése⟩ ultro ostentum óbtulit.

Festus p. 197 M. 'ostentum non solum pro portento poni solere, sed etiam participialiter ......... testimonio est Pacuuius — et Accius in Bacchis ...' O. Muellerus ex Euripidis Bacchis v. 436 sqq. contulit: *ὁ θὴρ δ' ὅδ' ἡμῖν πρᾶος, οὐδ' ὑπέσπασε Φυγῇ πόδ', ἀλλ' ἔδωκεν οὐκ ἄκων χέρας, Οὐδ' ὠχρὸς, οὐδ' ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν, Γελῶν δὲ καὶ δεῖν κἀπάγειν ἐφίετο.*

1 *sq. sic scripsi Buechelerum summa in re secutus, qui senarium* 2 *agnovit.* praesens praesto irridetis nobis stipe ........... ultro ostentum obtulit *cod. Trochaeos olim* .. praesens praésto irridens nóbis stipa⟨tóribus Cólligandum atque ábducendum sese⟩ u. o. o. *periclitatus eram*

XII

Formaé figurae nítiditatem, hospés, geris.

Non. 143, 29 'nitiditatem pro nitore.' Non dissimilia Euripidis Bacch. 453 *ἀτὰρ τὸ μὲν σῶμ' οὐκ ἄμορφος εἶ, ξένε.*

geris *Mercerus* regis *ω*

XIII

Nam flóri crines, uídeo, ei propessí iacent.

Servius in Aen. XII 605 (vide VIII). Contulit Boeckhius l. l. 312 Euripidis Bacch. v. 455 sq. *πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς οὐ πάλης ὕπο, Γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος.*

ei *scripsi* et *cod.* ut *Delrio* uiden ut *Vsenerus* processi iacent *Daniel* processuacent *cod.* propexi iacent *Commelinus*

XIV

Túnc siluestrum exúuias laeuo píctas lateri accómmodant.

Non. 244, 16 'accommodatum dicitur adiunctum ...' Idem 458, 14 'exuuias et spolia non solum hominum tegmina aut uestes dici posse ...' Contulit Boeckhius Euripidea v. 695 sqq. *νεβρίδας δ' ἀνεστείλανθ' ὅσαισιν ἁμμάτων Ξύνδεσμ' ἐλέλυτο, καὶ καταστίκτους δοράς Ὄφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσιν γένυν.*

siluestrum] siluestres *ω p.* 244 pecudum *ω p.* 458: *utrumque composuit x* laeuo *Scaliger* leuo *ω p.* 458 saeuo *ω p.* 244

XV

Deínde ab iugulo péctus glauco pámpino obnexae ób- tegunt.

Cledonius in CGL. V 40 K. 'hic pampinus. Accius in Bacchis ...' Cf. Eurip. 710 sq.

obnexae *Bothius* obnoxae *Cledonius* obtegunt *Grotius* obtexunt *Cledonius* tegunt *Bothius*

XVI

indecorabíliter alienós alunt.

Charisius p. 182 P. 'indecorabiliter.'

XVII

Quanta ín uenando affécta est laetitúdine.

Non. 132, 13 'laetitudine pro laetitia. Accius ... idem Baccius ...' (Bacchis edd.)

affectio est *ω* affectust *Vossius* affecti *Mercerus* affecti est *x*

XVIII

. . splendet saépe, ast idem nímbis interdúm nigret.

Non. 144, 12 'nigret, nigra fit ... Accius Bacchidem ...' (Bacchis Bentinus Bacchis: idem Mercerus)

sole splendet *Bothius, recte* at isdem *H. Jordanus Krit. Beitr.* 295 *audacter*

XIX

Festus p. 314 M. '⟨stipes fustis terrae⟩ defixus — — — — — ⟨Accius⟩ in Bacchis: ec⟨quem stipitem abi⟩eg⟨n⟩um aut al⟨neum . . . . . .⟩us.' Supplementa Vrsini sunt.

Cf. Fronto de eloquentia p. 148 Nab. 'quin erige te et extolle, et tortores istos, qui te ut abietem aut alnum proceram incuruant et ad chamaetorta detrahunt, ualido cacumine tuo excute.'

Euripideae fabulae deverbium (v. 493—498) adumbravit Horatius epist. I 16, 73 sqq.

CHRYSIPPVS

I

. . . neque quísquam a telis uácuus, sed ut cuique óbuiam
Fúerat, ⟨ita⟩ ferrum álius, ⟨alius⟩ sáxi raudus m⟨íserat.⟩

Festus p. 265 M. 'rodus uel raudus significat rem rudem et imperfectam: nam saxum quoque raudus appellant poetae, ut Accius in Melanippo — et in Chrysippo: neque' e. q. s.

1 neque erat *O. Muellerus* cuique *cod.* cui quid *O. Muellerus* cui quicque *conieceram* 2 ferrum alius, alius saxi raudus sumpserat *O. Muellerus* ferrum alius saxio rudem *cod.* uti quae o. | fueránt, ferrum alieis, alieis saxei rudus est *x Lucil. p.* 206 sed ut cuique o. | fuerát, f. alius, alius s. rodera *Bue*

II

alternábilem
Díuitiam partíssent

Non. 475, 25 'partiret pro partiretur .... Accius Chrysippo ...' (Cresippo Leid. Bamb.)

1 aeternabilem *ω*, *correxi* 2 *an* partissint?

III

Quoi, si hínc superescit, Spártam atque Amyclas trádo ⟨ego⟩.

Festus p. 302 M. 'superescit significat supererit. Ennius — et Acer in Chrysippo: qui' e. q. s. (Accius Vrsinus)

quin hinc *cod.* quin si *Vrsinus. Potest vel* qui si huic *vel* qui illinc *conici* Amyclas *vulgo* Amycias *cod. Versum* tradibo *explebit ad formae* reddibo *similitudinem factum. Veram nominis* Amyclas *prosodiam docuit Ritschelius opusc.* II 503

IV

Meliús pigrasse quám deproperasse ést nefas.

Non. 154, 1 'pigrare, retinere. Accius Erigonis ... idem Chrysippo ...'

quamde *Bothius* deproperasse *scripsi. Figuram perdit* properavisse *quod posuit Onions*

V

Quid agám? uox illiust. — Cérte idem omnes cérnimus.

Non. 261, 10 'cernere, audire.'

*Personas distinxit Bothius* illiust *Ritschelius opusc.* II 683 illius (illis *Vrbin.* 308) est *ω*

CLVTEMESTRA Vide p. 161

DEIPHOBVS Vide p. 176

DIOMEDES

I

ferre exancláuimus
Tyránni saeuom ingénium atque execrábile.

Non. 292, 10 'exanclare etiam significat perpeti ...'

1 fere *ω* feri *Gulielmius* 2 saeuum *edd.* seum *ω* execrabile *ed. pr.* execrabilem *ω*

II

Passímque praeda pécua uallebánt agris.

Non. 159, 15 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres dixerunt ....'

que *Vrbin.* quae ω uallebant *W cf. Pauli Festus p.* 377 *v. vallesit* uellebant φ balabant *Aldina* praedam p. auellebant *coni. Bue*

III

Non génus uirum ornat, géneri uir fortís loco.

Non. 338, 22 'locum decus significare uult Accius Diomede ...' cf. Philemon fr. 180 K.

generis *Mercerus* fortis *Mercerus* forti ω

IV

Ogygia moénia

Festus p. 178 M. 'Ogygia moenia Accius in Diomede appellans significat Thebas, quia eam urbem Ogygus condidisse traditur.'

V

Et quális fuerit, fáma celebrescát tua.

Non. 89, 15 'celebrescat.'

et] *an* ut?

VI

Ita et flétu et tenebris óbstinatus spéciem amisi lúminis
Conspíciendi insoléntia.

Non. 322, 24 'insolens rursum non solens....'

*Iambicos septenarios agnovit x* 1 ita *in antecedentis v. exitum relegare licet* et fletu *Scriverius* effletu ω fletu *Gulielmius* amisi *L* amissi ω, *quod idem est* 2 conspiciendi insolentia *Bothius, sed deleri iubens.* conspicient insolentiam (insolentia *B G H*) ω

VII

'Adsum apud te, génitor.

Non. 522, 33 'itaque uitiose dicimus, cum nos in foro fuisse dicamus, apud forum fuisse, cum apud iuxta significet...'

VIII

**Multa ámittuntur tárditie et socórdia.**

Non. 181, 20 'tarditudinem et tarditiem pro tarditate ... Accius ... idem Diomede ...'

amittuntur *Bentinus* mittuntur ω  tarditie *ed. a.* 1476 tarditia ω

IX

Linguám praepedior: gráte puer, ne atténderis
Petere á me id quod nefás sit concedí tibi.

Non. 238, 18 'attendere, perseuerare.'

1 linguam praepedior *conieci* si umquam perpediar (praepediar *Montep.* p̄pediar *Bern. A*) ω si umquam perpetiar *Grotius*  grate *Bothius* gnato ω gnate *Grotius*  si umquam praepediar aut grauer *Bue*  2 non fas *Brugmanus*  concede *H* concedit *LW*

X

Simul aúrem attendo, ut quírem exaudire ámplius.

Non. 238, 10 'attendere est intendere ...'

attendi *Bothius*

XI

Benígne ei pro benefício largi atque ámpliter.

Non. 470, 25 'largi pro largire ...' Idem 511, 21 'ampliter ...'

ei *Gulielmius* et ω  aque ω *p.* 470

XII

⟨Nunc⟩ érgo me Argos réferam, nam hic sum gnóbilis,
Ne cuí cognoscar nóto.

Non. 351, 28 'nobilis dicitur et notus ....' Festus p. 174 M. 'nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per c literam, ut Plautus — Accius in Diomede [1].'

1 ergo med *x*  Argos *Festus* agro *BGH Nonii* agros φ suam *Nonius*  nobilis ω: *cf. Festus supra*

## EPIGONI

Epigoni ad Sophoclis exemplum composita fabula teste Cicerone de opt. gen. or. 6, 18. Cf. praeterea de off. I 31, 114.

I

. quibus oculis quísquam nostrum póterit illorum óptui
Vúltus, quos iam ab ármis anni pórcent? . . . . .

Non. 160, 1 'porcet significat prohibet . . . Accius egones . . .' (sic Leid. Harl. ligones W Epigonis Junius)

2 quos *Fruterius* quod ω

II

Ita ímperitus stúpiditate erúmpit se, inpos cónsili.

Non. 226, 22 'stupiditatem Accius Aepigona . . .' (epigona Harl. Epigonis vel Erigona Mercerus. Etiam de Antigona cogites)

consilii ω

III

Et nónne Argiuos frémere bellum et uélle uim uulgúm uides?

Non. 230, 25 'uulgus . . . masculino . . . Accius in Eurisace . . . idem Epigono . . . (Epigonis Mercerus, Onions nullo indicato codd. discrimine)

et *fortasse eiciendum* uim *Scriverius* ui ω uides *D. Heinsius* uidet ω

IV

Sed iam 'Amfilocum huc uadére cerno, et
Nobís datur bona pausá loquendi
Tempúsque in castra reuórti.

Charisius de versu Saturnio CGL. I 288 K. 'uel quales in tragoediis non numquam incidere ueteribus solent ut Ennii Acciique, de quibus aeque nihil sane praecipitur, Accii ex Epigonis [XI] uel hic alius [1—3].' Non. 158, 7 'pausa est quies alicuius rei. Accius Epigono [1. 2].'

Amfilocum *Nonius* Amphilochum *Charisius* et] ita *Hermannus qui anapaestos primus distinxit* 2 data *Hermannus*

V

Eaque íui hoc causa, ut né quis nostra uérba cleperet aúribus.

Non. 20, 11 'clepere est furari ... Accius Epigone ...' (Epigonis Mercerus Erigone Quicherat)

iui *Bue* .ut *L teste Onions* ut φ, *om. Junius* hoc *i. e.* huc ut *HL* aut φ uerba cleperet auribus *Vossius* auribus uerba cleperet ω, *qui ordo male servatur his* uerba cleperet *in septenarii sequentis initium reiectis*

VI

Quí, nisi genitorem úllo, nullum meís dat finem míseriis.

Non. 185, 20 'ullo pro ultus fuero. Accius Epigone...' (ulso Vossius Epigonis Mercerus Erigone Passeratius)

genitore *HL* ullo *vindicavit Bue* (*cf. coroll. com.* CXXV) ulto *Scaliger* ulso *Vossius* nullum eis *HW* nullo meis *L* misereis *W m.* 1: *an* miserieis?

VII

Fáteor: sed cur próferre haec pigrem aút huius dubitem párcere
Cápiti?

Non. 153, 32 'pigrare, retinere. Accius Ericonis ...' (Erigonis W Epigonis Mercerus)

1 pateor *HL* cur proferre $H^1$ cur proterre $F^3H^2$ cur propterre $F^1L$ propter cur re *W* cur propter te *conieceram*

VIII

Sápimus animo, frúimur anima: síne animo anima est débilis.

Non. 426, 28 'animus et anima hoc distant: animus est, quo sapimus, anima, qua uiuimus. Accius Epigone...' (Epigonis Delrio Erigona Mercerus)

IX

'Apud abundantem ántiquam amnem et rápidas undas 'Inachi

Non. 192, 4 'amnem . . . feminino . . . Accius Epinausimache . . . idem Epigono . . .' (Epigonis Mercerus)

antiquam *defendit Bergkius* Argiuam *x*

X

Núnc pergam ut supplíciis placans caélitum aras éxpleam.

Non. 398, 19 'supplicium rursus supplicatio . . . Accius Epigono . . .' (Epigonis Ald. Epigona Harl. m. 2 W Erigona Mercerus)

pergam ut *B*, *Fruterius* pergamus *ς* pergamus ut *Junius in mg.* expiem *Fruterius*

XI

Quid istúc, gnata unica, ést, Demonassa, óbsecro,
Quod mé †cumago expeténs timidam e tecto éxcies —?

Charisius de versu Saturnio (vide IV)

1 demanassa *Borb. b. de antiquiore minus constat* 2 mecumago *vel* meamego *vel simile quiddam in Borb. a scriptum esse videbatur H. Keilio, om. Borb. b* me subito *coni. Keilius* me Alcmaeo *Bergkius.* me tanto (*vel* tremulo) *conieci, sequentis v. initio* clamore *si fuerit* exciet *Bergkius*

XII

Elóquere propere ac meum húnc pauorem expéctora.

Non. 16, 5 'expectorare est extra pectus eicere. Accius Foenissis . . . idem Epigono . . .' (Epigonis Mercerus)

propere *Junius* proprie *ω* meum hunc pauorem *Vossius* pauorem (pauore *L*) hunc meum *ω* lóquere propere ác pauorem húnc meum e. *creticos videri posse monuit Bue*

XIII

⟨Séd⟩ quid cesso ire ád eam? em praesto est: ⟨ém⟩ camo collúm grauem!

Non. 200, 15 'collus masculino Accius Epigono . . .'

(e.pigona W m. 1 epigone Flor. m. 1 Epigonis Mercerus)

quid.. cesso *F*[1] (*an* quid autem?) en camo *Grotius* camo ω camo uide *olim proposui* iam, o *Bue*

XIV

Viden út te inpietas stímulat nec moderát metus?

Non. 472, 21 'moderant pro moderantur. Accius Ephigonis...'

uident ut *Ba*, *unde* uiden tu ut *coni*. *Ed. Becker*

XV

Age age ámolire, amítte, caue uestem áttigas!

Non. 75, 32 'attigat, continget... Accius Erigonis...' (Epigonis Mercerus)

abite (*vel* abbite) *x* aufer te *prop. in coroll.* LV

XVI

Máneas, adsis áutem, exilio mácte ex terris Pélopiis?

Non. 342, 13 'mactare malo adficere significat... Accius Epigono...' (Epigonis Mercerus)

*Correxi ut potui* maneas adhisante ω maneas: alios autem *Bothius* maneas ad Glisantem *Bergkius* mei nunc adsis! an te *x* (an te *Scaliger*): *saltem* maneas *teneri debebat* mactent *Scaliger* macto *Bothius* mactem *Quicherat* maneas Argis: an te e. mactem *Bue* pelopis externis et ω Pelopis ex terminis *Scaliger* Pelopiis | ex térris *Vossius*

Adiunxi his inc. inc. fab. LXXVII sq.

ERIPHYLA

Eriphyla fortasse non diversa fuit ab Epigonis.

Pallás bicorpor ánguium spirás trahit.

Priscianus p. 699 P. 'bicorpor bicorporis, tricorpor tricorporis, ut Accius in Eriphyla...' (heripila Grut.)

## EPINAVSIMACHE

I

Vt núnc, cum animatus íero, satis armátus sum.

Non. 233, 16 'anima iterum significat iracundiam uel furorem, unde et animosi dicuntur iracundi ... Accius Menalippo ... idem Epinausimache ...'

*An* at? ut nunc sum a., si iero *Madvicus, inutiliter: cf. Plauti Bacch.* 942

II

Proin tu íd cui fiat, nón qui facias cómpara.

Non. 256, 37 'comparare iterum aestimare.'

III

⟨At⟩ cóntra quantum obfúeris, si uictús sies,
Consídera, et quo réuoces summam exérciti.

Non. 485, 15 'exerciti uel exercituis pro exercitus. Accius Armorum iudicio ... idem Epinausimace ...'

1 *fort.* obfuerit

IV

Quod sí procedit, néque te neque quemquam árbitror
Tuae paéniturum laúdis, quam ut serués uide.

Non. 158, 3 'paeniturum.'

V

Probís probatum pótius quam multís fore

Non. 519, 8 'ueterum memorabilis scientia paucorum numerum pro bonis ponebat, multos contra malos appellabant ... Accius Tereo ... idem Epinausimache ...'

fore *ed.* 1480 forem *ω* probatus ... forem *Lipsius*

VI

Item ác maestitiam mútam infantum quádrupedum

Non. 9, 25 'mutus onomatopoeia est incertae uocis, quasi

mugitus; nam mut sonus est proprie, qui intellectum non habet ...'

ac *Ad. Schoellius* ad ω mutam *Junius* mutuam ω infantum *Leid.* 116 *m.* 1, *Bothius* infantium φ

VII

Mórs amici súbigit, quod mi est sénium multo acérrimum.

Non. 2, 24 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt .... senium ipsum positum sic ... Accius Epinausimache ...'

subicit $L^1$ mi *Bothius* mihi ω

VIII

Nec pérdoliscit flígi socios, mórte campos cóntegi.

Non. 110, 31 'fligi, affligi ...'

fligi socios Marte *x*, *qui interrogantem facit* contegi *Junius* contigi ω

IX

Ab clásse ad urbem téndunt, neque quisquám potest
Fulgéntium armum armátus ardorem óbtui.

Non. 495, 22 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali ... Accius Eurysace ... idem Epinausimace ...'

2 armum *Bentinus* armorum ω animatus *Bothius*, *recte*, *ut vid.* obtuli *Ba*

X

Incúrsio ita erat ácris

Charisius p. 93 P. 'acris.'

XI

Mauórtes armis duó congressos créderes.

Charisius p. 101 P. 'duo, hos duo.'

Martes *cod.* 320 *sq. ita:* incursio | íta erat acris: Martes a. d. c. c. *conflavit Bergkius*

XII

Scamandriam úndam salso sánctam obtexi sánguine,
'Atque aceruos álta in amni córpore expleui hóstico.

Non. 192, 1 'amnem ... feminino ...'

1 nam *vel* sic *praemittas* Scamandriam *Fruterius* umandriam ω obtexi *Iunius* obtexus ω obtexui *Mercerus* obtinxi *Onions* 2 amni *edd.* omni ω

XIII

Vbi núnc terricula túa sunt?

Non. 227, 30 'terriculae generis feminini. Neutri Accius Epinausimace ...'

tua *Scaliger* ta ω, *quod possis etiam* tanta *vel* istaec *interpretari*

XIV

Primóres procerum próuocauit nóminans,
Si essét quis, qui armis sécum uellet cérnere.

Non. 261, 16 'cernere rursum dimicare uel contendere.' (epinausimace Gen. Leid. pr.)

1 procerum *ed. pr.* procertum ω prouocauit *Bothius* reuocarit ω prouocaret *Vossius* 1 *sq.* nominans, si *Kiesslingius* (*cf. Sall. Catil.* 21, 4) nomina nisi ω nomine, si *Scaliger* 2 qui *ed. a.* 1476 que ω

XV

Deorúm mortalis, Phoénix, ⟨esse⟩ líberos
Reminíscor semper ét istud itidem uós uolo

Non. 500, 1 'accusatiuus pro genetiuo ... Accius Eurysace ... idem Epinausimace ...' Exempla per totum titulum adferuntur verborum meminisse reminisci obliuisci.

1 *sq. sic nunc post varia tentamina restituere conatus sum: cf. coroll.* LV *sq. trag. Rom.* 362 eos mortalis foenis lib. x miseror saepe studitos uolo ω, *sed* foenus lib. x misereor *Ba Singulas coniecturas has enotasse satis sit*: eos] es *vel* nos *vel* deos *latere potest* Phoenix *Grotius et Palmerius* liberos *Hermannus* istud *Vossius* uos uolo *Bue* misereor saepe et adiutos uolo *Grotius*

XVI

Tamen haút fatiscar quín tuam inplorém fidem.

Non. 479, 10 'fatiscuntur pro fatiscunt.' (epinausimace *ω*) Idem 307, 8 'fatiscere — — rursum deficere.' (epinausimace *ψ*)

haud *Bentinus* aut *ω p.* 307 *ψ* 479 ut *Ba p.* 479 fatiscam *ω p.* 479 qui *ω p.* 307

XVII

Lucífera lampade ábietem exurát Iouis

Priscianus p. 695 P. 'nam Iouis nominatiuo quoque casu inuenitur . . .'

exurat Iouis arietem *ω* abietem *Hermannus*

Huc pertinere suspicatus sum inc. fab. IX. X. XII.

ERIGONA Vide p. 164

ERIPHYLA Vide p. 203

EVRYSACES

Evrysaces acta a. 697 (vide Ciceronis testimonia ad fr. XIII.) ludis quos consul P. Cornelius Lentulus faciebat aut dedicatoriis aut funebribus aliquanto ante comitia die Sextilis IV habita celebratis.

I[a]

Nunc pér terras uagus, éxtorris,
Regno éxturbatus, marí . .

Non. 14, 27 'extorris dicitur extra terram uel extra terminos. Accius Eurysace [1. 2].'

*Anapaestos et huius et fr.* I[b] *agnovit Scaliger* 1 *sq. recte disposuit Hermannus, troch. septen. maluit Bergkius. Suppleri possunt varia velut:* marique citus *vel* mari uectus

I[b]

Super 'Oceani stagna álta patris
Terrárum anfracta reuísam.

Non. 193, 1 'anfractum — — neutro Accius Eurysace [1. 2].' Varro de l. l. VII 15 M. 'quod est: terrarum anfracta reuisam, anfractum est flexum, ab origine duplici

dictum, ab ambitu et frangendo.' Coniunxit versus $I^a$ et $I^b$ Scaliger, cui merito fortasse accessit Hermannus Elem. d. m. p. 386: tamen malui testimoniorum fidem conservare.

2 reuisum *Varronis Flor.*

II

Númquam erit tam inmánis, cum ⟨non⟩ méa opera extinctúm sciat,
Quín fragescat.

Non. 111, 3 'fragescere, frangi. Accius Aegistho . . .'

1 non *Bothius, om.* ω sciet *Mercerus, fort. recte* 2 quin *Mercerus* (*cf. Plauti Capt.* 408) quiqui *HL* qui φ

III

. . . . pro di ínmortales! spéciem humanam . . .
Inuísitatam egrégiam, indignam cláde et squalitúdine.

Non. 225, 32 'squalor masculini est generis. Feminini.'

1 *Lacunam explere possis addito velut* contuor 2 inuisitatam: *cf. coroll.* LVI inusitatam (inusitatem *L*) ω inuisito Tam *Bothius* inuisita Tam *x* clade *edd.* ciade ω squalitudine *Junius* squaliisdine ω

IV

. . atque ut uidés, non tenui dé loco

Non. 341, 12 'locus, genus nobilitas dignitas.'

uides *vulgo* uide ω ⟨natus⟩ de loco *x*

V

'Apud ipsum adstas.

Non. 522, 25 'cum apud iuxta significet.'

adstas *Mercerus* adistas ω

VI

Tu autém quod quaero enóda et qui sis éxplica.

Non. 15, 5 'enoda significat explana, et quae sit proprietas, manifestum est, hoc est nodis exsolue.'

tu autem quod quaero *L*, *Delrio* tu autem quod quaero abs te φ, *quos olim secutus* tu mihi autem *edideram*. tu, a te quod quaero, enoda *vel* tu, quod quaero a te, enoda *Vossius* qua sis (quae sit *m.* 2) *L* quae's *vel* qui's *Ed. Becker*

VII

Nam ea ⟨démum⟩ oblectat spés aerumnosum hóspitem,
Dum illúd quod miser est clám esse censet álteros.

Non. 267, 16 'censere significat existimare, arbitrari.'

1 oblectet *B* 2 id quod *ω* illud quo *Ritschelius* id quod miseriaest *Bue* altero *B G H* alterum *x*

VIII

Heú me miserum, cum haéc recordor, cum íllos reminiscór dies!

Non. 499, 32 'accusatiuus pro genetiuo ...'

heu *ed. a.* 1471 eu *ω* illos *H*, *Aldina* ille *Ba* illo *φ*

IX

. . . . . . . . discídia amantem scíndere
Túrbat uulgum, euítat ⟨uitam múltis,⟩ moeros dísicit.

Non. 230, 22 'uulgus ... masculino ... Verg. Aen. lib. II: tunc spargere uoces in uulgum ambiguas. Accius in Eurisace' e. q. s.

1 discidia amantem *Bue* diffidam antem *ω* diffidam amantem *Aldina* diffidam autem *Junius in mg.* Iphidamantem *Rothius* scindere *scripsi* ne cidere *ω* neci dare *Junius in mg. cf. coroll.* LVI 2 turbat uulgum, euitat *Rothius* turbat uulgum ambigua accius euitat *ω* dissicit *H*[2]

X

Persuásit maeror ánxitudo errór dolor.

Non. 72, 27 'anxitudo.'

aegror *Lachmannus*: *cf. Pac.* 275 (*coroll.* XLV)

XI

Disértim id unum incómmodis defít meis.

Non. 509, 27 'disertim dicere, plane, palam .......'

XII

 eí mihi,
Vt étiam aerumna haec mihi luctum addit lúctibus! —
Quid ⟨té⟩ miseraris, ⟨Télamo,⟩ et Eurysacém ⟨taces⟩,
Tuam sólitatem mémorans, formidáns tibi? —
Te cónmiserabam mágis quam miserebár mei.

Non. 445, 2 'miserari et misereri ueteres his sensibus esse uoluerunt, ut sit miserari flere et lamentari, misereri miserationem alienis casibus exhibere; et actiuo ad primum affectum, passiuo ad secundum. Accius Eurysace: [1. 2] Alia persona: [3—5].' Nonius 173, 26 'solitatem pro solitudine. Accius Eurysace [4].'

2 *sqq. cf. coroll.* LVI *sq.* 2 aerumna haec *Ad. Schoellius* haec erumna haec *ω* *Trochaicum septenarium olim Bothius proposuit* 3 quid miserari id me Erysacem *ω* *Explevi versum ut potui* 4 memoras formidas *ω p.* 445 Quíd tuam miseram solitatem memoras? formidas tibi? — Eúrysaces *Bothius* quíd miserans tuam solitatem memoras, formidans tibi? *x*, *deinde novum frustum Nonii verbis* idem Eurysace *indicari statuens* 5 commiserabar *vulgo* miserebar *Junius* miserabar *ω*

XIII

. . . . quí rem publicam ánimo certo adiúuerit,
Státuerit, steterít cum Achiuis
* * *
Ré dubia
Haút dubitarit uítam offerre néc capiti pepércerit.
* * *
[súmmum amicum, súmmum in bello, súmmo ingenio praéditum]
* * *
O íngratifici Argíui, inmoenes Grái, inmemores bénefici,
'Exulare sínitis, sistis pélli, pulsum pátimini.

Cicero pro Sestio 56, 120 'quid fuit illud, quod recenti nuntio de illo senatus consulto, quod factum est in templo Virtutis, ad ludos scaenamque perlato consessu maxumo sum-

mus artifex et mehercule semper partium in re publica tam quam in scaena optimarum flens et recenti laetitia et mixto dolore ac desiderio mei egit apud populum Romanum multo grauioribus uerbis meam causam, quam egomet de me agere potuissem? Summi enim poetae ingenium non solum arte sua, sed etiam dolore exprimebat. Qua enim ui' ('ui' suppl. Koechly) '[1. 2] uobiscum me stetisse dicebat, uestros ordines demonstrabat: reuocabatur ab uniuersis. [3. 4] Haec quantis ab illo clamoribus agebantur! cum iam omisso gestu uerbis poetae et studio actoris et expectationi nostrae plauderetur: súmmum amicum, súmmum in bello (nam illud ipse actor adiungebat amico animo et fortasse homines propter aliquod desiderium approbabant) súmmo ingenio praéditum. Iam illa, quanto cum gemitu populi Romani ab eodem paulo post in eadem fabula' (haec 'in eadem fab.' incl. Bakius) 'sunt acta! O pater! Me, me ille absentem ut patrem deplorandum putabat ... quanto cum fletu de illis nostris incendiis ac ruinis, cum patrem pulsum, patriam afflictam deploraret, domum incensam euersam, quae' ('que' libri, corr. Bakius) 'sic egit, ut demonstrata pristina fortuna cum se conuortisset [Enn. trag. 86], fletum etiam inimicis atque inuidis excitaret. Pro di inmortales! quid? illa quemadmodum dixit idem! quae mihi quidem ita et acta et scripta uidentur esse, ut uel a Q. Catulo, si reuixisset, praeclare posse dici uiderentur: is enim libere reprehendere et accusare populi nonnumquam temeritatem solebat, aut errorem senatus: [6] Non erat illud quidem uerum . . . sed tamen illud scripsit disertissimus poeta pro me; egit fortissimus actor, non solum optumus, de me, cum omnes ordines demonstraret, senatum, equites Romanos, uniuersum populum Romanum accusaret [7].' Ibidem 58, 123 'et quoniam huc me prouexit oratio, histrio casum meum totiens conlacrumauit, cum ita dolenter ageret causam meam, ut uox eius illa praeclara lacrimis impediretur. Neque poetae, quorum ego semper ingenia dilexi, tempori meo defuerunt: eaque populus Romanus non solum plausu, sed etiam gemitu suo comprobauit. Vtrum igitur haec Aesopum potius pro me aut Accium dicere oportuit, si populus Romanus liber esset, an principes ciuitatis?' Scholiasta Bobiensis ad cap. 56 'summus artifex] actor illis temporibus nobilissimus tragicarum fabularum Aesopus egisse uidetur Accii fabulam, quae scribitur Eurysaces, ita ut per omnem actionis cursum tempora rei publicae significarentur, et quidem Ciceronis fortuna deploraretur.' Idem ad cap. 57 'o immunes Grai] et haec uerba sunt de tragoedia, in qua uerbum istud inmunes ingratos significat, quem admodum [λειτουργοὺς i. e.] munificos dicebant eos, qui grati et liberales extitissent. Ergo uersus

omnes tragici ad ipsum Ciceronem ... conuertuntur; ut aliud quidem in opere poetico fuerit, aliud uero in ipsius actoris significationibus.' Cf. quaest. scen. p. 328 sq.

1 certo animo ω, *quae transposui* 4 haut *Madvicus* *ut (*fuit* aut) *Par.* ut *Gembl.* nec *Hervagiana* uitam *Naugeriana* uiam *Par. Gembl.* 6 o *Bob. Par.* uero *Gembl.* o immunes *Bob.* inanes *Par. Gembl.* Graj *Lachmannus Lucr. p.* 163 7 sinitis *Ascensiana et Naugeriana* sinite (*i. e.* siniti') *Par. Gembl.*

XIV

Tót tropaea tránsdes, summam glóriam euortí sines
Tám desubito?

Non. 517, 26 'desubito .....'

1 transde *Ba* euorti *Junius in mg.* euortis ω

XV

. . . iam ⟨ut⟩ pótero petere incípiam, et si ⟨flectí⟩ nequit,
369 370 Ví contendam ut hínc compote tecum ⟨úna⟩ Salaminem áueham.

Non. 259, 26 'contendere iterum significat extorquere ....'

1 *emendare conatus sum.* iam potere incipiam etsi nequid ω, *nisi quod* potero *G H L* iam petere incipiam, et si nequit *Scriverius* iam petere incipiam, et si ille nequit Flecti precibus *Ad. Schoellius* iam petere incipiam, et si neget *Bue* 2 hic *W* compote tecum *Ad. Schoellius*, *quod dubitanter recepi* comportet texum, *nisi quod* competeret, *suprascr.* portet, *W* comportem tecum *Bue* (*Telamonem scil.*) parentem tecum *x* Salaminaem *H* aueham *Bue* habeam ω

XVI

Níhil est: si autem ad té res tardat, sócium in portu est cópia,
Quaé subsistat: módo tute ipse téd offirma et cómpara.

Non. 256, 16 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt ....'

1 res tardat *Bothius* retardat ω id te retardat *Bue* promptu *Bothius* 2 quae *Bothius* que ω te ω tete *post Bentleium Bothius* offirma *Lipsius* effirma ω

XVII

. ilico, inquam, habitáto Iouis quam própitius

Non. 325, 7 'ilico, in eo loco ...'

habitat ouis quam ω habitato. — O Iouis, quam *Bothius* habitato, nusquam *Rothius* propitius *L* propitius, *corr.* propius, *W* propius φ

XVIII

. . sed ut atrátus taetra uéste et uastitúdine
Déformatus

Non. 184, 30 'uastities et uastitudo et uastitas, horror et desertio et contagium ...'

1 sed ut ratus ω sed atratus *Mercerus* (*cf. CGl.* II 366, 53 *G. coroll.* LXXVII) 2 tra deformatuis ω tam deformatus *Mercerus* *Senarii olim* atrátus t. u. et u. Tam déformatus *placebant, sed* tra *mera* taetra *vocis dittographia est.* sed út erat taetra deformatus ueste et uastitudine *Bue*

XIX

. ille órbus, exspes líberum

Non. 12, 7 'exspes dicitur sine spe.'

orbis *HL*

XX

Opínione fáctum est, quanto mítius
Stirpem éducabant, tánto ut reremúr magis
Seuéros esse

Non. 356, 18 'opinio, suspicio ...'

1 quanto mitius *Bue* quanto minus ω ut quanto minus *Vossius* 2 edocabant $GHL^1$ odocabant *B* reremur *Junius in mg.* eremur (eremmur $L^1$) ω 3 seueros (*vel* eos s.) esse *scripsi* eos esse ω eos esse duros *coni. Bue*

XXI

Quem ádmodum impetum óccupemus fácere ultro in regem . . .

Non. 355, 10 'occupare est proprie praeuenire ....'

XXII

Repríme parumper uím citatum quádrupedum.

Non. 495, 20 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali ....' .

reprime para imperium cicatum *Ba*

XXIII

Sed mémet caluor: uós istum, ut iussi, ócius
Abstráhite.

Non. 6, 32 'caluitur dictum est frustratur ....'

1 ut *Aldina*, *om.* ω iussit *Montep.* 2 extraite *Montep. Oxon.*

Adde inc. inc. fab. L

HECVBA Vide p. 230

HELLENES

I

Qui, nísi probrum, omnia ália indelicta aéstimant.

Festus p. 229 M. 'probrum, stuprum, flagitium, ut Accius in Hellenibus: qui' e. q. s.

II

Sígna extemplo cánere ac tela ob moénia offerre ímperat.

Festus p. 145 M. 'moenia, muri, et cetera muniendae urbis gratia facta, ut Accius in Hellenibus: signa' e. q. s.

offerri *scribendum erit*

Cf. inc. fab. XIII.

IO

I

Custódem adsiduum Ióni adposuit uírgini.

Priscianus p. 685 P. 'in o productam desinentia Graeca sunt feminina et uel Graece declinantur ut Manto Mantus ... uel addita nis faciunt genetiuum, ut Dido Didonis. Accius:

custodem' e. q. s. (Accius in ioae Bern.) Idem paulo post: 'quod autem Ionis et Calypsonis et Didonis dicitur, ostendit hoc etiam Caesellius Vindex ... Accius in Ione: custodem' e. q. s. (Ione Veneta 1 ioe libri) Charisius p. 47 P. 'huius Didus Sapphus Inus. Sed melius esset secundum Latinam consuetudinem huius Sapphonis, Didonis dicere. Nam et Pacuuius sic declinat ... et Accius: custodem' e. q. s.

adsiduū minoi *Charisii cod.* adpossuit *cod. Charisii* opposuit *altero Prisc. loco Sang.* instituit *ψ praeter Sang. et Grut. altero Prisciani loco, qui ex Caesellii Vindicis stromateo sumptus est. Vtrum* adposuit *an* instituit *scripserit poeta etiam recentiore perfecti forma* posuit *dubium reddi docuit Ritschelius opusc.* IV 121 *cf. Plauti Aulul.* 556

II

Tópper, ut fit, pátris te eiecit íra . . . . .

Festus p. 352 M. 'topper — — — fortasse, sic Accius in Io: topper' e. q. s.

te eiecit *Vaticani RS teste Mommseno* tē eicit *Neap.* ten eicit *Vrsinus* ted eicit *O. Muellerus* ira *Vrsinus* iras *cod* foras *Faernus*

III

. . . quibusnam te aībant exortám locis? 388 389

Priscianus p. 906 P. 'Accius in Ione: quibusnam ... locis, pro aiebant, quod in hac coniugatione fieri solet.' (ione Reg. m. 1 Halb.? ioe *ψ* oe Sang.)

exortam *scripsi* ortum *ω* quibusnam te ortum aibant locis? *Bothius*

## PROMETHEVS

PROMETHEVS eadem fortasse fabula.

I

. túm profusus flámine hibernó gelus 390

Priscianus p. 685 P. 'hoc cornu, tonitru, quae tamen antiquissimi inueniuntur in um quoque proferentes in eodem genere, et in us genere proferentes masculino et quartae declinationis ... Accius in Prometheo ...' Non. 208, 1 'gelu ... masculini ... Accius Prometheo ...' cf. coroll. LVII.

tum *om. Priscianus* humi *Bergkius*

II

390[1] sublime áuolans
Pinnáta cauda nóstrum adulat sánguinem.

Nonius p. 17, 11 'adulatio est blandimentum proprie canum, quod et ad homines tractum in consuetudine est. M. Tul. de deorum natura lib. II ... idem de officiis I ... Lucretius ... Accius Prometheo ...' Leguntur eadem in versibus Aeschyleis quos Cicero Tusc. disp. II 10, 23 a se Latino sermone expressos inseruit, v. 17 sq. cf. coroll. LVII.

1 sublime *Cicero* tui mei *Nonii* ω auolans *Turnebus et 'nonnulli' Ciceronis codices* aduolans (*i. e.* abuolans) *Ciceronis Gud. Reg. Brux.* uolans *Nonii* ω

Praeterea quaedam fortasse ex Acciana fabula Varronem in suam Promethei liberi saturam ludibundum transtulisse olim suspicatus sum: certe a tragico colore non aliena fr. I—VI B. Denique ad idem argumentum spectare videntur inc. fab. fr. XXII—XXV et inc. inc. fab. LXXXIV sq.

## MEDEA

I

Pastor

391 tánta moles lábitur
Fremibúnda ex alto ingénti sonitu et spíritu.
Prae se úndas uoluit, uértices ui súscitat:
Ruít prolapsa, pélagus respargít reflat.
395 Ita dum ínterruptum crédas nimbum uóluier,
Dum quód sublime uéntis expulsúm rapi
Saxum aút procellis, uél globosos túrbines
Exístere ictos úndis concursántibus:
Nisi quás terrestris póntus strages cónciet,
400 Aut fórte Triton fúscina euerténs specus
Suptér radices pénitus undante ín freto
Molem éx profundo sáxeam ad caelum érigit.

I—III Cicero de nat. deor. II 35, 89 'atqui ille apud Accium pastor, qui nauem numquam ante uidisset, ut procul diui-

num et nouum uehiculum Argonautarum e monte conspexit, primo admirans et perterritus hoc modo loquitur [I]. Dubitat primo, quae sit ea natura, quam cernit ignotam, idemque iuuenibus uisis auditoque nautico cantu [403—406]. Ergo ut hic primo aspectu inanimum quiddam sensuque uacuum se putat cernere, post autem signis certioribus, quale sit id de quo dubitauerat, incipit suspicari: sic philosophi' e. q. s. (Hic locus deest in Vind. et Pal.) Priscianus de metris Ter. CGL. III p. 424 K. 'Accius in Argonautis ex persona pastoris, qui primam uidit nauem Argo [10—12. 2—4].' Nonius 90, 8 'conciere, cum perturbatione conmouere. Accius Medea [9].'

2 spiritu *Priscianus* strepitu *Ciceronis* ω 4 respargit *Erl.* respergit φ reflat *Priscianus* profluit *Cicero* 5 num *Glog.* (*item v.* 6) 6 uentis] uertice *Bergkius* 7 procellas *Bergkius* 10 auforte *Cic. Leid. B* (an forte?) 11 undanti infracto *Prisc. Parr. AR, Vat. Leid. V* undantes ueniant freto *Ciceronis* ω 12 at *Leidd. AC, om. Erl.* erigit *Lachmannus* eruit *Cicero et Priscianus* euomit *Toupius* euehit *Klotzius*

## II. III

Sicút lasciui atque álacres rostris pérfremunt
Delphíni, item alto múlcta Siluaní melo 404
Consímilem ad auris cántum et auditúm refert. 405

1—3: *Bue continuavit cf. coroll.* LVII *sq.* 1 sicut lasciui *scripsi* sicut inciti ψ sic aut inciti *olim dederam* sic incitati *Glog.* simis inciti *Lachmannus* sicut conciti *prop. Bue* perfremitum *Erl.* perfricant '*navem Argo scilicet*' *Lachmannus* 2 *sq.* item alto mulcta *scripsi* item alia multa ω, *quae vulgo pro Ciceronis verbis habebantur* item illa mota *vel* muta *prop. Buc* item alta moles *coni. CFWMueller* 3 consimile *Ciceronis* ω

## IV

'Ego me extollo in ábietem, alte ex túto prospectum aúcupo.

Non. 467, 19 'aucupaui, actiuum positum pro passiuo ... Accius Astyanacte ... idem Medea ...'

altam *Bothius* prospectum *Gulielmius* prospectans ω aucupans *x*

V

'Apud uetustam túrrem

Priscianus p. 761 P. 'turrim et turrem, ab hac turri et turre. Accius in Medea ...' (media Sang. Grut. Karolir.)

VI

Vagánt, pauore pécuda in tumulis déserunt.
⟨A!⟩ quí uos pascet póstea?

Non. 159, 10 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres dixerunt ... Accius Astyanacte ... idem Medea ...' Idem 467, 22 'uagas pro uagaris ... Accius Tereo ... item Medea: uagant ... deserunt.'

1 sederunt *ω p.* 159 2 qui *W* quis *φ* uos, *ut edideram, D. Heinsius* nos *ω*

VII

Prima éx immani uíctum ad mansuetum ápplicans

Non. 323, 13 'immane rursum minime bonum, et nocens.'

primum *Bothius* primo *Delrio* uictu *Basil., om. W*

VIII

ut tristis túrbinum
Toleráret hiemes, máre cum horreret flúctibus.

Non. 422, 32 'horridum plerumque extans et prominens et erectum ...'

2 horreret *Bothius* horret *ω*

IX

Nisi ut ástu ingenium língua laudem et díctis lactem lénibus

Non. 16, 15 'lactare est inducere uel mulcere uel decipere.'

ingenii fingam laudem *Scaliger* laudem] ludam *x* (*propius* laudam *erat*)

X

'Exul inter hóstis, exspes éxpers desertús uagus

Non. 12, 8 'exspes dicitur sine spe. Accius Eurysace ... idem Medea ...'

exul *vulgo* exuli *ω*

XI

Períte in stabulo frénos immitténs feris

Non. 307, 17 'ferus iterum ecus . . .'

stabulo *scripsi* stabule *ψ* stabulis *Vrbin.* 308

XII

Tun día Mede's, cúius aditum exspéctans peruixi úsque adhuc?

Non. 238, 1 'aditus rursum aduentus.'

tun dia Mede's *scripsi: cf. Ennii v.* 241 tunc (tum *L*) diomedeset *ω* tun dia Medea es *Passeratius* tun dic Medea es *Lachmannus* expectans *Passeratius* expectant *ω*

XIII

Quí potis est refélli quisquam, ubi núllust causandí locus?

Non. 89, 6 'causari, causam dicere uel defendere.'

refelli *Gulielmius* repelli *ω* nullust *Vossius* nullus est *ω*

XIV

Princípio extispicium éx prodigiis cóngruens ars te árguit.

Non. 16, 10 'extispices proprie aruspices dicti sunt, quod exta spiciant.'

extispitium *L* extispicum *Scaliger, recte ut vid. cf.* 501 *inc. inc.* 88 te ars *Bothius*

XV

Láuere salsis uúltum lacrumis . . . . . . .

Non. 504, 9 'lauere inde tractum est . . . .'

XVI

Perníci orbificor líberorum léto et tabificábili.

Non. 179, 26 'tabificabile uel tabificum.'

pernici *Gulielmius* parneci (parneti) *ω*

XVII

Fors dóminatur, neque uíta ulli
Propria ín uita est.

Non. 362, 4 'proprium rursum significat perpetuum . . . Accius Armorum iudicio . . . idem Medea . . .' Cf. Lucilius apud Nonium p. 362, 15: 'cúm sciam nihil ésse in vita próprium mortalí datum.'

1 *sq. Anapaestos agnovit Bothius* uis *x* illi *BW* ut illi $L^1$ neque quicquam u. | proprium *conieceram* (*cf. coroll.* LVIII *et Lucilii l. l.*), *sed dubitanter, nunc argutiorem sententiam ne oblitterarem concessi Buechelero*

Adiungendum praeterea inc. inc. fab. XCIII videtur.

MELANIPPVS

I

Núm quis non mortális florem líberum inuidít meum?

Non. 500, 13 'sic et inuidit illam rem pro illi rei. Accius Melanippo . . .' (Menalippo W Harl.) Cicero Tusc. disp. III 9, 20 'nomen inuidiae, quod uerbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Melanippo: quisnam' e. q. s. 'male Latine uidetur, sed praeclare Accius. Vt enim uidere, sic inuidere florem rectius quam flori. Nos consuetudine prohibemur: poeta ius suum tenuit et dixit audacius.' (Melanippa Bern. in mg. Menalippo vel Menalippa χ. Cf. C. Keilius Spec. onomatol. Graeci p. 37 sqq.) Isidorus differ. 'inuidiae autem nomen dictum est a nimis intuendo felicitatem alterius, ut est illud: quisnam florem inuidit meum?'

num (*vel* nam) quis non *scripsi* unde aut quis *Nonii ω*, *quod aegre teneas* quisnam *Ciceronis ex., Isidorus* mortalis *om. Cicero et Isidorus* liberum *om. Isidorus* meam *Nonii ω*

II

Oéneum aliquis cétte in conspectum, aút nos, ubi ⟨ubi⟩ est, dúcite
'Ad eum.

Non. 85, 2 'cette significat dicite uel date, ab eo quod cedo . . . Accius Melanippo . . .'

1 Oeneum *Passeratius* aeneum *ω* ubi ubi *Grotius* ubi *ω* ubist adducite (*del.* ad eum) *Onions*

III

'Egone auxilio núdus temere ut hósti me animato ófferam?

Non. 233, 15 'anima iterum significat iracundum uel furorem ... Accius Menalippo ...'

nudus *Lipsius* motus *ω*

IV

'Est res aliqua, quám praesente his príus maturare ínstitit.

Non. 154, 17 'praesente, coram uel praesentibus ... Accius Menalippa ...' Idem 349, 1 'maturum dicitur celer ... Accius Menalippo ...' (Menalippo, sed n et l corr. transpositis W)

quam *Grotius* quae *ω p.* 154, *om. p.* 349 praesentem *L p.* 154 te his *ω p.* 154 maturare *ψ p.* 349 matura *ω p.* 154 mature *W p.* 349 instituit, *sed* u *compuncta*, *W p.* 349 instititi *L*[1], *Grotius*

V

.... tete ésse huic noxae obnóxium

Festus p. 174 M. 'noxa peccatum, aut pro peccato poenam, ut Accius in Melanippo: tete' e. q. s.

VI

Reícis abs te réligionem: scrúpeam imponás ⟨tibi⟩? 430 431

Varro de l. l. VII 65 M. 'a pede ac scrupea. Ex eo Acci positum curiose: itaque est in Melanippa ...'

1 ut scrupeam *O. Muellerus* tibi *O. Muellerus, om. ω*

VII

Néque ratum est quod dícas, neque ⟨ea⟩ quae ágitas dicendi ést locus.

Festus p. 274 M. 'ratus sum significat putaui, sed alioqui pro firmo, certo ponitur ratus et ratum — et Accius in Menalippo: neque' e. q. s.

ea *Vossius, om. cod.*

VIII

Créditi' me amici mórte inbuturúm manus?

Non. 521, 7 'inbuere consuetudo inducere uel inficere existimat, cum sit proprie maculare uel polluere uel inficere. Accius Armorum iudicio ... idem Melanippo ...'

crediti, *h. e.* creditis $L^1$, *recte interpr.* *x* credite φ credin *Vsenerus* me *om.* *W* morte *Junius* mortem ω inbutorum manu *Ba*

IX

Parátus sum ubiuis pétere pestem pérmiti.

Non. 219, 1 'pernities' (permities Leid., etiam in W n radendo ex m facta. Cf. adn. ad Enn. 229) 'generis feminini. Lucilius Satyrarum lib. II: pestem pernitiemque catax' e. q. s. 'neutri Accius Menalippo ...' (Melanippo Leid. malanippo Harl.)

partem *x* permiti *scripsi* permities ω

X

Híc Melanippum intér traiectus némorum, in salti faúcibus

Non. 485, 29 'salti pro saltus. Accius Melanippo...' (Menalippo Bamb. Harl.)

Menalippum *Ba* int̄ $BaH^2$ intera $W^1$ intra $H^1L$ saltis *W*

XI

'Obuiam ense it, quem áduorsum aptus álter in promptu óccupat.

Non. 234, 24 'aptus significat adeptus. Accius Menalippo ...'

obuiam ense it *Grotius* obuia mens. id ω obuiam est, it *Bothius* quem *x* que ω

XII

Cónstitit cognóuit sensit, cónlocat sese ín locum
Célsum: hinc manibus rápere raudus sáxeum grande ét graue.

Festus p. 265 M. 'rodus uel raudus significat rem rudem

et imperfectam: nam saxum quoque raudus appellant poetae, ut Accius in Melanippo: constituit' e. q. s.

1 constitit *A. Augustinus in mg.* constituit *cod.* 2 raudus *O. Muellerus* roudus *cod.* grande et graue *Turnebus* grandem et grauem *cod.*

XIII

Régina, aderit témpus, cúm hice tórrus, quem amburí uides

Non. 15, 29 'torris dicitur fax ... Accius Menalippo: regina ... uides. Idem Meleagro ...' (idem om. Leid.)

regina, aderit *Bue* (*ipse* regina, olim aderit *scripseram*): *cf. coroll.* LVIII *sq.* regina erit ω o regina, erit *Bergkius* regina, escit *x* hic ω *an* hic cum, *ut Bue?* torris *H corr.*

Adiungendum fortasse inc. inc. fab. II.

## MELEAGER

I

. . . frugis próhibet pergrandéscere.

Non. 115, 10 'grandire est grandem facere ...'

II

Vagént ruspantes síluas, sectantés feras

Non. 166, 20 'ruspari est scrutari ... Accius Nyctegresia ... idem Meleagro ...'

rospantes *L* sectantes *ms. Fabri* sextamtes φ

III

Quam inuíta ancillans, dícto oboediéns uiri

Non. 72, 2 'ancillantur pro seruiunt ...'

oboedibat *A. Luchs* oboedieris *x*

IV

. frigit saetás rubore ex óculis fulgens flámmeo.

Non. 308, 9 'frigit correpta prima syllaba significat erigit. Accius Meleagro [XVII] idem in eadem [IV].'

frigit *quamvis suspectum nolui obscurare: cf. coroll.* LIX

erigit *post Schoppium Bue* saetas *Bue* aestas ψ extuans *Palat.* aestuans *Gebhardus* aestuat *Fruterius* aper saetas *posueram, ut numeros explerem*

V

Gaúdent currunt célebrant, herbam cónferunt donánt, tenent,
Pró se quisque cúm corona clárum conestát caput.

Non. 317, 15 'herbam ueteres palmam uel uictoriam dici uolunt ...'

1 conterunt *L* 2 cum] cumque *B* conestat *x*, *postquam* cohonestat (*ut Bentleius*) *inveneram.* constat *HLW* conectat *BG* conlustrat *Scaliger*

VI

Cuíus exuuias ét coronam huic múnerauit uírgini.

Non. 499, 11 'datiuus pro accusatiuo ... Abius Meleagro ...' (Accius Aldina)

VII

Rémanet gloria ápud me: exuuias dígnaui Atalantaé dare.

Non. 470, 17 'dignaui pro dignatus sum uel dignum duxi.'

VIII

timida elíminor,
⟨E⟩ clamore símul ac nota uóx ad auris áccidit.

Non. 39, 4 'eliminare, extra limen eicere ...' Idem 292, 20 'eliminare est exire .... Accius Foenissis ... idem Meleagro ...'

1 timide liminor $L^1$ tum ut deliminor $H^1$ tum ut eliminor $H^2L^2W$ *p.* 39 timidae eliminor *GH p.* 292 timide elim. φ 2 e *om.* ω cum *Bothius* agnota ω *p.* 292 acciuit ω *p.* 292 *Octonarium* tim. cl. clamore ... auris | áccidit *continuari mavult Bue*

IX

Heú! cor ira féruit caecum, améntia rapiór ferorque.

Non. 503, 7 'feruit pro feruet ....' (Omittitur hic locus in W)

ferorque *Bentinus* feruorque ω

X

Eúm suae uitae fínem ac fatis ínternecioném fore
Méleagro, ubi tórrus esset ínterfectus flámmeus.

Non. 15, 30 'torrus (torris W) dicitur fax, unde et torridare dicimus comburere. Accius Melanippo . . . idem Maleagro . . .' (idem om. Leid.)

1 eum] tum *Vossius* suae *ed.* 1476 suum ω fatis *Bue et Kiesslingius* fati ω fati sui *Bergkius* 2 Maleagro *W* male ago *HL* ubi *om.* *L* ubi ubi *x* ubi ille *conieceram. Defendit hiatum Lachmannus* torris *H corr.* fuisset *Onions*

XI

. . . nunc sí me matrem mánsues misericórdia
Cápsit

Non. 483, 10 'mansuetem et mansuem pro mansuetum, ut sit nominatiuus mansues . . . Accius Meleagro: nunc' e. q. s. (mele nunc Bamb.)

1 siue *Scaliger* mansuem *x* *senarii aliis placeant*

XII

Quae uástitudo haec aút unde inuasít mihi?

Non. 184, 32 'uastities et uastitudo et uastitas, horror et desertio et contagium . . . Accius Eurysace . . . idem Meleagro . . .'

aut] *malim* animi?

XIII

Caue lássitudo póplitum ⟨tuum⟩ cursúm leuet.

Non. 336, 28 'leuare etiam minuere.'

poplitum *edd.* poplit ω

XIV

Labóre aut minuat ítiner ingressúm uia

Non. 482, 27 'itiner dictum pro iter . . . . Accius Oenomao . . . idem Meleagro . . .'

laborem *Vossius* ingresso uiae *Vossius* *Cavendum dicit, ne ingressum iter longitudo viae minuat labore, h. e. segniorem reddat. Cf. carm. epigr.* 982 *B.*

XV

Quis erít, qui non me spérnens, inciláns probris,
Sermóne indecorans túrpi fama dífferet?

Non. 124, 32 'incilare est increpare uel inprobare.'

1 qui rit *L*: *fort.* qui erit 2 differet *Junius* differret ω

XVI

460 'Erat istuc uiríle, ferre aduórsam fortunám facul.

Non. 111, 23 'facul pro faciliter . . .'

istuc uirile *Vossius* uirile istuc ω *an* aduorsam ferre?

XVII

461 462 Frigít fricantem córpus saxum occúlte abstruso in flúmine.

Non. 308, 9 (vide IV)

frigit: *cf. coroll.* LIX fricatque corpus *vir d. apud Vossium* saxum *conieci praeter alia* acuum ω atrum *idem v. d.* obtruso *B.* *An* abstrusum? *Fuit cum haec* érigit fricántem corpus sáxum abstrusum in flúmine *luderem*

Coniectura his addi licet inc. inc. fab. CXI et CXIII.

MINOS sive MINOTAVRVS

'Ex taurigeno sémine ortam fuísse an humanó feram

Priscianus p. 677 P. 'caprigenus, terrigenus, taurigenus . . . Accius in Ioe: ex' e. q. s. (in .I.oe Bern. Minoe Dresd.) Macrobius Sat. VI 5, 14 'caprigenumque pecus . . . Accius in Philocteta . . . idem in Minotauro . . .'

ex *om. Macrobius* ortum *Macrobius* ortam ******* fuisse *Halb. Prisciani* fuisse *om. Par. Angl. Salisb. Med. a Macrobii* an humano feram *conieci.* an humano, *om.* feram, *Prisciani Reg. m.* 1, *Macrobius* eam an humano *Grut. Prisciani* an humano eam φ

MYRMIDONES Vide p. 158

## NEOPTOLEMVS

Neoptolemvs vel Neoptolomvs (cf. fr. III. V).

### I

quid si ex Graécia
Omni íllius par némo reperirí potest?

Non. 501, 2 'genetiuus pro datiuo.'

1 agrecia *W* 2 omni *Palmerius* omne *ω* illius *Mercerus* ilium (illum *H*[1]) *ω* *unum septenarium continuari vult Bue*

### II

Haut quísquam potis est tólerare acritúdinem.

Festus p. 356 M. 'tolerare, patienter ferre.'

haut *A. Augustinus in mg.* aut *cod.*

### III

Vis véritatis . . . atque ácritas

Non. 493, 15 'acritas.' (Neoptolomeo W) Gellius XIII 3 'sicut autem nihil quicquam interest, suauitudo dicas an suauitas, sanctitudo an sanctitas, acerbitudo an acerbitas, acritudo an, quod Accius in Neoptolemo scripsit, acritas: ita nihil rationis dici potest, quin necessitudo et necessitas separentur.'

ueritatis uis *Vossius. Cf. Leo Pl. F.* 286

### IV

Vím ferociam, ánimum atrocitátem, iram acrimóniam

Non. 73, 20 'acrimonia est animi uiuacitas...' (neoptolomo Harl.[2] Leid.[2] neobtolomo Leid.[1] neoptolomeo Harl.[1])

ferociam animi *Bothius*

### V

Sátis iam dictum est, néque ego errantiae ánimi praue
mórigerabor.

Non. 204, 12 'error masculini est generis . . . feminini Accius Neoptolemo . . .' (neoptholomo Vrbin. 308)

errantia *H*

VI

Atque ádeo ualuas sónere sensi régias.

Non. 505, 13 'sonere inde tractum est ...'

VII

Dolét pudetque Gráium me et ueró piget.

Non. 424, 1 'pudet et piget hoc distant: pudere enim uerecundiae est, pigere paenitentiae ...'

dolet *Fruterius* doet ω que *Fruterius* quae ω Graium *Fruterius* grauium ω Graiium *scriptum fuit*

VIII

Decoráre est satius quám uerbena et taéniis

Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati — — Accius in Neoptolemo: decorare' e. q. s.

*Cf. coroll.* LX tumulum sanguine *Hauptius praemissa fuisse suspicabatur*, *ego* capillos casside *vel simile quid* uerbena et taeniis *Hauptius* urbem exeneis *Vrsinianum apographum* urbem e taeniis *Vaticc. RS Polit.*, *mg. Vrs.* urbem taeniis *ed. princ.*

IX

Pórta Vlixi: mácte his armis, mácte uirtuteí patris.

Non. 341, 30 'mactare est magis augere ... Accius Optolempota ut dixi' e. q. s. (opeolempota Leid. Harl.$^2$ optolemptata Bern. B Neoptolemo Junius)

porta Vlixi (*sc. praemia*, *arma Achillea Vlixi tradita*) *scripsi: librorum scripturam v. supra.* (*cf. coroll.*) tu, uti dixi *conieceram* tempta, ut dixi *Bue* armis *H* armisque (armique $L^1$) φ uirtute *A* uirtutem φ

X

Sed quém mihi iungent? cuí, quae cum illo fúerim,
dignabór dari?

Non. 281, 3 'dignatus significat dignus habitus ...' (Sed hic dignabor activo sensu intellegendum: cf. hist. trag. 405)

cui quae cum *Mercerus* tuique tu ω fuerim *Mercerus* fuerint ω

XI

Sátin astu et falléndo callet?

Non. 258, 5 'callet significat scit ... Accius Aeneadis ... idem in Neoptholemo ...'

satin *W* sagin *GHL*

XII

'Vbi nil contra orátionem aequam hábuit, adsensít silens.

Non. 469, 15 'adsensit est et passiuum.'

nil *Bothius* nihil ω orationem *Passeratius* rationem ω aequam *Fruterius* et quam ω adsentit *Ba*

XIII

sed quesdam

Priscianus p. 960 P. 'accusatiuum etiam quos quas uel ques ...'

Addas licet inc. inc. fab. III: perperam olim Troadum et Hecubae reliquias adiunxi.

TROADES

I

Noctúrnan saxo frúges frendas tórridas?

Servius Dan. in Aen. 1 179 'et torrere parant flammis et frangere saxo] quidam ne ὕστερον πρότερον sit, alios torrere, alios frangere accipiunt. Accius Troadibus ...' Non. 447, 20 'frendere alicubi cum gemitu uel iracundia miserum aut minax sonare .... Accius Troadibus: saxo fruges frendas.'

nocturnan *scripsi* nocturnam *Cass.* nec furno faxo *coniceceram* frendas *Nonius* franges *Servius*

II

Sed utrúm terraene mótus, sonitusne ínferum
Peruásit auris ínter tonitra et túrbines?

Priscianus p. 680 P. 'hoc cornu genu tonitru, quae tamen antiquissimi inueniuntur in um quoque proferentes in eodem genere .....'

1 sed *in rasura (pr. m. non liquet) Halb.* terraene *Bue*

terrae ω terrai *x* 2 [illegible]uassit *Sang.* persuasit *alii* tonitrū *Halb. m.* 2

Addendum fortasse inc. inc. fab. XXXVIII.

## HECVBA

Vetér fatorum términus sic iússerat.

Priscianus p. 716 P. 'quamuis ueter etiam analogia exigit ut bene sit dictum. Accius in Hecuba: ueter ... iusserat, pro uetus.' Comparavit Heimsoethius ind. scholl. Bonnens. 1866/7 p. XI ex Euripidis Hecuba v. 584: **θεῶν ἀναγκαῖον τόδε** (nam sic extat scriptum)

## NYCTEGRESIA

Nyctegresia: Pauli Festus p. 78 M. 'egretus et adgretus ex Graeco sunt ducta a surgendo et proficiscendo: unde et nyctegresia quasi noctisurgium.'

### I

clássis aditu occlúditur:
Féruit

Non. 503, 2 'feruit pro feruet ...'

1 aditu occluditur *scripsi* adid (addid *Ba*) claditur *BHL* aditocluditur φ aditus clauditur *Vossius* adeo occluditur *Bothius*

### II

Scíndit oras, láterum texta ⟨flámma⟩ Vulcaní uorax.

Non. 227, 27 'textus masculini est generis. Neutri ...' (Nyctegresias scendit Leid.)

scindit *Vrbin. Par.* scendit φ scandit *Canterus* iamiam ascendit *Bothius. An* flamma ascendit? oras *scripsi* hora ω aura *Palmerius* ira *Canterus* Flora *Scaliger* Volcanus *Gifanius*

### III

Cuius uós tumulti caúsa accierim et quíd parem,
⟨animum⟩ aduórtito.

Non. 484, 5 'tumulti pro tumultus ... Accius Aeneadis ... idem Nectegresia ...'

*Iambicum tetrametrum agnovit Bergkius* et] er *H* eo *W*

parem *Ba* parum *φ* animum *Bergkius, om. ω* aduortito *Ba* aduorti *HL* diuorti *φ* aduortite *Stephanus*

IV

Aut égo illim eripiam aut ílli poenas súfferam.

Non. 397, 3 'sufferre est sustinere ... significat dedere uel supponere ... Accius Nyptegressia ...'

aut] ut *GHL* ergo *BGH*[1] illim *scripsi* (*cf. hist. trag.* 366) illum *ω* illi *adverbium puto* poenas (*vel* poenam) *Mercerus* poena *ω*

V

. . . id quód facis gratum ét graue est.

Non. 315, 20 'graue, solidum et firmum. Accius Atoamante ... idem Nyctegresia ...' cf. Plauti Pers. 675

VI

'An ego Vlixem oblíscar umquam aut quémquam praeponí uelim?

Non. 500, 4 'accusatiuus pro genetiuo ... Accius ..... et Nectegresia ...' Quadrat ex Iliadis X v. 243: πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

Vlixem *Ba* Vlixen *φ* obliuiscar *ω cf. v.* 190

VII

Iúue nunc adtemptáre, iuue nunc, ánime, ruspari Phrygas!

Non. 166, 18 'ruspari est scrutari.'

iuue (iuuae *H*[1] iuua *F*[1]) ... iuue (*h. e.* iuua) *ω* iuua ... iuua *Gebhardus* iube ... iube *ed.* 1526 lubet ... lubet *Mercerus, non male* (*si* lube *scriptum fuit*). iuben ... iuben *x* animo *ω*

VIII

Cuncta éxpedibo: id módo ius iurandúm date.

Non. 505, 3 'expedibo pro expediam ...' (Deest hic locus in Bamb. exceptis extremis 'iusiurandum date')

cuncta *ed. a.* 1471 cuncto *ω*

IX

Tún quod superest sócium mittis léto? an lucti paénitet?

Non. 486, 1 'lucti pro luctus. Accius Pelopidis ... idem Nyctegresia ...' (nyptae egressia Harl. Nyptegressia W nictae egressia Bamb.)

tun *Vossius* tunc *ω* mittes *Bothius*

X

'Illos suapte indúxit uirtus, tú laudem illorúm leuas.

Non. 336, 29 'leuare etiam minuere. Accius Meleagro ... idem Nyptegresia ...' (Nyptespesia Leid.)

*Iambi placent Bergkio* illos *Aldina* illo *ω* ui illos *Lachmannus* suapte *pro nominativo habeo (cf. coroll. com. p.* CXXXVII) suate *BGHL*[1]

Sat probabiliter eodem referuntur inc. fab. XIX et XX.

OENOMAVS

I

Forte ánte auroram, rádiorum ardentum índicem,
Cum e sómno in segetem agréstis cornutós cient,
Vt rórulentas térras ferro fúmidas
Proscíndant glebasque áruo ex mollito éxcitent

Non. 395, 22 'segetem etiam ipsam terram dicimus ...'

1 forte *Turnebus* ferte (perte *L*) *ω* ardentum *Scaliger* ardentem *ω* 2 e *Fruterius, om. ω fortasse* agrestes 3 terram *GH*[1] fumidas *scripsi (cf. coroll.* LX) fidas *ω* rosidas *Lipsius* rufulas *Bothius* putridas *Junius* feruido *et* frigido *Bergkius* 4 mollito *Bergkius* molli *ω* exsuscitent *Fruterius*

II

atque éa coniectura aúguro

Non. 469, 2 'auguro.'

III

. . . praesto etiam ádsum. —
Exprόme quid fers: nám te longo ⟨ab⟩ ítere cerno ⟨huc⟩ uádere.

Non. 485, 5 'iteris positum pro itineris ...'

1 *pro paroemiaci particula habeo* etiam (etcam *L*) ω: *an* em iam? *cf. v.* 302 2 expromito *in exitu versus x* feras *Bue* e longo *x*

IV

Coniúgium Pisis pétere, at te itiner téndere

Non. 482, 26 'itiner dictum pro iter ....'

Pisis *Delrio* Tisis ω petere *Delrio* patere ω at te (a te *Ba*) ω (= ad te) iter *Ba*

V

Hórrida honestitúdo Europae príncipium primo éx loco

Non. 120, 31 'honestitudo pro honestas.'

horrenda *Onions* (*cf. Skutsch Plaut. et Rom.* 48) principum *Vossius, fort. recte*: *cf.* 419

VI

Ego ut éssem adfinis tíbi, non ut te extínguerem,
Tuam pétii gnatam: número te expugnát timor.

Festus p. 170 M. 'numero nimium cito, celeriter nimium — Accius in Oenomao: ego' e. q. s. Non. 352, 17 'numero significat cito. Accius Oenomao: numero te expurgasti.'

2 petii *vulgo* peti *cod.* gnatam *Vrsinus* gnata *cod.* expugnat timor *O. Muellerus* expurgat timor *cod. Festi* expurgasti *Nonius*

VII

Sáxum id facit angústitatem, et súb eo saxo exúberans
Scátebra fluuiae rádit rupem.

Non. 73, 24 'angustitatem.' Haec Paetum in epistula ad Ciceronem laudavisse et ipse quaest. scen. p. 333 docui et monuit Krahnerus in Bergkii ephem. 1852 p. 398: illi respondens Cicero ad fam. IX 16, 4 adlusit his: 'quam ob rem Oenomao tuo nihil utor; etsi posuisti loco uersus Accianos. sed quae est inuidia? aut quid mihi nunc inuideri potest? ..... ita fit ut et consiliorum superiorum conscientia et praesentis temporis moderatione me consoler, et illam Accii similitudinem non [modo' recte del. Ernesti] 'iam ad inuidiam, sed ad fortunam transferam, quam existimo leuem et inbecillam ab animo firmo et graui tamquam fluctum a saxo frangi oportere.'

VIII

Quemcúmque institeram grúmmum aut praecisúm iugum

Non. 15, 25 'grummus dicitur agger, a congerie dictus.'

IX

Atque hánc postremo sólis usurám cape!

Non. 231, 3 'usus ... feminino ...'

postremam *Bergkius* rape *Bergkius*

X

Vos íte actutum atque ópere magno edícite
Per úrbem, ut omnes, qui árcem Alpheumque áccolunt,
Ciués ominibus faústis augustam ádhibeant
Fauéntiam, ore obscéna dicti ségregent.

Non. 357, 13 'obscenum significat et maledicum.' ('maledictum' Bern. AB) Idem 206, 1 'fauor ... feminino Accius Oenomao: augustam ... segregent.'

1 actum *BGH* 2 et omnes *W* arcem Alfeumque *Kiesslingius* arcana asteumque ω, *in quibus* arcem *Bentinus*, astuque *Turnebus coniecerunt*. Alphium *veteres dixisse docet Pauli Festus p.* 18 3 ominibus *Junius* omnibus ω agustam ω *p.* 206 adhibent ω *p.* 357 4 fauentius *BGH p.* 357 more ω *p.* 206 dicti $BGH^1L^1$ *p.* 357 dictis ω *p.* 206 dicta φ *p.* 357 dictu *Albertus Langius, fort. recte* segregens ω *p.* 206 segreget *W p.* 357

Referri praeterea huc potest inc. inc. fab. CV.

## PELOPIDAE

I

. . stimuloue meúm cor?

Marcianus Capella III 272 'complexiua coniunctio est que, ue ... expletiua, ut ... apud Accium in Pelopidis ...'

II

. . . et te ut tríplici laetarém bono

Non. 133, 1 'laetare et laetiscere, laetificare ...'

III

. . nec tibi me in hác re gratarí decet.

Servius Dan. in Aen. V 40 'gratatur] quidam gratatur non gratulatur, sed laetatur accipiunt ....'

IV

Nam mé uti credam ex túo esse conceptúm satu,
Multa árgumenta rédigunt animum et cónmouent.

Non. 174, 10 'satu positum pro semine.'

1 nam me uti *vir d. ind. phil.* 1872 *p.* 287 nam me ut *ω* namque eum uti *Bothius* nam med ut *Mercerus* credam *Mercerus* heredam *ω* 2 multa *Bothius* ut *ω* tot *Vossius* tua *coni. Bue*

V

Eíus serpentis squámae squalido aúro et purpurá pertextae

Gellius II 6, 23 'squalere enim dictum a squamarum crebritate asperitateque .... Accius in Pelopidis ita scribit: eius ... pertextae. Quidquid igitur nimis inculcatum obsitumque aliqua re erat, ut incuteret uisentibus facie noua horrorem, id squalere dicebatur.' Macrobius Sat. VI 7, 18 'squalere enim dictum ab squamarum crebritate asperitateque .... Accius in Pelopidis' (pelopidibus Paris.) 'ita scribit: eius' e. q. s. 'Quidquid igitur' e. q. s. Non. 452, 28 'squalere ... ... Accius Pelopidis ...'

1 *sq. octonarium agnovit Bothius* squama *Nonii ω* squalidae *Vossius* pertexte *Gellii ψ* praetextae *φ* textae *Nonii ω*

VI

Césso hinc ire et cápere lucti uéstem in leto cóniugis?

Non. 485, 32 'lucti pro luctus.'

capere *Bue* lapere *ω* rapere *edd.* lauere *Rothius* laeto *Ba* leto, c *suprascr.*, *L* lecto *HW*

Addenda his fortasse ex Atreo fr. XVIII et XIX; num ad idem argumentum spectent inc. inc. fr. LXV et LXVI dubito.

PERSIDAE Vide p. 171

## PHILOCTETA

I

Inclúte, parua prodíte patria,
Nomíne celebri claróque potens
Pectóre, Achiuis classíbus ductor,
Grauis Dárdaniis gentíbus ultor,
Laértiade!

Apuleius de deo Socratis c. 24 'sed ut, qui te uolet nobilitare, aeque laudet, ut Accius Vlixen laudauit in Philocteta suo in eius tragoediae principio: inclute .... Laertiade. Nouissime patrem memorat.' Quae descripsit Jo. Sarisberiensis Pol. p. 402. Marius Victorinus CGL. VI 77 K. 'anapaesticum melos binis pedibus amat sensum includere, ut apud Accium: inclute...gentibus auctor.' Caesius Bassus CGL. VI 267 K. 'constat enim' (clausula: terruit orbem) 'ex dactylo et spondeo, quae clausulae et per se repetitae et inter se iunctae anapaesticon metron efficiunt, sic: ......inclyte ...potens.' Charisius p. 289 sq. K. 'rythmos — — [car]men [1 sq.] — — ut ex his | qui forte uersus inclyte parua ego com.....dem uer..fecero cuius sunt illa quaenam te adigunt hospes (inc. inc. CXLVII), manebit isdem uocibus et est eodem flore et ex metro remouetur [et] mutatur et fit melos profecto. et si melos extenderis, ut in hanc ueniat quantitatem uorsus inclyte [hospes] parua praedite patria et duo commata uel hemistichia iunxeris ut fa|cias sic: quaenam te adigunt hospes stagna capacis uisere Auerni.'

1 prodite *Apulei Par.* predite *Mon.*, *om. Flor.* p̄dite *Charisii cod.* praedite *cum ceteris Bergkius* 3 ductor *Jo. Sarisberiensis*, *Hermannus* auctor *Apuleius*, *Victorinus*

II

. . . . Lemnía praesto
Litóra rara, et celsá Cabirum
Delúbra tenes, mystéria quae
Pristína castis concépta sacris
* * *
Volcánia ⟨iam⟩ templá sub ipsis
Collíbus, in quos delátus locos

Dicítur alto ab limíne caeli

* * *

Nemus éxpirante uapóre uides,
Vnde ígnis cluet mortálibus clam
Diuísus: eum dictús Prometheus
Clepsísse dolo poenásque Ioui
Fato éxpendisse suprémo.

Varro de l. l. VII 11 M. 'loca quaedam agrestia, quod alicuius dei sunt, dicuntur **tesca**. Nam apud Accium in Philocteta Lemnio [XIII]. enim (Lemni Bergkius) loca quae sint, designat cum dicit: [1—4] dein [5—7] et: **nemus expirante...diuisus**.' Cicero Tusc. disp. II 10, 23 'ueniat Aeschylus, non poeta solum, sed etiam Pythagoreus; sic enim accepimus. quo modo fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum Lemnium? [8—12]. has igitur poenas pendens, adfixus ad Caucasum dicit haec: Titanum soboles' e. q. s. Post 528 inc. inc. fab. XXXVII inseruit G. Hermannus.

1 *sqq. anapaestos agnovit Scaliger* 2 rara: *cf. coroll.* LX parent *Bergkius* 3 tues *Bergkius* quae *Flor.* que φ queis *Hermannus* qua *Bergkius* 4 castris *Flor., corr. Aldus* cistis consepta *Bergkius* 5 en *ante* Volc. *Bergkius* 7 limine *vulgo* lumine ω 7 *sq.* caeli, et Nemus *continuavit Hermannus* 9 ignes *Varronis* ω cluet *Aldina Varronis* clauet *Flor. Varr.* clucet *Ciceronis Gud.* clucet *vel* ducet *Reg. m. pr.* lucet *idem corr. cum ceteris* clam *om. Varro* 10 diuisus *Cicero*: *cf. Rhet. ad Herenn. IV* 6, 9 diuis *Varronis* ω diuisse *Scaliger* eum] cluet *Bergkius* dictus *Cratandrina* doctus, *suprascr.* i *m. eadem Cic. Brux.* doctus φ diuis semen doctus *Bue* ignis *genetivum interpretatus* 12 furti expendisse *Bentleius*

III

. . . ubi habet? úrbe agrone? . . .

Non. 318, 5 '**habere** rursus **habitare** ...'

urbe *ed. pr.* turbe (turbae) ω agone *B*

IV

Quem néque tueri cóntra neque farí queas.

Macrobius Sat. VI 1, 55 'Vergilius: nec uisu facilis nec dictu affabilis ulli. Accius in Philoctete :..'

neque intueri *commendat CFW Mueller* neq. affari *Par*

nec adfari φ, *quod post alios defendit Klotzius* nec contra adfari *CFW Mueller*

V

Configit tardus céleris, stans uolátilis.

* * *

Pro uéste pinnis mémbra textis cóntegit.

Cicero de fin. V 11, 32 'ea perferant, quae Philoctetam uidemus in fabulis, qui cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen uitam aucupio; configebat tardus celeres, stans uolantes, ut apud Accium est, pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat.' Ipsum versum 2, sed omisso nomine, fragm. de metris CGL. VI 612 K. tradidit. Versum 1 elicuit Scaliger. Separandos esse 1 et 2 vidit Hermannus.

1 configit *Bothius* configo *Scaliger* uolatiles *Scaliger* uolantes *Cicero, a quo Acciana non nihil esse deflexa recte, ut videtur, censet Madvicus* 2 contegens *Scaliger*

VI

Contra ést eundum caútim et captandúm mihi.

Non. 512, 12 'cautim pro caute. Accius Alfesiboea .. idem Filoctita ...'

eundem *Ba* et captando *W* captando, *om* et, *Bothius*

VII

. . . cui potéstas ⟨si⟩ detúr, tua
Cupiénter malis mémbra discerpát suis.

Non. 91, 4 'cupienter, cupidissime.'

1 si *Scriverius, om.* ω 2 cupientis *HL*

VIII

cáprigenum trita úngulis

Macrobius Sat. VI 5, 14 'caprigenumque pecus nullo custode per herbas ... Accius in Philoctete ...'

trito *Par.*

IX

Recíproca tendens néruo equino cóncita
Tela

Varro de l. l. VII 80 M. 'apud Accium: reciproca' e. q. s. 'reciproca est, cum unde quid profectum, redit eo.' Servius Dan. in Aen. IX 619 'neruoque equino; quia in arcubus nerui equini solent esse. Accius Philocteta: tendens ... tela.'

X

Philocteta

. . pinnigero, nón armigero in córpore
Tela éxercentur haéc abiecta glória.

Cicero ad famil. VII 33 'ut etiam, si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quod haec pinnigero n. a. in c. tela exerceantur, ut ait Philoctetes apud Accium, abiecta gloria.'

1 *sq. Dedi versus secundum Hermannum. Vide an haec* pinnigero haec, non a. in c. Tela exercentur uetere abiecta gloria *praestent*

XI

iaceo in tecto úmido,
Quod éiulatu quéstu gemitu frémitibus
Resonándo mutum flébilis uocés refert.

XI. XII Cicero Tusc. disp. II 14, 33 'num humana contemnentem potest dicere aut Philoctetam illum? a te enim malo discedere; sed ille certe non fortis, qui iacet in tecto ... refert.' Idem de fin. II 29, 94 'quamobrem turpe putandum est, non dico dolere ... sed saxum illud Lemnium clamore Philocteteo funestare, quod eiulatu ... refert. huic Epicurus praecentet, si potest, cui [XII]. sic Epicurus: Philocteta, st! breuis dolor. at iam decimum annum in spelunca iacet.' Nonius 324, 26 'imbuere est inficere. Accius Filocteta [XII].' Cicero Tusc. disp. II 7, 19 'aspice Philoctetam, cui concedendum est gementi; ipsum enim Herculem uiderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem. nihil igitur hunc uirum sagittae, quas ab Hercule acceperat, tum consolantur, cum [XII]. itaque exclamat auxilium expetens, mori cupiens [XIX].' Continuat Hermannus versus 549—553.

1 iaceo *Hermannus* tecto *Bouhierius* lecto *ω* 3 multum *ψ in Tusc.*

XII

E uíperino mórsu uenae uíscerum
Venéno inbutae taétros cruciatús cient.

1 e *Tusc.*, *om. de fin.* ex *Nonii ω* bene *Nonii ω* 2 imbuta est etero *Nonii ω* ciens *A Nonii* sciens *φ Nonii*

XIII

Quis tu és mortalis, qui ín deserta et tésqua te adportés loca?

Varro de l. l. VII 11 (vide II) Festus p. 356 M. '[tesca — — — aspera, difficilia aditu — — [Accius in Philo]cteta: quis tu es mortalis ......... a et' e. q. s. Cf. Horatii epist. I 14, 19.

tesqua *Festi cod.* tesca *Varro* adportes *Aldus* appones *Varronis Flor.* adportas *Festi cod.*

XIV

quod te óbsecro, aspernábilem
Ne haec taétritudo méa me inculta fáxsit . . . . .

Non. 179, 32 'tetritudo.'

1 *sq.* adspernabilem Ne haec *Hermannus* ne haec aspernabilem *ω* (*non adnotavit Onions*) 2 mea inculta *Scaliger* mea (me *add. Onions*) inocculta *ω* me mea *Onions*, *his octon. iamb. concludens* *Creticos* quod té o., né haec a. | taétr. mea inculta f. ⟨tibi⟩ *commendat Bue*

XV

Contémpla hanc sedem, in qua égo nouem hiemes sáxo stratus pértuli.

Non. 469, 31 'contempla.'

nouem, a *suprascr.*, *L* nauem *Ba H W* saxo *Ba* taxo *φ*

XVI

heu Múlciber!
⟨Non⟩ árma ignauo inuícta es fabricatús manu.

Macrobius Sat. VI 5, 2 'Mulciber est Vulcanus, quod ignis sit et omnia mulceat ac domet.'

2 cur *suppl. Bue* *an* arma ergo? es inuicta *Bothius*

XVII

. . Phrygiam míti more esse, ánimo inmani Graéciam

Non. 323, 15 'immane rursum minime bonum, et nocens ....'

*Sic x* miti (mitti *B*) more *BGH*[1] mitiore *L* minore *H*[2] minorem *W* esses (exses *B*) aminmani (amimani *GLW* animam *H in ras.*) *ω* mitiorem esse immani Graecia *Mercerus* esse mitiorem i. G. *Hermannus* ipsam Fr. mitiorem esse aio immani Graecia *conieceram*. Frygiam inmitem mitiorem esse ipsam i. G. *Bue* Phr. mitiore more esse, anima i. G. *Onions*

XVIII

Philocteta

Pári dyspari, dispár si esses tibi, égo nunc non essém miser.

Quintilianus V 10, 84 'causas non utique ab ultimo esse repetendas, ut . . . Philocteta: Pari' e. q. s. Accio cum ceteris dedit Hermannus quoque.

Pari dyspari, dispar si *ut Schneidewinus, qui tamen* si *om.* (Pari dyspari *iam Burmannus*) Paridi si par *Bern. Bamb.* Paridis inpar *Ambr. Bamb. m.* 2 Pari dispar *φ* si inpar esses (Paridi *Quintiliano tribuerat Delrio*) *Bonnell* si par esses *Bue*

XIX

Philocteta

Heu! quí salsis fluctíbus mandet
Me ex súblimo uertíce saxi?
Iam iam ábsumor: confícit animam
Vis uólneris, ulceris aéstus.

Cicero Tusc. disp. II 7, 19 (vide XI).

2 sublimi *Reg. m.* 2

XX

Sub áxe posita ad stéllas septem, unde hórrifer
Aquilóni' stridor gélidas molitúr niues.

Cicero Tusc. disp. I 28, 69 'tum globum terrae . . . duabus oris distantibus habitabilem et cultum, quarum altera, quam

nos incolimus, sub axe' e. q. s. Verba sub axe ... septem primus Accio dedit Bentleius. Schol. Veron. in Aen. VIII 28 p. 99 K. 'sub aetheris axe, sub dio. Accius in Philocteta ...' Non. 346, 18 'moliri, extruere; dictum a molibus ... Accius Filoctete: ubi horrifer ... niues.' Solo versu 2 utitur Pseudo-Censorinus de metr. p. 2726 P. (CGL. VI 612 K.) pro trimetri tragici exemplo, sed et poetae et fabulae nomen reticens.

1 positum *schol. Veron.* ad stellas septem *om. schol. Veron.* unde] ubi *Nonius* horridus *schol. Veron.* 2 Aquiloni' *cum Bentleio Lachmannus* aequisoni (so *ex corr. L*) *Nonii* ω gelidas] . . . . . as *schol. Veron.*

XXI

'Agite ac uulnus né succusset gréssus, caute ingrédimini.

Non. 16, 28 'succussare est susum frequenter excutere.'

ne *Junius* nec ω nei *x* succuset *L*[1]

XXII

dracontem

Charisius p. 101 P. 'dracontem Accius in Filocteta, quod utique uenit a nominatiuo hic dracon.' Cf. Aeschyli Philoct. fr. 252 N[2]. *οὐ γὰρ δράκων ἀνῆκεν κ. τ. λ.*

Inseri in eandem fabulam possunt inc. fab. XXI. XXVIII, inc. inc. fab. XXXIV. XXXV et post v. 528 XXXVII.

PHINIDAE

I

Hac úbi curuo litóre latratu
Vndá sub undis labúnda sonit

Non. 504, 31 'sonit pro sonat Accius Aeneadis ... idem Finidis ...'

1 hac *Scriverius* ac ω latrans *Scaliger*

II

Simul ét circum magná sonantibus
Excíta saxis suauísona echo
Crepitú clangente cachínnat.

Non. 463, 15 'cachinnare non de risu tantum, sed et de sono uehementiore uetustas dici uoluit. Accius Finidis . . '

1 megna *L* stagna *Bentleius* 2 suauisona echo] saeua sonando ω saeuisona (raucisona *coni. x*) echo *Bergkius* saeua Celaeno *Bentleius* 3 clangente *Scaliger* clangentes ω cachinnat *Scaliger* cachinnant ω

III

Tacité tonsillas lítore in lecto édite.

Festus p. 356 M. '[tonsillam ait] esse Verrius palum dolatum — — cuspide praeferratum — — — — [Accius in Phi]nidis: tacete et tonsillas lito........edite.' Paulus p. 357 M. 'tonsilla' e. q. s. 'Accius: tacete et...edite.'

tacite *Fruterius* tacete et *Festus*, *Paulus* litora *Paulus* lecto *O. Muellerus* lecta *Paulus* . . edo *apices in Festi cod. Vrsino apparuerunt, quos non agnovit H. Keilius, nec apparent in imag. photogr.*

IV

Obtórque prorim ac súppa tortas cópulas.

Non. 200, 33 'copulae generis feminini. Accius Finidis ...'

obtorque *Passeratius* abtorque ω prorim *W* prorem, *suprascr.* a, *L* proram φ *cf. Lachmannus in Lucr. II* 553 supra *FH*[1]*L*

V

Aut saépe ex humili séde sublima éuolat.

Non. 489, 5 'sublima pro sublimis. Accius Finidis ...'

sublimia euolat *BaL*[1] sublim euolat *H* sublimae aduolant *Scaliger* sublimae euolant *Bothius*

VI

Neque úlla interea fínis curarúm datur.

Non. 205, 10 'finem . . . feminino . . . Accius Finidis ...'

curarum *Bue* curas ω, *nisi quod* cura *F*[1] curai *Passeratius*, *Fruterius* his cureis (curis *Junius*) *x* .

VII

Salsís cruorem gúttis lacrimarúm lauit.

Non. 503, 27 'lauit pro lauat ... Accius Finidis ...'

guttit *W*

VIII

Sé uenenis stérilem esse illius ópera et medicina aútumans

Non. 20, 29 'medicinam dicimus et uenenum; tractum a Graecis, qui uenenum farmacon appellant. Accius Finidis ...' (Finisdis Leid. m. 1 Fenissis Leid. m. 2) Eurip. Androm. 32 conferri iubet Bue.

se uenenis (eius *vel* se eius uenenis *conieceram: cf. coroll.* LXI) *Bue* seuenis *ω* si ueneni *Grotius* sementim *Mercerus* se ueneris *Bergkius* (*cf. Leo Pl. F.* 293) et *Mercerus* st ψ ē (*h. e.* est) *teste Onions L* autumas *Vrbin.* 307

IX

Quaéue ut Graio tíbi congenerat géntum aut generum adfínitas?

Non. 84, 28 'congenerat est adiungit, adsociat. Accius Fidinis ...'

quaeue ut *scripsi* queue at $H^2$*L W* q. u*eueat *H teste Onions* q. ueat *F* grafo *L W corr.* frafo $W^1$ quaenam Graios *Kiesslingius* quaeue adgnatio *Bue* quaeue hanc Graio *x* gentum *Bothius* gentium *ω*

PHOENISSAE

I

Sol quí micantem cándido curru átque equis
Flammám citatis féruido ardore éxplicas,
Quianám tam aduerso augúrio et inimico ómine
Thebís radiatum lúmen ostentás tuum —?

Priscianus de metris Ter. p. 1325 P. (CGL. III 424 K.) 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi .....' Versibus 1 et 2 Apuleius quoque non nominato auctore (nam lacuna praecedentia hausta sunt) utitur in Florid. II 10 p. 13 Kr.

Translata sunt ex Euripidis Phoen. prologo (v. 1):

*ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν*
*καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις*
*Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα,*
*ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇ τόθ' ἡμέρᾳ*
*ἀκτῖν' ἐφῆκας κ. τ. λ.*

1 micantem candido curru *Priscianus* candentem feruido cursu *Apuleius, nisi quod* punicantem f. c. *antiquos fere codices habere testatur Becichemus* 3 quianim *Vat.* omine *hic omissum v.* 4 *post* tuum *habent Parr. AR Vat. Leid. V* 4 ostentas *Heinsius* ostentum ω, *Bergkius* ostendis *editiones interpolatae* ostensti *Vossius*

II

Ibi fás, ibi cunctam antíquam castitúdinem

Non. 85, 10 'castitudinem pro castitate.'

III

Vicíssitatemque ínperitandi trádidit.

Non. 185, 18 'uicissitatem pro uicissitudine.'

IV

Ne horúm discordiae ét diuidiae díssipent
Distúrbent tantas ét tam opimas cíuium
Diuítias

Non. 101, 19 'diuidae, ut dissensiones.' (diuidiae ed. 1526)

1 *sq. ad senarios Bothii redii* 1 neorum *Ba L*[1] eorum *Montisp. m.* 1 ne eorum *Scaliger* discordiae et diuidiae *Bothius* diuidae et discordiae ω diuidiae discordiae *Fleckeisenus septenarios dimetiens* diuidae discordiae *x* 2 disturbent *Scaliger* et disturbent ω tam opimas *ms. Fabri, Scaliger* iam optimas *φ* quiuium *Ba*

V

Natús uti tute scéptrum poteretúr patris

Non. 481, 30 'sic potior illam rem pro illa re potior ....'

uti tute *Bothius* ut tute ω uirtute *Fruterius, Junius* poteretur *Bothius* potiretur ω

VI

Num páriter uideor pátriis uesci praémiis?

Non. 416, 7 'uesci etiam significat uti ... Accius Armorum iudicio ... idem Fenissis ...'

patriis *Bothius* patris ω praemiis *Aldina* praemis ω

VII

'Egredere exi ecfér te, elimina úrbe! . . . . .

Non. 292, 19 'eliminare est exire ...' Haec Ciceroni in Cat. I 5 in mente fuisse putat Langius Vind. p. 34. Eteoclis sunt apud Euripidem v. 593: *καὶ σὺ τῶνδ' ἔξω κομίζου τειχέων, ἢ κατθανεῖ.*

ecfecte $G^1$ effecte *B* effer te ex urbe, elimina *Scaliger* (ab urbe elimina *Fruterius*)

VIII

Delúbra caelitum, árae, sanctitúdines!

Non. 174, 1 'sanctitudo pro sanctitas. Accius Tereo ... idem Foenissis ...' Polynices apud Euripidem v. 631 *καὶ σύ, Φοῖβ' ἄναξ ἀγυιεῦ, καὶ μέλαθρα χαίρετε, Ἥλικές θ' οὑμοὶ θεῶν τε δεξίμηλ' ἀγάλματα.*

arae *Lipsius* aris ω aras *Bergkius coni. Eur.* 367

IX

Incúsant ultro, a fórtuna opibusque ómnibus
Desértum abiectum afflíctum exanimum expéctorant.

Non. 16, 1 'expectorare est extra pectus eicere.' Tiresias Euripidis v. 874 *οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ Οὔτ' ἔξοδον διδόντες ἄνδρα δυστυχῆ Ἐξηγρίωσαν.*

1 incursant *Fruterius* 2 exanimum *N. Faber* ex animo ω

X

'Ab dracontis stírpe armata exórtus genere antíquior

Non. 426, 1 'antiquior, melior ... Accius Fenissarum ...' Item Tiresias Euripidis v. 942—948 *σὺ δ' ἐνθάδ' ἡμῖν λοιπὸς εἶ σπαρτῶν γένους Ἀκέραιος κ. τ. λ.*

armata *Gulielmius* amata ω exortus *Fruterius et Scaliger* exoratus ω

XI

Obít nunc uestra moénia, omnis saúcios
Conuísit, ut curéntur diligéntius.

Non. 398, 2 'saucii dicuntur proprie uulnerati, non maesti, sicuti uult consuetudo.' Longius absunt quae apud Euripidem v. 1473 sqq. nuntius narrat.

1 obit *Mercerus* ubi ω obii *Bergkius* obi *ci.* *x* uestra] *vel* nostra *vel* uasta *scribendum videtur* 2 conuisi ut curarentur *Bergkius* conuisito ut (*vel* conuise uti) curentur *coni.* *x*

XII

Iussít proficisci exílium quouis géntium,
Ne scélere tuo Thebáni uastescánt agri.

Non. 185, 6 'uastescant significat inhorrescant uel deserantur.' Creon apud Euripidem v. 1590 *σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας οὐ μήποτε Σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος εὖ πράξειν πόλιν· Ἀλλ' ἐκκομίζου.*

XIII

. . quae ego cuncta ésse fluxa in meá re crepera cómperi.

Non. 13, 20 'crepera res proprie dicitur dubia ...'

cunctam *E*[1] cuncta tam *Bue* (iam *praeferrem*)

THEBAIS

Non diversam fuisse hanc fabulam a Phoenissis Welckerus sensit.

Qui ubi ád Dircaeum fóntem adueniunt, múndule
Nitidántur iugulos quádripedantum sónipedum.

Non. 144, 17 'nitidant, abluunt, dictum a nitore ...'

1 qui ubi ad *Bothius* quin id ω Dircaeum fontem *Vossius* circaeo (circo *EF*[3]*H*[1]) fonte ω Dircaeo fonte *Delrio* de Dircaeo fonte *Fruterius* adueniunt *W* aduenient φ mundule *Vossius* mundulae ω ungulae *Onions* 2 iugulos *aut* iugula *conieci* uulgo ω unglae (*vel* bigae) *Bue* ungulae *Onions* uulgum *x* quadripedantum *Mercerus* quapripedantur (pripedantur *F*[1]*L*) ω
quin e Dircaeo fonte aduenientum ungulae | n. uulgo q. s. *Bue* soni, *om.* pedum, *FL*

PROMETHEVS Vide p. 215

## STASIASTAE vel TROPAEVM LIBERI

I

Córporare abs térgo es ausus

Non. 20, 25 'corporare est interficere, et quasi corpus solum sine anima relinquere ... Accius Stasiastis uel Tropeo lib. I ...' (Liberi Scriverius)

torporare *Bergkius*

II

Túm subinde léui dolore hoc ánima corpus líquerit

Non. 335, 1 'liquerit significat et reliquerit. Accius Stasiastis ...'

subinde *scripsi* subidae (subide *B*) *BGH* sibidae *Par.* subidae de $H^2LW$ leui *conieci* loi ω dolore *Junius* de (dae *B*) lore (loṛe *G*) ω tum si crudeli dolore *Bue*

III

Vulnére taetro defórmatum,
Suo síbi lautum sanguíne tepido

Non. 337, 15 'lautum etiam inquinatum uel maculatum .. Accius Stasiasti uel Tropeo ...'

1 *sq. Anapaestos agnovit Vossius* 2 suo sibi *om. A* suci sibi *B* tepo *A*

IV

Nón uides quam túrbam, quantos bélli fluctus cóncites?

Non: 524, 25 'turbam et turbas diuersam uolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. Nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam. Accius Athamante ... idem Stasiastris uel Tropeo ...'

quantos belli *x* quantos uel ω quosue *Mercerus*

## TELEPHVS

TELEPHVS (forma TELOFVS fr. IX et XI cum similibus comparanda, de quibus disseruit Fleckeisenus annall. philoll. 1866 p. 3 sqq.)

I

Quantám Tyndareo gnáta et Menelaí domus
Molem éxcitarit bélli pastorque 'Ilius.

Priscianus de metris Ter. p. 1325 P. (CGL. III 424 K.) 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi .... Accius ... idem in Telepho ...'

1 ec Menelai domo *x*: *cf. coroll. com.* CXXVIII 2 Ilius *Putschius* illius *ω*

II

Iam iám stupido Thessála somno
Pectóra languentque senéntque.

Priscianus p. 887 P. 'seneo inuenitur in usu.'

III

quém ego ubi aspexí, uirum memorábilem
'Intui uidérer, ni uestítus taeter, uástitudo,
Maéstitudo praédicarent hóminem esse .....

Non. 136, 21 'maestitudo pro maestitia.'

1 uirum *Vrbin.* 307 uir *φ* uenerabilem *coni. Bue* 2 taeter ni uestitus *x* 2 *sq.* mestitudo uastitudo *ω* 3 *in fine addendum e. c.* obscurissimum *Ceterum magis placerent velut haec*: quém ego ubi aspexi, íntui memorábilem Virúm uiderer, ni uestitus, uultus taetra uastitas Et maéstitudo p. h. e.

IV

Nam étsi opertus squálitate est lúctuque horrificábili

Non. 226, 3 'squalor ... feminini Accius Eurysace ... idem Telefo ...'

horrificabili *Vossius* horrificali *ω*

V

Proféctо hauquaquam est órtus mediocrí satu.

Non. 174, 13 'satu positum pro semine. Accius Pelopidis ... idem Telefo ...'

auim quamquam *FHL*, *in quibus recte visa est Fleckeiseno scriptura* hauquaquam *latere* haudquaquam *φ* mediocrist ortus satu *Luchsius* (*cf. coroll. com.* CXXVIII)

VI

. . nam si a me régnum Fortuna átque opes
Erípere quiuit, át uirtutem néc quiit.

Macrobius Sat. VI 1, 57 'Vergilius: nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, uanum etiam mendacemque improba finget. Accius in Telepho . . .'

2 nec quiit *scripsi* (*cf. coroll.* LXI) nequiuit *Salisb.* nequit *Par. Med. a b c* nequiit *vulgo* non quiit *Stephaniana* noenu quit *Bergkius*

VII

Nam huius démum miseret, cuíus nobilitas míserias
Nobílitat.

Non. 352, 8 'unde et nobilitarent, notificarent dictum est . . .'

1 nam *Bentinus* na ω, *om. Montisp.* huius *scripsi* his (*i. e.* huis) *G L W* is φ miseret *scripsi* miserer ψ miser est *A B*

VIII

Proínde istaec tua aufér terricula atque ánimum iratum
cónprime.

Non. 227, 31 'terriculae . . . neutri Accius Epinausimache . . . idem Telefo . . .'

istaec *Bothius* ista haec ω tu *x*

IX

Pró certo arbitrábor sortis óracla adytus aúgura?

Non. 488, 2 'augura pro auguria.' (Telofo W)

adytus, *i. e.* ἀδύτους ω (*nisi quod* aditus *W*) aditus *Bergkius*

X

Qui néque cuiatis ésset, umquam pótuimus
Multa érogitantes scíscere

Non. 426, 24 'inter cuius et cuiatis haec est differentia: cuius ad personam refertur hominis, cuiatis unde significat.'

2 erogitantes sciscere *Mercerus* ergitantes isciscere (disciscere *H*[2]) ω

XI

Stúdiumque iteris réprime.

Non. 485, 8 'iteris positum pro itineris ... Accius Oenomao ... idem Telefo ...' (Telofo W)

XII

Nunc tu ín re crepera tuá quid capias cónsili,
Vide.

Non. 13, 18 'crepera res proprie dicitur dubia ... Accius Foenissis ... idem Telefo ...'

1 consilii *ω* consili capias *Bothius, ut septenarius fieret, quem secutus* núnc tute *initio v. scripsit x* uide quid capias consili, *om.* tua, *Luchsius*

XIII

. . . remísque nixi próperiter nauem ín fugam
Tránsdunt subter sáxa ad laeuam, quá mons mollibát mare.

Non. 155, 8 'properatim et properiter, celeriter, properanter .... Accius Telefo: remisque ... tradunt.' Idem 307, 25 'fuga item dicitur nauigatio. Accius Telefo: remisque ... transeuntur.' Idem 347, 15 'molle, placidum. Accius Telefo: nixi ... mare.'

1 nisi *B G H p.* 307 periter (pariter *B*) *ω p.* 347 2 transdunt *ms. Cuiac. p.* 155 trandunt *L p.* 347 transeuntur *ω p.* 307 traducunt *B p.* 347 tradunt *φ* trudunt *Scaliger* ad laeuam *Aldina* ad leua *ω* adcliua *Bue* qua *ed. a.* 1476 quam *ω*

XIV

. . . . aere átque ferro féruere,
Insígnibus florére

Non. 503, 20 'ab eo quod est feruit, breuiato accentu feruere facit, ut spernit spernere ....'

1 aere *Ba H* rere *φ* feruere *Bentinus* feruet *ω* 2 igni insignibus *ω* florere: *cf. Vahlen relat. acad. Berol.* 1896 *p.* 720 flore *W* et signis florere insignibus *continuo octonario x*

XV

Fluctí cruoris uóluerentur Mýsii

Non. 488, 11 'flucti pro fluctus.'

uoluerentur *Ba L* uoluerunt *φ* Mysii *Bue* mihi *ω*

Inserendi fortasse anapaesti inc. inc. fab. XVIII.

## TEREVS

TEREVS primum acta a. 651, si accurate Cicero Phil. I 15, 36 loquitur; repetita Nonis Iuliis a. 710 ludis Apollinaribus: Cicero ep. ad Atticum XVI 2. 5. 1. 4 (cf. XV 12. 18 Phil. II 13, 31 I 15, 36 X 4, 8). Cf. quaest. scen. p. 326 sq.

I

Atque íd ego semper síc mecum agito et cómparo,
Quo pácto magnam mólem minuam . . .

Non. 256, 19 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt ... Accius Eurysace ... idem in Tereo ...'

1 sic mecum *Vossius* mecum sic *ω* mecum si *coni. Bue* 2 magnam molem minuam *ed. pr.* magnam olem (olem magnam *G*) nimiam *ω*, *nisi quod* minuam *in Vatic.* 2916 *extat. Explet versum Bothius addito* miseriae

II

Tereús indomito móre atque animo bárbaro
Conspéxit ut eam, amóre uecors flámmeo,
Depósitus facinus péssimum ex deméntia
Confíngit.

Non. 279, 22 'deponere est desperare, unde et depositi desperati dicuntur ...'

2 ut eam *x* in eam *ω* hinc *Bue* flammeo *Junius* flammeos *ω*

III

. . ⟨o⟩ suauem línguae sonitum! o dúlcitas
Conspírantum animae!

Non. 96, 25 'dulcitas, dulcitudo pro dulcedo.'

1 o *Junius, om. ω* 2 conspirantum *Bothius* conspiratum *H*[2]*W* conspiritum *φ* conspiratu *Onions* cum spirat *Bue* animarum *Bothius*

IV

Deúm Cadmogena nátum Semela adfáre et famulantér pete.

Non. 111, 27 'famulanter pro suppliciter.' Idem 463, 24 'adfari non solum respondere uel fabulari, sed etiam rogare positum.'

Cadmigena natum Semela *Vossius* Cadmo generatum semel ω *p.* 463 Catmoue natum Semela ω *p.* 111 et] ef *W p.* 463 famularent perpetuere ω *p.* 463, *nisi quod* perpeture *Ba*

V

Fámae iam nobílitas late ex stírpe praeclara éuagat.

Non. 467, 28 'uagas pro uagaris ...'

famae *Grotius* famam ω iam *vel* enim *conieci* nam ω famam: nam *Bue* late *Grotius* lata ω tirpe *W*

VI

nóuus nouo † dabunt
'Aduena animo audáci in medium próripit sesé ferox.

Non. 425, 23 'ferus et ferox hanc habent distantiam: ferus est saeuus, ferox fortis.'

noua *H*[1] dabunt *nondum sanatum* (periculo *sententiae sufficiat*, auunculo *olim scripsi: cf. coroll.* LXI *sq.*) modo *Bue*

VII

'Alia hic sanctitúdo est, aliud nómen et numén Iouis

Non. 173, 26 'sanctitudo pro sanctitas.'

nomen et numen *Aldina* (*cf.* 692) nomen et nomen ω

VIII

Video égo te, mulier, móre multarum útier,
Vt uím contendas tuam ád maiestatém uiri.

Non. 259, 7 'contendere significat comparare ...' Idem 519, 6 'ueterum memorabilis scientia paucorum numerum pro bonis ponebat, multos contra malos appellabant ...'

1 more *om. BGHW p.* 259 mora *W p.* 519 2 uim ω *p.* 519 cum ω *p.* 259, *nisi quod om. Basil.* ad *om.* ω *p.* 259 uiris ω *p.* 259

IX

Set nísi clamaris régem, auferre púerum ab regina
óccupo.

Non. 355, 11 'occupare est proprie praeuenire ... Accius Eurysace ... idem Pereo ...' (Tereo Junius)

1 clamaris *Bothius*, *cui iambicus septenarius debetur* clamoris *ψ* clam *BGH*¹ auferre puerum ab regina occupo *Bothius* auferre (aut ferre *L*) ab regina occupo (occupabo *B*) puerum *ω* sed nisi clam regem auf. ab regina o. | puerum *Bentleius*

Dubito, num Accio tribuam inc. inc. fab. CXLI.

THEBAIS Vide p. 247

TROADES Vide p. 229

EX INCERTIS FABVLIS

I

Múlti iniqui atque ínfideles régno, pauci béniuoli.

Cicero de off. III 21, 84 'possunt enim cuiquam esse utiles angores, sollicitudines, diurni et nocturni metus, uita insidiarum periculorumque plenissima? Multi' e. q. s. 'inquit Accius. at cui regno? quod a Tantalo et Pelope proditum iure obtinebatur.' Atrei aut Pelopidarum aut conlatis ex Aeschyli Agam. 807 sqq. Clutemestrae reliquiis addenda sunt.

beneuoli *Stuerenburgius* beniuoli sunt *Bern. c* boni sunt *φ* sunt boni *Lambinus*

II

fúlguri praeféruido
'Ardor iniectús Iunonis déxtera ingenti íncidit.

Servius Dan. in Aen. I 42 'de Iunonis fulmine Accius ait ...'

1 fulguri praeferuido *scripsi* praeferuido fulgore *Servius* fulguris *notionem flagitari Buc quoque vidit, qui* praeferuidoque fulgure *coniecit* 2 dextera *Buc* dextra *ω* e dextra *scribebam*

III

Iouis Dárdanum progénuit, Troum Dárdanus, 653[1]
Troúsque Assaracum et 'Ilum et Catamitúm [creat],
Capis éx Assaraco . . . . . . .
⟨Aluménto ex Ilo⟩ sátus qui statuit Pérgamum,
Aluménto Priamum, Cápis autem Ancisem édidit.

Schol. Bernensia ad Verg. ge. I 502 'Accius docet: Iuppiter Dardanum genuit, Dardanus Troum, Trous Assaracum et Ilium Ganymedemque; Capis ex Assaraco satus qui statuit Pergamum, Laomedon Priamum et Anchisem edidit.' Eadem ad verbum fere schol. Leid., nisi quod hic Ilum et qui Pergamum construxit et Anchisen legitur. Cf. hist. trag. 408 et Probus ad ge. III 34.

1 *sqq. Senariorum speciem quae verbis* Capis ... Pergamum *exhibetur primus agnovit H. Hagen. Non* Ganymedem *et* Laomedon, *sed* Catamitum *et* Alumento *Accium dixisse monuerat Ritschelius. De singulis praeter ea, quae supra protuli, testanda haec sunt. Excidisse Laomedontis ex Ilo ortum et illum, non Capyn conditorem Pergami dicendum fuisse perspexit Hagenus, a quo eo tantum dissentio, quod mancum versiculum tertio, non ut ille quarto loco posui* 5 Capus autem Anchisem *Ritschelius* ancissem *Bern. B* Agcisem *Accius scripsit*

IV

. . cum uirgináli mundo clám patre

Festus p. 142 M. 'mundus etiam mulieris [ornatus dicitur, — — Accius: cum' e. q. s.

pater *cod.*

V

Videó sepulcra dúo duorum córporum. 655

V. VI Cicero Orat. 46, 156 'pleneque' (planeque vulgo) 'duorum uirorum iudicium aut trium uirorum capitalium aut decem uirorum stlitibus iudicandis dico numquam. Atqui dixit Accius [V] idemque [VI]. Quid uerum sit, intellego: sed alias ita loquor ut concessum est, ut hoc uel pro deum dico uel pro deorum: alias ut necesse est, cum trium uirum, non uirorum: cum sestertium nummum, non nummorum: quod in his consuetudo uaria non est.' Cf. Verr. V 36, 94. Cum inc. inc. fab. v. 127 sq. coniungi vult Bergkius.

dua *Flor. Ottob.: cf. Quintilianus I* 5, 15

VI

. . . . . múlier una duom uirum

VII

Quinám Tantalidarum ínternecioní modus
Parétur? aut quaenam úmquam ob mortem Mýrtili
Poenís luendis dábitur satias súpplici?

Cicero de nat. deor. III 38, 90 'o miram aequitatem deorum! ferretne ciuitas ulla latorem istius modi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset? Quinam' e. q. s. Charisius p. 70 P. 'praepositiuum quis, subiunctiuum qui, quod tamen auctores non obseruauerunt, ut Accius dicens [1] et Vergilius ...'

2 paretur] sit *Charisius*, sic *ad Vergilii exemplum* ('sic et Verg.') *trahit x*

VIII

Hinc cólomen alte géminis aptum córnibus

Non. p. 235, 1 'aptum rursum conexum et colligatum significat ... Accius demer hinc' e. q. s. (Accius ... idem Erigona Kiesslingius: cf. hist. trag. 474)

hinc *fortasse delendum* (*vide supra*), *aut* in *substituendum* alte *scripsi*, *Parnassum intellegens.* ale *ψ* ala *GH* alae *Turnebus* aether in quo lumen alte g. a. c. (*luna scil.*) *Bue*

IX

Nám neque pretio néque amicitia néque ui impelli néque prece
Quítus sum.

Diomedes p. 380 P. 'Accius quitus sum ponit pro quiui hoc modo [IX]. Idem alibi eodem modo: unde omnia perdisci ac percipi queuntur.' Qui sunt Sotadei ex Didascalicis, immerito olim tragoediae reliquiis inserti: cf. Lachmannus Kl. Schr. 72. Illa Epinausimachae tribui possunt, item fr. XI. XII. XIII.

1 nam, *om.* neque, *Par. AB Monac.* impellit *Par. AB m.* 1 inpellit *Monac.* (*an* impellei?)

XI

An haéc iam obliti súnt Phryges?

Rufinus de metris Terent. CGL. VI 556 K. 'Varro in VII: clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud Accium: an haec' e. q. s.

Bruges *Ritschelius*

XII

. . non cálida latice laútus . . . . .

Priscianus p. 658 P. 'sciendum tamen quod uetustissimi in multis, ut diximus, supra dictarum terminationum inueniuntur confudisse genera ... hic et haec ... latex Accius: non' e. q. s.

XIII

Achilles

'Immo enim uero córpus Priamo réddidi, Hectorem ábstuli.

Cicero Tusc. disp. I 44, 105 'melius Accius et aliquando sapiens Achilles: immo' e. q. s.

Hectora *Nieberdingius: cf. inc. fab. XXXVI inc. inc.* 61

XIV

Iam hanc úrbem ferro uástam faciet Péleus.

Festus p. 372 M. 'uastum — — Accius: iam' e. q. s. Paulus p. 373 M. 'uastum praemagnum, ponitur tamen et pro inani. Accius: hanc ... faciet.'

Peleus *trisyllabum x: cf. coroll.* LXII

XV

quadrurbem

Festus p. 258 M. 'quadrurbem Athenas Accius appellauit, quod scilicet ex IIII urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone Eleusine Piraeo Sunio.' Paulus p. 259 M. 'quatrurbem Athenas Accius appellauit' e. q. s.

quatrurbem *Paulus*

XVI

. . . . quórum genitor fértur esse ops géntibus

Priscianus p. 752 P. 'uetustissimi tamen etiam hic et

haec et hoc ops et cops pro opulentus et copiosus proferebant. Accius de Hercule dicens: quorum' e. q. s. 'pro: opem ferens et auxilium gentibus. sic Caper.' Ad Heraclidas hoc et sequens fr., item XV rettuli.

XVII

In mónte Oetaeo ⟨súnt⟩ inlatae lámpades.
* * *
. . . . . ín domum aeternám patris

Cicero de nat. deor. III 16, 41 'quomodo nunc quidem est, non uideo, quo pacto ille, cui in monte Oetaeo inlatae lampades fuerunt, ut ait Accius, in domum aeternam patris ex illo ardore peruenerit.'

1 moetaeo *Leid. A Erl. Pal. Vindob.* metaeo *Leid. B* (*an* in montem Oetaeum?) *Caesuram post* Oetaeo *suasit Bue*

XIX

Scindéns dolore idéntidem intonsám comam

Cicero Tusc. disp. III 26, 62 'ex hac opinione sunt illa uaria et detestabilia genera lugendi ... hinc ille Agamemno Homericus et idem Accianus: scindens' e. q. s. Conlato Homeri ex Iliade X v. 15 *πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας* Duentzerus Nyctegresiae restituit.

XX

Iamque aúroram rutiláre procul
Cerno

Varro de l. l. VII 83 M. 'apud Accium: iamque' e. q. s. 'aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igni solis tum aureo aër aurescit. Quod addit rutilare, est ab eodem colore; aurei enim rutili, et inde etiam mulieres ualde rufae rutilae dictae.' Comparavit Vaterus chori in Rheso v. 535: *ἀὼς δὴ πέλας ἀὼς Γίγνεται κ. τ. λ.*

XXI

Vnde éstis, nautae, huc híeme delati? . . .

Servius Dan. in Aen. I 122 'hiems duas res significat, aut tempus aut uim uenti, per quam oritur tempestas ...' Apte compares ex Sophoclis Philocteta v. 220 *τίνες ποτ' ἐς γῆν τήνδε ναυτίλῳ πλάτῃ Κατέσχετ' οὔτ' εὔορμον οὔτ' οἰκουμένην;*

XXII

Peruáde polum, splendída mundi
Sidéra binis contínuis sex
Pictí spoliis.

Varro de l. l. VII 14 M. 'quod est apud Accium: peruade' e. q. s. 'polus Graecum, id significat circum caeli; quare quod est peruade polum, ualet: uade περὶ πόλον.' ('per polum' Lachmannus Lucr. 43) 'Signa dicuntur eadem et sidera: signa quod aliquid significent, ut libra aequinoctium; sidera quasi' (quae si libri plerique quae Par. b) 'insidunt.' Prometheum haec canere potuisse monui, et de eodem valet sequens fr.

2 binis *Popma* bigis ω (*cf. coroll.* LXII) 2 *sq.* continuis sex Picti spoliis *scripsi* continui se cepit spoliis *Flor.* continuis sex apti signis *Scaliger* continuis sex Addita signis *O. Muellerus* cont. s. saepti sp. *olim edideram. Cf. Varronis sat. fr.* 92 *B.*; *Seneca Thy. v.* 836

XXIII

. múlta inuenta expértaque ex hoc súnt bona.

Priscianus p. 793 P. 'experta passiue.'

*Praeire* quam *vel* tam *vel* nam *poterat* inuenta multa *Bothius*

XXIV

Repúdio eiecta ab 'Argis iam dudum éxsulo.

Festus p. 281 M. 'repudium Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam.' Ad Ionis fabulam rettuli.

XXV

Nullum ést ingenium tántum neque cor tám ferum,
Quod nón labascat língua, mitiscát malo.

Non. 473, 6 'labascor pro labor.' Posse de Prometheo intellegi monui.

1 nullum *Ba H L* non nullum φ tantum *L e corr.* tam atrum *x* tam altum *proposui* 2 lingua] longo ac *Onions* labascat *Scriverius* labescat *Ba* labascatur φ

XXVI

685 Néque ui tanta quísquam est neque tam abúndans fortunís, ferox

Non. 305, 6 'ferox sum illa re dicitur ...'

XXVII

Pars fréna tensae atque óri equorum accómmodant.

Non. 206, 12 'frenos ... neutro ... Accius ...'

pars *Mercerus* pari ψ pary *W* tensae atque ori *scripsi* tesauri (thesauri *HL*²) ω tersa ori *Mercerus* texta auro ori *Bothius*

XXVIII

. . . . . . . . . mýstica ad dextrám uada
Praéteruecti

Varro de l. l. VII 19 M. 'Acci mystica' e. q. s. 'mystica a mysteriis, quae ibi in propinquis locis nobilia fiunt.' Possunt haec in Philocteta locum habuisse.

1 mistica *Flor.* *Verba ipsa Sapphicum paene sonant*

XXIX

. . . . . récte perfectís sacris

Varro de l. l. VII 88 M. 'quod enim fit rite, id ratum ac rectum est; ab eo Accius r. p. s. uolt accipi ⟨rite⟩.' Sic Spengelius, postquam 'uolt accipi' Varroni reddidit Rothius.

rite *Scaliger* (*cf. corolt.* LXII)

XXX

691 multís nomen
Vestrúm numenque ciéndo

Varro de l. l. VII 85 M. 'apud Accium: multis' e. q. s. 'numen dicunt esse imperium. s ... itaque in Ioue hoc et Homerus et Accius' ('alius' libri) 'aliquotiens.' Cf. v. 646.

1 *sq. Anapaestos agnovit Scaliger* 2 numeri *Flor.*

XXXI

Cítius Orión pallescit . . . . . . . .

Varro de l. l. VII 50 M. 'iugula signum quod Accius appellat Oriona, cum ait: c. O. p.' Inde glossam CGl. II 93 G.: 'iugula, *ἄστρον ὠρίωνος, δράττιος ὥς φησι*' Scaliger ita correxit: '— *ὁ ἄττιος ὥς φησι*' (*ὡς φησὶ βάρρων* Leid. Scal. mg.)

pallescit *Bue* patescit *Haun.* patefit *Flor.* (*cf. coroll. trag.* LXII *com.* CXXVIII)

XXXII

fállaciloquae málitiae

Cicero de fin. IV 25, 68 'ex ea difficultate illae fallaciloquae, ut ait Accius, malitiae natae sunt.' Non. p. 113, 14 'fallaciloquentiae. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. III: quae diligentissime contra Aristonem dicuntur a Chrysippo. ex ea difficultate illae fallaciloquentiae.'

fallaciloquae *Manutius* fallaciloquelae *Cic. ex.* fallaciloquentiae *Nonius. Falsum memoria Ciceronem significare inc. inc. fab.* 114 *Madvicus suspicatur*

XXXIII

⟨Si⟩ ríte ad pa⟨triam sóspes rediis⟩sét ⟨suam⟩

Festus p. 301 M. 'sos[pes — — — — — — Acc[ius .........]rite ad pa.................set. Ennius' e. q. s. Capere lacunam accius in minoe monui hist. trag. p. 567.

si rite ad patriam sospes peruenisset *Vrsinus* si rite ad patriam rediisset *Bothius*

XXXIV

resíduos, somn⟨o déditos⟩

Festus p. 281 M. '[reses et residuus — —] residet Accius ............. residuos, ssūī[................ Afranius]

somno deditos *Vrsinus* sūn *ante lacunam cod.*

XXXV apud Varronem de l. l. VI 80 M. ut a tragoedia certe alienum exclusi.

XXXVI

Hectora

Varro de l. l. X 70 M. 'Accius haec in tragoediis largius a prisca consuetudine mouere coepit et ad formas Graecas uerborum magis reuocare, a quo Valerius ait: Accius Hectorem nolet facere, Hectora malet.'

XXXVII

termen

Varro de l. l. V 21 M. 'terra dicta ab eo, ut Aelius scribit, quod teritur ... hinc fines agrorum termini, quod eae partis propter limitare iter maxime teruntur: itaque hoc cum I in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium non terminus, sed termen.' Emendavit L. Spengelius: hoccum is in Latio Flor. idem terimen coniecit.

XXXVIII

inimicitiam

Charisius p. 75 P. 'inimicitiae et insidiae pluraliter dici debent, sed Sallustius de insidiis prima inquit, et Accius inimicitiam dicit.'

XXXIX

aluus (*masculine*)

Charisius p. 61 P. 'aluum Vergilius feminino genere saepe dixit, sed masculine Caluus ... et Heluius Cinna ... et Laberius et Accius frequenter, quod magis usus celebrauit.' Cf. Caper CGL. VII p. 107, 12.

XLI

(hic) Iouis

Excerpta ex anon. gramm. in A. Mai auct. class. V 151 'legimus in Capro hic Iouis. etiam Naeuius Attius Pacuuius, omnes isti utuntur hoc exemplo.'

XLII

status

Non. 226, 24 'statura generis feminini. Lucilius lib. XXVIII: quare pro facie, pro statura Acciu' status.' Cf. coroll. LXII sq. com. CXXIX.

Mutilum et dubium exemplum apud Festum p. 359 v. tammodo extat, de quo cf. coroll. com. CXXIX; alterum quod

ibidem legitur p. 313 v. struere (cf. coroll. LXIII) nunc comicis reddere malui. Quam olim numero XL signavi glossa (CGl. V 234 G.) Lucilii est (cf. Loewe Prodr. VII).

## POMPILIVS

Heu quá me causa, Fórtuna, infesté premis?

Varro de l. l. VII 93 'apud Plautum euax . . . ut apud Ennium hehae . . . apud Ennium eheu . . . apud Pompilium heu' e. q. s. Tragicum poetam esse evincit epigramma in Varronis satura ὄνος λύρας insertum (fr. 356 B.)

Pacui discipulus dicor, porro is fuit Enni,
Enniu' Musarum: Pompilius clueor.

Satirarum poetam fuisse perversa ratione statuit Havet.

## C. IVLIVS CAESAR STRABO

(cf. Asconius in Ciceronis Scaurianam p. 24 Or.)

### ADRASTVS

Cum cápita uiridi laúro uelare ímperant
Prophétae sancti, cáste qui puránt sacra.

Festus p. 229 M. 'prophetas in Adrasto Iulius nominat antistites fanorum oraculorumque interpretes: cum capita' e. q. s.

2 sancta ita caste *cod.* *in quibus* sancti *latere monuit Kiesslingius.* sancte casta *Bergkius* sancta caste *Delrio* sancta ibi caste *O. Muellerus.* *An* casta caste? curant *Bergkius, fortasse recte*

### TEVTHRAS

Flámmeam per aéthram late féruidam ferrí facem

Macrobius Sat. VI 4, 19 'et quod dixit: nec lucidus aethra Siderea polus, Ennius prior dixerat . . . . et Iulius Teuthrante . . .' (Iulius edd. illius Salisb. ilius ceteri libri teutrante Par.)

late *Scriverius* alte ω per aethera alte *Scriverius*: *saltem* aetheram *scripsisset*

### TECMESA

Marius Victorinus CGL. VI 8 K. 'iuxta autem non ponebant cm: inde nec Alcmenam dicebant nec Tecme-

sam, sed Alcumenam ⟨et Tecumesam⟩; inde Alcumeo et Alcumena ⟨et Tecumesa⟩ tragoediae' (cf. coroll. LXIII); 'donec Iulius Caesar, qui Vopiscus et Strabo et Sesquiculus dictus est, primus Tecmesam inscripsit tragoediam suam et ⟨ita⟩ in scaena pronuntiari iussit.'

### INCERTI LOCI

. . corpusque suáui telino únguimus.

Isidorus orig. IV 12, 7 'unguenta autem quedam dicuntur a locis, ut telinum, cuius Iulius Caesar meminit dicens: corpusque s. t. u. hoc conficiebatur in insula Telo, quae est una ex Cycladibus.' Iulio Caesari Straboni vindicavit Grialius, in memoriam revocavit Bue arch. Woelfflini I 113.

telini unguine *prop. Grialius, ut integer fieret senarius*

## SANTRA

### NVPTIAE BACCHI

I

ita oppletúm sono
Furénter omni a párte bacchatúr nemus.

Non. 78, 28 'nam et quidquid uehementius conmouetur, bacchari uoluerunt. Santra Nuptiis Bacchi . . .' (nuptiis Vrbin. 307 nuntiis ceteri libri Bacchis libri Bacchiis Gulielmius)

1 oppletum *Gulielmius* obsoletum ω 2 ferenter *L* omni a] ab omni ω furente ab omni *Bue* furentum ab omni *Bergkius* nemus $F^3$, *Aldina* nemes (mens at nemes *Vrbin.*) φ

II

. . . ex templo éxcita euadít pia
Genetríx et omnis uócis expergít sono.

Non. 104, 17 'expergo pro expergefacio . . . Santra Nuntiis Bacchis . . .'

1 exemplo $H^2LW$ excita *Pontanus* excit ω exit *Aldina* pia *Gulielmius* qua ω quies *olim conieceram*

# L. VARIVS RVFVS

## THVESTA

Atreus
iám fero infandíssima,
Iam fácere cogor.

Schol. Paris. diligentius quam antea descriptum a Th. Mommseno ephem. Marburg. 1845 p. 84: 'Incipit Thvesta Varii. Lucius Varius cognomento Rufus Thyesten tragoediam' e. q. s. Vide quaestt. scaen. meas olim adnexas p. 347. Acta est a. 725 ludis triumphalibus Sextili mense. Quintilianus III 8, 45 'neque enim quisquam est tam malus ut uideri uelit. sic Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem scelestissimam non malitia, sed indignatione uideatur audere: sic Atreus apud Varium iam fero, inquit, infandissima' e. q. s.

## EX INCERTIS FABVLIS

I

primum huic
Neruís septem est inténta fides
Variíque apti uocúm moduli
*
Ad quós mundi resonát canor in
Vestígia se sua uóluentis.

Marius Victorinus CGL. VI 60 K. 'concentum mundi cursumque imitans chorus canebat ... de qua re Varius sic tradidit ...'

3 apti *Schneidewinus* addita *Pal. Par.* additi *ed. pr.* dati *Bothius* moduli *Bothius* modi ω. *Propter hiatum post hunc v. lacunam statui, in qua motus chori memorari poterant (cf. coroll.* LXIII *sq.*) uariique modi uocum . . *vel* uariique adii uocum motus *Bue* 4 tenor *ed. pr.* 4 *sq.* sua se uoluentis in uestigia ω, *correxit Bue.* in Sua se uestigia uoluentis *Schneidewinus*

II

et fróndosam

Semíputatam queritúr uitem.

Philargyrius in Verg. Ecl. 2, 70 'frondosa uitis est, de qua si quis biberit, insanit. sic Varus et frondosam, inquit' e. q. s. (Varius Weichertus)

# GRACCHVS

## ATALANTA

O gráta cardo, régium egressum índicans!

Priscianus p. 683 P. 'hic cardo, cardinis. quidam tamen ueterum etiam feminino genere hoc protulerunt. Gracchus in Atalanta ...'

## PELIADES

Sonat ínpulsu regía cardo.

Non. 202, 20 'cardo ... feminino Graius in Peliadibus ...' (graus Harl. caius Vrbin. 307 Gracchus Scriverius)

inpulsu *Delrio* inpulsa ω *Monometra praefert* x

## THYESTES

Mersít sequentis úmidum plantás humum.

Priscianus p. 719 P. 'humus humi. hoc etiam neutrum in um desinens inuenitur apud ueteres ... Laeuius in Adone: humum humidum pedibus fodit. Gracchus in Thyeste: mersit' e. q. s. (pedibus ... umidum om. Reg. a m. pr. graccus Reg. m. alt. grac^c^us Halb. grachus fr. Amienense gratus Bamb. Bern. Grut. Sang. Karolir.)

plantas *Bentleius* plantis ω

## EX INCERTA FABVLA

Púrpuram et diadéma

De dubiis nominibus CGL. V 577 K. 'diadema generis neutri, ut Gracchus ...' (Gracus libri). Vtrum poeta an orator sit incertum.

purpuram *Hauptius* purpura ω

# P. OVIDIVS NASO

## MEDEA

I

Medea

Seruáre potui: pérdere an possím, rogas?

Quintilianus VIII 5, 6 (de figuris sententiarum) 'et translatione a communi ad proprium. nam cum sit rectum: nocere facile est, prodesse difficile: uehementius apud Ouidium Medea dicit . . .'

possis *Monac. Bamb. m.* 2

II

Feror húc illuc, uae, pléna deo.

Seneca Suasor. 3, 7 M. 'hoc autem' (plena deo) 'dicebat Gallio Nasoni suo ualde placuisse: itaque fecisse illum quod in multis aliis uersibus Vergilii fecerat, non subripiendi causa, sed palam imitandi, hoc animo ut uellet agnosci: esse autem in tragoedia eius: feror' e. q. s.

uae *scripsi mus. Rhen.* XXX 627 ne *ω* ceu *Wissowa* ut *vulg* plane *Bruxell. m.* 1

# P. POMPONIVS SECVNDVS

Aeneam inter praetextas, Armorum iudicium inter Bononiensis Atellanas reposui.

## ATREVS

nunc te óbsecro,
Stírpem ut euoluás meorum ⟨mé⟩que notificés mihi.

Non. 144, 24 'notificem, notum faciam.' Singulare apud Nonium de tragico poeta Pomponio testimonium esse, cum ceteris locis omnibus Atellanarum scriptor laudetur, non fugit Bernh. Schmidtium; et posse Atreum quoque Atellanam fuisse monuit M. Hertzius: a quo tamen genere color huius frustuli

alienus est. Itaque ex Pomponii Atellana quadam verba, tum autem Accii nomen excidisse adseverat *x*

2 euolues *H*[1] meque *scripsi, idemque Buechelero placuit conl. Sen. Oed.* 27

## EX INCERTIS FABVLIS

I

Chorus

Rhoéteis procul á terris
* * *
Priamíque aras damnáte pias
* * *
'Obrue nos Danaósque simul.

Terentianus 1965 sqq. 'inserit haec aeque Pomponius in choricis sic [1], mox dispare uersu Subiecto [2] tunc [3] parilem dedit illi.' Marius Victorinus CGL. VI 121 K. 'nec minus hephthemimeres tome subdito sibi uersu trimetro catalectico . . . aptum tragicis choris metrum praestabit. uelut: multa quoque et bello passus, dehinc: fato profugus Lauinaque uenit. item [3] aras Priami damnate pias tunc. quo genere metri et Euripides in Oreste et Pomponius noster in ⟨choricis⟩ suis usi noscuntur.'

2 damnate *Victor. ed. pr.* damnato *Victorini Par.* damnare *Terentianus*

II

Chorus

Péndeat ex umerís dulcis chelys
'Et numeros edát uarios, quibus
'Adsonet omne uiréns late nemus,
'Et tortis erráns qui flexibus

Terentianus 2135 sqq. 'in tragicis iunxere choris hunc saepe diserti Annaeus Seneca et Pomponius ante Secundus. Tale dedit nobis Pomponius [1—4]. Reddo pedes binos, qui nunc desunt tetrametro: Rursus de mutilo redit integer: [1] apta choreis, [2] ecce propinquum [3] aruaque iuxta [4] effugit amnis.' Marius Victorinus CGL. VI 115 K. 'hi tetrametri tragicis choris a plerisque miscentur, et continuati nonnum-

quam choros explicant, ut apud Pomponium reperimus [1—3]. his quoque si ad extimum adicias binos pedes, integrum hexametrum de mutilo efficies' e. q. s. Augustinus de musica IV 31 'alia' (sc. metra) 'nec tota immobilia nec tota mobilia, ut est [1—4]. Vides hic enim ubique et spondeos et dactylos poni posse praeter ultimum pedem, quem metri auctor semper esse dactylum uoluit.'

III

omnes

Charisius p. 111 P. 'monteis; licet Pomponius Secundus poeta, ut refert Plinius, propter homonymum nominatiui accusatiuo casu omneis' (om$\overset{e}{s}$ cod.) 'non putet dici, sed omnes:' (omneis cod.) 'tamen idem Plinius in eodem permanet dicens, omnes tunc demum posse dici accusatiuo, ut canes, quando genetiuus pluralis ut' (om. cod., addidi) 'horum canum ante um i non habet.' Cf. quae p. 129, 19 K. ad 'fonteis' formam disseruntur. Vsum poetae, non frustulum exhiberi monui coroll. p. LXIV.

Praeterea vide inc. inc. fab. CXXIX.

# SCAEVVS MEMOR

Scindímus atras ueterí planctu,
Císséi, genas.

Sergii explan. in Donatum CGL. IV p. 537 K. 'patronomica feminini generis in is exeunt, ut Atreis Cisseis Dardanis. filia Atrei Atreis dicitur, filia [Cissei] Cisseis, id est Hecuba, Cissei filia, Priami regis uxor. Vergilius ... Scaeuus in tragoedia: scindimus ... genas, id est Hecuba' (haecaue Lavant.) 'filia Cissei.' (scae͡uus Lavant.) Scaeuum Memorem, de quo ipse cogitabam, M. Hertzius agnovit. Troades captivas canere adnotavit x: cf. Eurip. Hecuba 905 sqq. Senecae Troades 1235 sq.

*Anapaestos agnovit x* 1 atras *pulvere sc. infuso, luctu et inluvie diuturna squalidas*: atratas *in trim. iamb. initio olim conieceram* aspras *x* acri teneras *Bergkius*: *cf. coroll.* LXIV planctus, *corr. ex* palanctus *Lavant.* 2 Cissei *x* chisseis *Lavant.* Cisseis *Keilius*

# INCERTORVM POETARVM FABVLAE

## LAOMEDON

I[a]

Memória uoluenda átque fama

Schol. Veron. ad Verg. Aen. II 81 '— us in Laomedonte memora ... fama — et Pacuuius in Teucro' e. q. s.

memoria *temptavit Bue* memora *cod.*

## NELEI CARMEN

Nelei Carmen num tragoedia fuerit, admodum dubium: cf. hist. trag. 629 sqq.

I

. númquam numero mátri faciemús uolup

Festus p. 170 M. 'numero — — — item in Nelei: numquam' e. q. s. 'id est, numquam nimium faciemus. apud Naeuium' e. q. s.

enumquam *Fleckeisenus* nam numquam *conieceram* uolup *Vrsinus* uolui *cod.*

II

Foedé stupreque cástigor cotídie.

Festus p. 317 M. 'stuprum pro turpitudine antiquos dixisse apparet in Nelei carmine: foede' e. q. s. Paulus p. 316 M. 'stuprum pro turpitudine antiqui dixerunt, unde est in carmine: foede' e. q. s.

III

Toppér fortunae cómmutantur hóminibus.

Vidí, Neptunum Vírtutem Victóriam
Martém Bellonam, cómmemorare quaé bona
Vobís fecissent — e. q. s.

praeterea in Captivorum prologo v. 60 sqq. repudiata comoediae proelia, item in Ciceronis ad famil. VII 1, 2 epistula commemoratam peditatus et equitatus in aliqua pugna variam armaturam, denique triumphos Horatii aetate (epist. II 1, 189 sqq.) in scaena celebratos Ladevicus ad praetextatas fabulas rettulit.

# INDEX POETARVM

## Tragoediae



## Fabulae Praetextae

# INDEX FABVLARVM

## Tragoediarum

Praetextarum





# SCAENICAE ROMANORVM POESIS

# FRAGMENTA

TERTIIS CVRIS

RECOGNOVIT

**OTTO RIBBECK.**

---

## VOLVMEN II.

## COMICORVM FRAGMENTA.



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXXXVIII.

# COMICORVM ROMANORVM

PRAETER PLAVTVM

ET SYRI QVAE FERVNTVR SENTENTIAS

# FRAGMENTA

TERTIIS CVRIS

RECOGNOVIT

**OTTO RIBBECK.**



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXXXVIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

# PRAEFATIO

Adornandis comicorum poetarum, quos post anni intervallum tragicos sequi volui, reliquiis utilissimum accessit adiumentum liberalitate viri doctissimi W. Warner Oxoniensis, qui intercedente viro studiorum communione olim mihi coniuncto W. M. Lindsay defuncti amici sui J. M. Onions diligentia congestum apparatum criticum Nonianum transmisit. itaque quod codicum manu scriptorum ad libros Nonii IV—XX, quae ne ederet Onions Parcae manu prohibitus est, testimonia ad comicorum saltem poetarum frusta recognoscenda licuit adhibere, summas virorum illorum benivolentiae habeo et ago gratias. et quoniam hac in parte nondum vulgatis usus sum copiis, largiore manu librorum scripturas de nondum exhausto viri diligentissimi thesauro deprompsi quam ex inpressi voluminis penu communi usui iamiam exposito. nam plenam lectionum congeriem intra huius breviarii angustias coacervare non magis in animo erat quam vetus proecdoseos horreum redintegrare.

Itaque sigla codicum Nonianorum eadem fere quibus Onions usus est frequentius in hoc volumine apparent quam in priore. quorum indicem ne quis amplius desideret hic exponere volui. sunt autem haec:

*A* = Bernensis alter
*B* = Bernensis prior
*Ba* = Bambergensis
*C* = Colbertinus
*D* = Parisinus
*E* = Escurialensis
*F* = Florentinus
*G* = Genevensis

$H$ = Harleianus
$L$ = Leidensis
$M$ = Montispessulanus
$O$ = Oxoniensis
$P$ = Parisinus
$W$ = Wolfenbuttelanus
$X$ = Leidensis alter
$\delta$ = extracti quos Onions dicit codices ($BaCDMOX$).

Ceterum in recognoscendis poetarum scaenicorum Latinorum reliquiis nec mihi nec aliis me umquam satisfacturum esse non me fugit profecto. quamquam laudatam hodie a multis cautionem sive modestiam sive prudentiam, quae crucibus maxime figendis et cancellis sive saepiculis interponendis et litterarum formis obliquandis cernitur ne septuagenarius quidem adspiro, qui restituere ut posse videor lacera poetarum verba, non temporum hominumque iniuria effectas 'vastitates funerum' exponere proposui. nec fallentur profecto creduli, qui memoriae quam venerantur sanctam speciem infra religiose servatam ob oculos habent. ac feliciori quidem ingenio non nego mehercle largam emendationum meliorum messem relictam esse, ut Buecheleri mei sollertiae et doctrinae multa me in hoc quoque volumine egregie vel constituta vel restituta debere grato animo fateor. sed restant et restabunt semper et in verbis et in numeris excutiendis dubitationum nebulae, quae ne subtilissimarum quidem disputationum aculeis discuti ita possint, ut veritatis lux ipsa appareat. manebunt etiam semper qui quae grammaticae elementis non aperte oppugnent prudenter servanda esse clament, de rerum imagine et sermonum sensibus et personarum coloribus securi.

Itaque cruces suas sibi habento qui ultra librarios sapere non audent: admirarer libentius si cui cautorum istorum hominum vel unam crucem certa emendatione profligare contigisset.

Sed corollarium tertium contexere et disputare de singulis quaestionibus in animo non erat. corrigenda

pauca habeo: primum calami vel operae lapsum, quo vol. I p. VII anni numerus falsus 1878 legitur, qui est 1888; tum in Accii v. 37 seruitiis (non seruitas) habet L, v. 121 sit quod H[1] (non H[2]), 263 uti extat in cod., ut in proecdosi notaveram. denique Turpili fabula Epicleros inscribenda erat, non Epiclerus.

At auxit tragicorum reliquias eleganti sensu nuper L. Havet (Revue de philol. 1897 XXI p. 159). nam Cicero de harusp. resp. 39 Clodii exagitans flagitia cum haec protulerit: 'a dis quidem immortalibus quae potest homini maior esse poena furore atque dementia? nisi forte in tragoediis quos vulnere ac dolore corporis cruciari et consumi vides, graviores deorum immortalium iras subire quam illos, qui furentes inducuntur, putas. non sunt illi eiulatus et gemitus Philoctetae tam miseri, quamquam sunt acerbi, quam illa exultatio Athamantis et quam senium matricidarum. tu, cum furiales in contionibus voces mittis . . . . . tum baccharis, tum furis, tum das eas poenas, quae solae sunt hominum sceleri a dis immortalibus constitutae. nam corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se, denique ipsum corpus tenuissima de causa saepe conficitur. deorum tela in impiorum mentibus figuntur', haec ultima numeris sic comprehensa

Deórum tela in ímpiorum méntibus
Figúntur

tragoediae vindicavit Havetus. quamquam Athamanti Accii cur tribuantur nec in ipsis verbis causa ulla est nec in argumento fabulae illius, a quo insaniae momentum plane alienum fuisse videtur.

Ipsa scaena tragica repraesentatur in anaglypho Arausensi (Gazette archéol. XIII p. 66 tab. XII): altercatio nimirum inter Herculem et Martem, quorum huic adscriptus est senarius

Adésse ultorem náti me credás mei

illi mutilus

. . . virtus núsquam terrerí potest

adsidente in theologeio Iove inter Minervam et Victoriam. priori versui quae subscriptae extant TOR litteras si liceret ad supplendum a sinistra parte qui Herculi adpositus est adhibere, facile integrum fieret responsum:

Vltórem? virtus *e. q. s.*

Argumentum scaenae probabiliter divinavit Froehnerus Philol. Suppl. V 25. Occisi nimirum ab Hercule Cycni dum ultionem poscit Mars pater, litigantes fulmine misso dirimit Iuppiter (cf. scut. Herc. 327 sqq.). quae interpretatio cum quadret ad amussim, dolendum sane est, de Latina huius argumenti tragoedia vestigium alterum non extare. Aeschyleam quidem personam Cycnum teste Aristophane ran. 963 novimus, et veterem poetam Latinum arguunt spondei paribus sedibus admissi.

Omissas nescio an futuri sint qui querantur Syri quae feruntur sententias. sed hunc agrum novo conamine repastinandi causa nulla visa est. itaque laborem quem iuvenis umeris debilioribus inposui, tum viginti fere annis maturior factus iterum sustinui, iam pari spatio intermisso senex futuro saeculo, si his in quisquiliis operam consumere etiam iuvabit, laetus transmitto.

Dabam ultimo die anni MDCCCLXXXXVII.

# FABVLA PALLIATA

# LIVIVS ANDRONICVS

## GLADIOLVS

*Ἐγχειρίδιον* Menandri Philemonis Sophili contulit Duentzerus, idemque militi de hostium caede glorianti his responderi probabiliter coniecit.

Púlicesne an címices an pédes? respondé mihi.

Festus p. 210 M. 'pedes autem pro pediculis — Liuius in Gladiolo: pulicesne' e. q. s. Cf. plenum bestiolarum conventum in Curculione Plauti v. 500.

*Septenarium agnovit Fleckeisenus annall.* 1861 *p.* 576.

## LVDIVS

De fabulae nomine cf. Ritschelius opusc. III 320. Tituli similes *Γόητες* Aristomenis, *Πλάνος* Amphidis.

Córruit quasi íctus secena. — ⟨Sícine?⟩ — Hau multó secus.

Festus p. 330 M. 'scenam genus [fuisse ferri] manifestum est, sed utrum securis an dolabra sit ambigitur. quam Cincius in libro, qui est de uerbis priscis, dolabram ait esse pontificiam. Lyuius in Lydio: corruit' e. q. s. Cf. idem p. 318 'scena ab aliis, a quibusdam sacena' ('secena' coni. Gesnerus) 'appellatur dolabra pontificalis.'

scena haut *cod.:* secena *scripsi* (*cf. coroll. p.* VII) *et* sicine *inserui.* scena taurus *x*

## VERPVS*

Xenarchi fabula fuit *Πρίαπος*.

.. ornaménto incedunt gnóbiles ignóbiles

Festus p. 174 M. 'nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per c litteram — — Liuius in Virgo: ornamen-

tum' e. q. s. (leuius cod. Virgine Scaliger Virga Duentzerus Auriga O. Guenther ephem. gymn. Berolin. XIV 813. Verpo ipse conieci: an Vargo? Cf. CGl. II 204 'uarguus βλησός', scr. 'uargus' (i. e. ualgus) 'βλαισός.' Naeuius in Lycurgo x)

ornamentu incendunt nobili ignobiles *cod.* ornamento incedunt gnobiles ignobili *O. Muellerus* ornamento incedunt gnobili, *om.* ignobiles, *Scaliger. Versum expleas scribendo* istoc ornamento *vel* ornamento istoc incedunt; *ornamentum autem fortasse mentula est.* ⟨ornati⟩ ornamento i.gnobilid ignobiles *Leo Plaut. Forsch.* 80

## INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

### I

áffatim

Edí bibi lusi

Pauli Festus p. 11 M. 'affatim dictum a copia fatendi, siue abundanter. Liuius: affatim' e. q. s. Scaligero Homeri Odyss. XV 373 expressa videbantur: cf. Leo l. l. 81. Etiam creticos discribi posse monet Bue

### II

uecorde et málefica

Vacérra

Festus p. 375 M. 'uacerram Aelius et alii complures uocari aiunt stipitem, ad quem equos soleant religare; Ateius uero Philologus hoc nomine significari maledictum magnae acerbitatis, ut sit uecors et uesanus teste Liuio, qui dicit: uecorde' e. q. s. (ad quem equos Vrsinus ....... ices excerpta Victorii hoc nomine significari male dictum Vrsinus .um ad male dicendum exc. Victorii male dictum ad male dicendum Vaticani RS ut sit Augustinus et Vrsinus ut est Vaticani RS .. Victorii exc.) Homeri Odyss. II 243 Scaliger, XVII 248 G. Hermannus Elem. 626 expressum putat.

1 ... corde *Victorius ex Politiani apographo* uecors *Scaliger* malefici *Victorii exc.* 2 uacerra *Scaliger* uecordia *cod.* .... uecórde et málefica uacérra *numeris Saturniis Hermannus*

### III

Lepus túte es: pulpaméntum quaéris ...

Vopiscus de Numeriano 13 (scriptorr. hist. Aug. II 221 J. 223 P.) 'ipsi denique comici plerumque sic milites inducunt

ut eos faciant uetera dicta usurpare. nam et lepus tute es, pulpamentum quaeris' (et post es libri in Terentii eun. 426 praeter Bemb., item Sacerdos CGL VI 453 K., Donatus ad Ter, l. l. et 433) 'Liuii Andronici dictum est, ⟨et⟩ multa alia quae Plautus Caeciliusque posuerunt.' Quae sine iusta ratione in suspicionem vocata sunt: nam trito casci auctoris dicto pro suo uti decet militem.

# Q. ENNIVS

## CAVPVNCVLA

Cf. CGl. II 116 'coponicula καπηλεῖον.' Καπηλίδες Theopompi fabula fuit.

huic est ánimus propitiábilis.

Nonius 155, 31 'propitiabilis a propitiando. Ennius Cupiuncula: hinc' e. q. s. (Caupuncula s. Cup. scripsi).

huic *edd.* hinc *ω*, *servari mavult Bue*

## PANCRATIASTES

*Παγκρατιαστής* Alexidis Theophili Philemonis. Pancratiastae Vahlenus inscripsit.

### I

Quis ést qui nostris fóribus tam protéruiter —?

Nonius 513, 11 'proteruiter. Ennius Pancratiaste: quis' e. q. s. Priscianus p. 1010 P. 'Ennius proteruiter.' Cf. Plauti Rud. 414 Truc. 256.

quis] qui *H*[2]*W* propteruiter *Prisciani Reg. Carolir., Nonii P, quam formam veram esse praedicabat Bergkius*

### II

Cúm desubito me órat mulier lácrimansque ad genua áccidit.

Nonius 517, 15 'desubito ... Ennius Pancrasiaste: cum' e. q. s. (Pancrasiastae BaL)

III

Quo núnc me ducis? — 'Vbi molarum strépitum audibis máximum.

Nonius 506, 2 'audibo pro audiam. Ennius Telamone .. idem Panchratiastis: quo' e. q. s.

dicis *Ba H* molarium *H W* molarum, *suprascr.* i, *L* molariam *Ba* *An* crepitum *ut Naev.* 114? audiuis *L P*

Quod incertis comoediis olim adscribebatur fr. (Diom. p. 305 P.) ad annales (v. 195) revocavit x.

# CN. NAEVIVS

## ACONTIZOMENOS

Cf. Ἀκοντιζόμενος Dionysii, Ἀκοντιζομένη Antiphanis.

I

Acóntizomenos fábula est primé proba.

Charisius p. 188 P. 'prime Plautus in ⟨.... item Naeuius in⟩ Acontizomeno: Acontizomenus' e. q. s. (supplevit Fr. Schoellius ad Plauti Truc. 454)

Acontizomenus *cod. De terminatione in* os *vide Ritschelium opusc.* IV 233

II

Huius aútem gnatus dícitur geminum álterum
Falso óccidisse.

Charisius p. 179 P. 'falso Naeuius in Acontizomeno: huius' e. q. s.

III

Súblustri noctu ínterfecit

Charisius p. 185 P. 'noctu diuque Sallustius historiarum secundo: noctu diuque stationes et uigilias temptare. at uero Titinius ... noctu diusque ... Naeuius in Acontizomeno: sulpicii n. i.' (acotizomenos cod.)

sublustri *vel* subluci *conieci.* sulpicii *cod. An* suppliciis *vel* supplicem?

## AGITATORIA

### I

age, né tibi
Med áduorsari dícas, hunc unúm diem
De meód equos sinam ésse. — Tux pax. — Póstea
Currénteis ego illos uéndam, nisi tu uíceris.

Charisius p. 213 P. 'tax pax Naeuius in Agitatoria: age' e. q. s. Excerpta Keilii Charisio p. 238 in adn. subiecta: 'tux pax gratulantis': cf. Ritschelius opusc. II 265 sq. 254 'tuxtax' Plautus Pers. 265. Compares Ballionis in Pseudulo v. 371 sqq.

1 atque *CFWMueller prosod. Plaut.* 733 tibi med *Bergkius symb.* I 59, *sed idem opusc.* I 386 *praeterea* áge age, ne tibi me *proposuit.* tibi me *cod.* tibi mihi *ed. pr.* te mihi *Fabricius* me tibi *Gulielmius* 3 demeo sequor *Neap., sed* equos *cod. Bondami* de meo seruos *Bothius* domi meae seruos *x* domi hos equos *Bue mus. Rhen.* 29, 196 sinam ego illos esse *cod., unde* ego illos *expulit Bue* esse *interpretor* edere 4 nisi tu pretio uiceris *Gulielmius in septenario. Septenarios ipse olim edideram* áge ... diem Dé meo securos sinam ego illos esse. t. p. p. Cúrrenteis *e. q. s. lacuna in sexto pede relicta (cf. coroll.* VIII): *nunc in summa re concedo Buechelero*

### II

Quasi dédita opera quae égo uolo ea tu nón uis, quae ego nolo éa cupis.

Charisius p. 177 P. 'dedita opera declinari quidem ut nomen potest, sed tamen uim aduerbii retinet. Naeuius in Agitatoria: quasi' e. q. s.

quae ego nolo *ed. pr.* q. (*h. e.* quod) ego nolo *cod.*

### III

ego sémper pluris féci
Potióremque habui líbertatem múlto quam pecúniam.

Charisius p. 188 P. 'pluris Naeuius in Agitatoria: ego' e. q. s.

*Senarios olim hos proposui:* nam líbertatem sémper pluris féci ego Potióremque habui múlto quam pecúniam

IV

eho an uícimus? —

Vicístis. — Volop ⟨est⟩. quó modo? — Dicám tibi.

Charisius p. 213 P. 'tax pax Naeuius in Agitatoria [I] **eho** idem in eadem: eho' e. q. s.

uolop quomodo *cod.* uolupe est. quo modo? *Bothius* dicam tibi *sollemnem in responsis formulam cum Bothio separavi ab interrogatione* quo modo? *Praemitti poterat, non debebat* (*cf. Ter. adelph.* 985) ego: *cf. coroll.* VIII *sq. De bisyllaba* uolup *forma disputavit Ritschelius opusc.* II 450

V

Nimium ó, ⟨nimium⟩ arte cólligor. cur re ínquaesita cólligor?

Charisius p. 186 P. '**nimio** pro nimis. Naeuius in Agitatoria: nimio' e. q. s.

nimium o, nimium *scripsi* nimio (*semel*) *Charisius, servari suadet Bue* colligôbcurre inq̄sita colligor *cod., corr. Bothius. Cf. Plauti Epid.* 677 'age tu arte colliga'

VI

Secus si úmquam quicquam féci, carnificém cedo.

Charisius p. 195 P. '**secus** pro aliter. Naeuius in Agitatoria: secus' e. q. s.

VII

14[1] atque

Charisius p. 204 P. '**atque** pro **et** Terentius in adelphis: atque ex me hic natus non est, sed ex fratre. ubi Acron: argute, inquit, nam per hanc coniunctionem transitum fecit ad narrationem. Cn. Naeuius in Agitatoria, sed et in Tarentilla.'

AGRYPNVNTES

I

si quidem uís loqui,

Non pérdocere, ⟨hau⟩ múlta longe prómicanda orátiost.

Nonius 65, 3 '**promicare**, extendere et porro iacere, unde emicare. Naeuius Agrypnuntibus: si quidem' e. q. s.

1 uis loqui *Bothius* loqui uis ω, *quod sic servari possit:* si quídem loqui Vis, nón docere 2 oratiost $F^3HP$ oratiosi $F^1L$

oratio est *W* si quídem loquí uis, non perdúcere, Non (*vel* hau) múlta longe p. oratiost *Bue, cui debeo* hau *positum ante, quod post* multa *inseruerat Bothius*

II

Nam in scéna uos noctúrnos coepit praémiatores tóllere.

Nonius 150, 28 'praemiatores (praedatores x) nocturni, praedones (cf. CGl. V 645). Naeuius Amnagremnuntius: nam' e. q. s. (Agrypnuntibus Junius)

scena ω scenam *x* praemiatores ω: *merito dubitat CFW Mueller prosod. Plaut.* 463. *Cf. Turnebus Adv.* XV 4. praedatores *x* *Synecphonesin, quam versus flagitat, non nisi lacuna statuenda effugias: comparat* uindemitor *Bue*

## APPELLA

Cf. Onom. 'appella λειπόδερμος' et scholl. in Hor. serm. I 5, 100. De Iudaeorum inrisione cogitavit Krahnerus (Varronis Cur. 23).

I

Cui caépe edundod óculus alter prófluit.

Priscianus p. 681 P. 'frequentior tamen usus hoc cepe protulit. Naeuius in Appella: cui' e. q. s. 'Nouius' e. q. s.

edundod *Bue annall. philoll.* 1867 *p.* 68, *probavit Ritschelius nov. exc. Plaut.* I 65 edundo *Sang. Halb.* edendo φ. *Hiatum in penthemimeri senarii fovet Bergkius opusc.* I 385

II

'Vt illum di perdánt, qui primus hólitor caepam prótulit!

Priscianus p. 681 P. 'hae cepae harum ceparum, quamuis antiquissimi in a quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inueniuntur. Naeuius in Appella: ut' e. q. s. (apella Reg.) Anonymus Bernensis in Hageni analectis Helveticis p. 106, 26 'Naeuius: illum ... cepam.'

illam, *om.* ut, *anon. Bern.* di perdant *CFWMueller* di fer** *Bern. m. pr.* dii ferant *Reg. m.* 2 *Bern. m.* 2 differant *Reg. Bamb. Amien. Halb. Sang.* *ifferant (d *suprascr.*) *Grut.* deferunt *anon. Bern.* dii terant *Aldina* di feriant (*vel* auferant) *Maehly* que *anon. Bern.* primus *Bothius* (*cf. Leo Pl. F.* 138) primum ω primam, *ut scripseram* (*cf. coroll.* IX *sq.*), *CFWMueller parali-*

*pomenon pros. Plaut. p.* 97 holetur *Reg.* holitus *Bong.* holit$^{or}$ (*sup. m. alt. in ras.*) *Halb.* holitur *anon. Bern.* olit' *Amien.* olitr *Bamb.* protulit Cepam *Muellerus* protulit *om. anon. Bern.*

## ARIOLVS

Cf. Ἀγύρτης Philemonis, Μητραγύρτης et Οἰωνιστής Antiphanis, Μάντεις Alexidis. Gellius III 3, 15 'sicuti de Naeuio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Ariolum et Leontem ... unde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.' In primo versiculo, qui fortasse prologi erat, de se ipso loqui videtur poeta.

### I

Deprándi item leóni ⟨si⟩ obdas óreas

Festus p. 182 M. '**o r e a e**, freni quod ori inferuntur. Titinius ... et Naeuius in Hariolo: deprandi' e. q. s.

item *scripsi* autem *cod.* utei *coni. Bue* leoni si *Vrsinus* leoni *cod.* leoni si autem deprandi *olim edideram*

### II

Quis heri ápud te? — Praenestíni et Lanuini hóspites. —
Suópte utrosque décuit acceptós cibo,
Altrís inanem uóluulam madidám dari,
Altrís nuces in prócliui profúndier.

Macrobius Sat. III 18, 6 'nux haec Abellana seu Praenestina ... inde scilicet Praenestinae nuces. est et illud apud Naeuium in fabula Ariolo: quis' e. q. s.

1 qui *Bamb. m.* 2 Lanvini *x* Lanuuini *ω* 2 suopte *Paris. a Bamb. m.* 3 suapte *Bamb. m. pr.* 3 *sq.* altris *utroque loco Geppertus de pronunt. serm. Lat.* 64 *et Roeperus Philol.* XV 294: *probavit Ritschelius opusc.* II 458 alteris *ω* (*cf. coroll.* X *sq.*) 3 bulbulam *i. e.* uuluulam *Geppertus* (*cf. Apicius* 54 *Sch.*) bulbam *ω* *De* uolua inani *vel eiecticia cf. Plinius n. h.* XI 37, 84 madidatam *Scriverius*, *non male*, *si* uoluam *serues.* madidantem *Scaliger* bulgam mandendam *Bentleius* 4 profundier *Scriverius* profundere *ω* nuces in procliui alteris profundere *Bothius.* *Ariolatur Bergkius symb.* I 21

## ASTIOLOGA*

Astiologa, i. e. ἡ ἀστειολόγος, scripsi.

Hác sibi próspica, hac déspica 25

Nonius 155, 25 'prospica et despica, intenta et contemplata (sic Onions. 'contemplare' Bamb. Oxon. 'contempla' φ). Neuius assitogiola: ac' e. q. s. 'potest ergo prospicus et despicus dici.'

hac .. hac *Bothius* ac .. ac ω. *Cf. Lachmannus in Lucr.* 307

## CARBONARIA

Nota hoc nomine Plauti fabula.

Tíbi serui multi ápud mensam astant: ílle ipse astat, quándo edit.

Priscianus p. 894 P. 'uetustissimi tamen etiam edo edis edit dicebant correpta prima syllaba. Naeuius in Carbonaria: tibi' e. q. s. 'non potest enim in hoc iambo paenultima syllaba longa esse, ut intellegatur praeteritum, ne sit σκάζων.' (in carbonaria om. Sang.)

*Trochaeos agnovit Ritschelius Parerg.* I 98

## CLAMIDARIA

Clamidaria, i. e. Chlamydaria.

Neque ádmodum a puerís abscessit néque admodum adulescéntulust. 26[1]

[Sergii] explan. in Donatum CGL IV p. 559 'admodum ... quaesitum est num pro ualde usque dicamus, et in usu fuit ... apud Naeuium in Clamidaria: neque' e. q. s.

.p̊. ueris *cod.* abscesit *cod.* adolescentulus est *cod.* *Variati in voce* admodum *accentus elegantia pereat, si trochaeos dimetiaris*

## COLAX

Prologi in Terenti eun. 25 haec sunt: 'Colacem esse Naeui et Plauti ueterem fabulam, Parasiti personam inde ablatam et militis. Si id est peccatum, peccatum inprudentiast Poetae, non quo furtum facere studuerit. Id ita esse uos iam iudicare poteritis. Colax Menandrist, in ea est parasitus colax Et miles gloriosus: eas se hic non negat Personas transtulisse in Eunuchum suam

Ex Graeca: sed eas ab aliis factas prius Latinas scisse sese, id uero pernegat.' De quibus instar omnium Ritschelii in Parerg. I 99 sqq. disputatio est. Loquentem cum milite parasitum habemus fr. I: nam ille Herculem Victorem se ipsum esse gloriatus decumas bonorum sibi a parasito quoque flagitaverat offerri, cui hic iocabundus respondet, rei alienae quidem decumas ei se iam polluxisse publice indicanda scilicet eius nomine cena Herculana. De pollucendi more disseruerunt Henzenus mus. Rhen. V 71 sqq. et Mommsenus CIL I p. 149 sq. et ad n. 1175.

I

Qui décumas partes? quántum ⟨mi⟩ alieni fuit,
Pollúxi tibi iam públicando epulo Hérculis
Decumás.

Priscianus p. 874 P. 'polluceo polluxi ... Naeuius in Colace: quid' e. q. s.

1 qui (*i. e.* quomodo) ψ quid *Barb.*, *Hermannus opusc.* II 280 mi *Hermannus*, *om.* ω alienum *Bong.* 2 polluxi *Hermannus* polluxit (poluxit) ω iam *Hermannus* a ω epulo ... decumas *om. Sang.* herculi *Bamb.* *Varia frustra molitur Bergkius opusc.* I 537. *Cf. coroll.* XI *sq.*

II

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ét uolo
Et uéreor et facere ín prolubio est . . .

Nonius 64, 10 'proluuium .... Neuius Colace: et uolo' e. q. s. Comparant Aristophanis ran. 1425: ποθεῖ μέν, ἐχθαίρει δέ, βούλεται δ' ἔχειν. Sane incerti animi fluctuatio hic quoque describitur.

2 prolubio *edd.* proluuio ω

III

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . et ásseri
Laudés ago, cum uótis me multát meis,
Quod praéter quam mihi uéllem audibam hoc éminus.

Nonius 462, 32 'multare cum sit condemnare, positum est augere, uoti compotem reddere.'

1—3 *restituit Hermannus opusc.* II 279 1 adseri *Ba L* 2 multat *Hermannus* multatis ω 3 quam uellem audiebam hoc mihi

ennius ω, *nisi quod* hennius *LP* (*cf. coroll.* XII) eminus *ed.* 1496 audiebat hoc mihi *et ut alterius quod exciderit fragmenti auctor* Ennius *Kiesslingius* et affatim Laudes ... multas m. | Quod p. q. velle audebam, hoc mihi annuis *Quicherat*

IV

Vbi uídi, exanimabíliter timedus pédibus protinam mé dedi.

Nonius 376, 12 'et quoniam non nulli ueterum pro eo quod protinus est protinam uel protenis conuerterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt ... Neuius in Colace: ubi ... dedi, id est pedibus longius fugi.'

timedus *LPW* tamedus *BGH* timidis *Aldus Manutius, Hermannus opusc.* II 279, *accepit Ritschelius opusc.* II 245 protinam Me dedi *Hermannus*

## COMMOTRIA

Cf. Photii bibl. 530, 13 *ὅτι τὰς νῦν λεγομένας κουρίδας οἱ Ἀττικοὶ κομμωτρίας ἐκάλουν.* Fuit *Κουρίς* Antiphanis et Alexidis.

carere

Varro de l. l. VII 54 M. 'in Menaechmis: inter ancillas sedere iubeas, lanam carere. Idem hoc est uerbum in Commotria Naeuii.' (Commotria Turnebus Adv. XXIII 16 cometria Vindob. ometria Guelf. cemetria Flor. Goth. Haun. cametria Paris. a comedia Paris. b Cosmotria Aldina Cosmetria Bothius neuii Flor.)

## COROLLARIA

Cf. *Στεφανοπώλιδες* Eubuli.

I

nólo ego
Hanc ádeo efflictim amáre: diu uiuát uolo,
Vt míhi prodesse póssit.

Charisius p. 178 P. 'efflictim Naeuius in Corollaria: nolo' e. q. s. 'ubi Probus: usque donicum effligatur.' Haec autem non grammatici, sed poetae ignoti verba esse coniecit Ritschelius opusc. II 241: vide infra pall. inc. fr. LVII.

II

Vltró meretur, quam óbrem ametur: íta dapsiliter suós amicos
Alít.

Charisius p. 178 P. 'dapsiliter.'

ultro Merétur *Bothius* ametur: 'Ita *Keilius*. *Nec trochaei placent*: meretur Quamóbrem *In coroll.* XII *transposui*: meretur ultro .. ametur: 'Ita

III

Riuális, salue. — Quíd 'salue'? attat áttatae! —
Quid istúc uero ⟨'attat'⟩ te áduertisti tám cito?

Charisius p. 214 P. 'attattat attatae' cf. Tarentilla fr. V Paulus Richter de usu part. exclam. in Studemundi stud. I 407 sqq. 414.

1 quid salue attattattat attatae riualis salue *cod.*: *ordinem et numeros constitui* 2 quid istud uero te aduertisti *cod.*, *sed* a te *ed. pr.* at tatae *Fabricius* attat *Jos. Bach de usu pronom. dem. in Studemundi stud.* II 229 *Correxi olim*; *post cognovi Bentleium ad Ter. Andr.* I 1, 98 *sic formata exhibere*: quid attattatattatae? Riuális, salue. quid istud attatae aduertisti tam cito?

IV

. . . . . utinam nasum ábstulisset mórdicus!

Charisius p. 184 P. 'mordicus Afranius ... Naeuius in Corollaria ...'

V

Núm ⟨tu non uis móneam te unum, sí uidetur,⟩ quíppiam?

Charisius p. 192 P. 'quippiam Naeuius in Corollaria ...' (Tarentilla ed. pr.)

num non uis te moneam unum, si uidetur, quippiam *Putschius*, *quae unde hauserit non constat*. num quippiam *om. ceteris cod.* nam quippiam *ed. pr.*, *om. Fabricius* numne nunc uis te moneam unum *e. q. s.* x

VI

Nímis homo formídulosust. 45

Charisius p. 186 P. 'nimis Naeuius ... idem in Corollaria: nimis' e. q. s.

formidulosus est *cod.*

VII

st', tace,
Caue uérbum faxis!

Charisius p. 214 P. 'st' (ita Fabricius et Putschius. it cod.)

1 st tace *Hauptius Philol.* I 376 setale *cod.* st tale *Fabricius*

VIII

Haec démolite! 48

Diomedes p. 395 P. 'demolio ... Naeuius in Corollaria h. d. inquit.'

IX

diuidiaest

Varro de l. l. VII 60 M. 'in Mercatore [615]: non tibi istuc magis diuidiaest quam mi hodie fuit. hoc idem est in Corollaria Naeui. diuidia ab diuidendo dicta, quod diuisio distractio est doloris.' hoc eadem est in corollaria neuius Flor. cum ceteris libris, ut hoc eodem usust videatur corrigendum esse. hoc itidem et in Corollaria Naeuius O. Muellerus eadem in corollaria Naeuius Bergkius symb. I 158 non Varronem, sed lectorem aliquem statuit adscripsisse, hoc a correctore in margine videri positum fuisse, quo significaretur hocedie in versu Mercatoris, non hodie legendum esse, Naevium vero plane eodem versiculo usum fuisse. Quae omnia quam sint incerta nemo non sentiet. Cf. Fulgentius 565, 3.

X

confestim

Charisius p. 177 P. 'confestim ... Naeuius in Tarentilla et in Corollaria.'

XI

trit

Charisius p. 213 P. 'trit Naeuius in Corollaria. significat autem, ut ait Plautus in quadam, crepitum polentarium, id est peditum.' s. autem uocem murum ed. pr., nescio an

recte (cf. Iuventius v. 9), ut altera illa, ad quam Plauti in Curculione II 3, 16 adpellatio quadraret, exciderit: fuit autem fortasse prox (cf. Pseud. 1279). Cf. praeterea inc. fab. VIII.

## DEMENTES

Cf. *Μαινόμενος* Diphili.

49 Animaé pauxillulum ín me habet.

Diomedes p. 335 P. 'habeo et habito dicimus, ut apud Naeuium in Dementibus: animae' e. q. s.

habet *testatur Diomedes* habitat *ω*

## DEMETRIVS

Cf. *Δημήτριος ἢ Φιλέταιρος* Alexidis quaeque Kockius II p. 313 adnotavit.

persibus

Varro de l. l. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona ... in Clastidio ... in Dolo ... in Demetrio: persibus a perite, itaque sub hoc glossema *callide* subscribunt.' Cf. inc. fab. IX. Pauli Festus p. 336 M. 'sibus, callidus siue acutus.'

## DOLVS

Cf. *Δόλων* Eubuli. Klussmannum refutavit M. Hauptius Philol. I 375.

Caperáta fronte

Varro de l. l. VII 107 M. 'multa apud poetas reliqua esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in Hesiona ... in Clastidio ... in Dolo: caperata fronte, a caprae fronte.' doloreste cod. B Spengelii caperrata Flor. Cf. Varronis satura Eumenidum fr. I; alia exempla composuit Roeperus in comm. Gedanensi a. 1850 p. 14 sq.

caperrata *Flor.* (*v. supra*), *quod si verum est*, *Naevius e. c. sic*: capérrata ille frónte *scripsisse potest*

## FIGVLVS

Nímis auarus

Charisius p. 186 P. 'nimis Naeuius .... idem in Figulo: nimis auarus.'

## GLAVCOMA

Cf. Alexidis *Ἀπεγλαυκωμένος.*

⟨Veníbam⟩ quom de opsónio, stiló me pupugit ín manum.

Priscianus p. 894 P. 'pungo pupugi uel punxi ... Naeuius in Glaucoma: quod' e. q. s. (Neuius libri)

quod ω de eo *Putschius* eo *Erl. b* opsinio *Sang. Grut. Carolir.* obsonio φ mi in manum pupugit ω: *an* mihi p. m.?

## GVMINASTICVS

Gvminasticvs: nominis formam vindicavit Ritschelius opusc. II 483. 520: cf. fr. VI. VIII

I

In álto nauem iúbet ⟨is⟩ destitui ánchoris.

Nonius 280, 1 'destitui est desolari. destitui rursum statui.'

iubet ω, *quod servata contra Plautum Ennium ceteros vetere mensura spondiaca Naevium scribere potuisse Buechelerus annall. philoll.* 1867 *p.* 68 *sibi persuasit.* lubet ei *coni. x* iube tu *scripseram* destitui iubet ancoris *Vrbin.* 308 in alto destitui anchoris nauem iubet *Bothius* iubet in alto nauem d. a. *prop. x*

II

⟨Díc⟩ utrum est melius: uírginemne an uíduam uxorem dúcere? —
Vírginem, si músta est.

Nonius 136, 7 'mustum non solum uinum, uerum nouellum quidquid est, recte dicitur. Neuius Gemnastico: utrum' e. q. s.

1 *Cf. Plauti Stichus* 118 *sq.* ne an uiduam uxorem *om. L*

III

Edepól, Cupido, cúm ⟨tu⟩ tam pausíllu's, nimis multúm uales.

Nonius 421, 25 'cupido .... cum masculino, deum ipsum ...'

tam pausillus (pauxillus *H* pauullus *L*[1]) sis ω tu's tam pausillus *Luebbertus stud. gramm.* II 139 tam sis pauxillus *Bothius* tam p. cum sis *Havet* quoniam tam pausillu's *ad sententiam minus quam ad litteras quadret*

IV

Hómines, pecua béluasque

Nonius 159, 5 'pecua et pecuda, ita ut pecora, ueteres dixerunt.'

V

Sáxa siluas lápides montes dísicis, dispúlueras.

Nonius 95, 27 'dispuluerare est dissoluere.'

disicis *suasi coroll.* XIII *sqq.* dissicis *ω*

VI

Atque meís bonis omnibus égo te herem faciám . . . . .

Nonius 486, 31 'herem (heredem Bamb. Leid. 116) pro heredem. Neuius Gymnastico: atque' e. q. s. (Geminastico Bamb.)

*anapaestos agnovit Bue* herem *H corr. m.* 1, *edd.* heredem *φ* atque ego te meis herem omnibus faciam bonis *Bothius* bonis 'Omnibus te ego *x*

VII

'At enim tu nimis spísse ac tarde incédis . . . . .

Nonius 392, 15 'spissum significat tarde . . .'

ac *scripsi* atque *ω*: *cf. Leo Pl. F.* 303

VIII

Pol haút parasitorum áliorum ⟨hic⟩ similést . .

Nonius 224, 25 'simile est pro similis est, pro masculino positum neutrum Titinius Fullonibus [34]. Naeuius Gemnastico: pol' e. q. s. (gemnastico L gemmastico, i. e. geminastico BGH)

haut *Bentinus, Fruterius* aut *ω* simile est *Nonius, quod tuetur Bue decl. lat. p.* 8, *mus. Rhen.* 29, 196 similist *Ritschelius opusc.* II 616 (*qui tamen ibidem* 331 *probavit quod edideram* simil est), *Lachmannus in Lucr.* 29 *cf. Leo Pl. F.* 258 *Iambos dedit Hermannus opusc.* V 267, *trochaeos* pól ⟨ille⟩ *e. q. s. Ritschelius* (*coroll.* XVI) *prop. Claudere versum* homo *potuit, e Titinii exemplo repetendum*

## LAMPADIO

Cf. Ritschelii opusc. III 318.

### protinam

Varro de l. l. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona ... in Clastidio ... in Dolo ... in Demetrio ... in Lampadione: protinam, a protinus, continuitatem significans.' Coniectura referri ad hanc fabulam possit inc. inc. fab. LXXIX.

## NAGIDO

Nagido i. e. *Ναγιδεύς*.

### clucidatus

Varro de l. l. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona ... in Clastidio ... in Dolo ... in Demetrio ... in Lampadione ... in Nagidone: clucidatus, suauis, tametsi a magistris accepimus mansuetum.' (nagidone Flor. Goth. agidione Haun. agidone cett. Certum est littera *N* incipere hunc titulum.) Cf. Pauli Festus p. 55 'clucidatum dulce et suaue dicebatur.' CGl. II 34 'glocidatus, ἡδύς'.

clucidatus, *i. e.* glucidatus *Scaliger* caudatus *Paris. b Vind. Basil.* caudacus *Flor.*

## NAVTAE?

### supparus

Festus p. 310 M. 'supparus [dicebatur puellare] uestimen[tum lineum] — — puni[ceum uestimentum ita uo]cat neui de [bello Puni]co. et in nautis [uocat Neptuno u]estem consec[ratam — —]' e. q. s. Supplementa Ursini incertissima sunt; nec quidquam aut de fabula aut de verbis Naevii adfirmari potest. Cf. Festus p. 340 v. siparium. Isidorus orig. XIX 3, 4 'siparum genus ueli unum pedem habens' e. q. s.

## NERVOLARIA

Plauti fuit fabula cognominis.

. praecisum omásum pernam cállus glisis glándia

Nonius 151, 1 'praecisum et omasum partes carnis et uiscerum. Naeuius Neruolaria: praecisum' e. q. s. (Ennius ms. Junii, de Plauto cogitabat Ritschelius Parerg. I 96 Neruolaria Ritschelius herularia HL erularia W Aulularia ante Mercerum Ecularia coni. Alexidis Ἱππίσκος aut Ferularia prop. Bue)

*Nolim* praécisum atque omásum: *nam variis modis initium versus suppleri potest, e. c.* em *vel* iam *praemittendo* callus *Mercerus* gallus ω callum *ed.* 1526 clifis *FL* glissis *Urbin.* 307 glifis *HW* glires *ed.* 1526 glandia *edd.* grandia ω

## PAELEX

Cf. *Παλλακή* Alexidis Menandri Diphili.

Desíne socri tuo, frátri patruelí meo

Nonius 223, 21 'socrus et masculino genere ueteres dici posse uoluerunt.' (Pellice Bothius pellico libri)

desine, *sc. male dicere* desim *Bothius* socrui *P* socru *Quicherat* socro *Bothius* patrueli *Guietus* patrui ω

## PERSONATA

Festus p. 217 M. 'Personata fabula quaedam Naeui inscribitur, quam putant quidam primum [actam] a personatis histrionibus. sed cum post multos annos comoedi et tragoedi personis uti coeperint, ueri similius est eam fabulam propter inopiam comoedorum actam nouam per Atellanos, qui proprie uocantur personati, quia ius est is non cogi in scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est.'

Hoc dixit Verrius: actam esse hanc fabulam ab Atellanis, qui proprie dicantur personati. Nam multo ante quam comoedi et tragoedi personis uti coeperunt, Atellani soli eo habitu agebant, postea autem soli deponere eas cogi non poterant. Cf. hist. poes. Rom. I² 210 Fr. Marx encycl. Paul. I² 1916

## PROIECTVS

Proiectvs i. e. Expositus. Cf. Plauti Cist. 124.

I

. . . populus pátitur, tu patiás . .

Diomedes p. 395 P. 'item patio Naeuius in Proiecto: populus patitur, inquit, tu p. moro item Naeuius in eodem [II].' (in prolecto Monac.)

patias *Paris. A* non pacias *Par. B* potior *Monac.* patias

modo *edd. vett.*: *vide supra. Sententia haec fuisse potest*: quod populus pátitur, tu patiás item

II

. . . . . quíd moras? — Quid ⟨iam⟩ ímperas?

mores *Par. B* quia imperas *Par. A Monac.* quā peras *Par. B* quid imperas *edd. vett.*, *quod magis placet.* quin imperas? *amici prop.*

## QVADRIGEMINI

. . . suo labóri nullus párcuit.

Nonius 153, 22 'parcuit, pepercit.'

labori *edd.* laboris *ω* labori is *x*. *An* suos labores?

## STALAGMVS

Visám: deo meó propitio méus homo est.

Donatus in Ter. Phorm. I 2, 24 'deo irato meo] uidetur ... addidisse meo, ne esset ἀμφίβολον cui diceret: irato deo. Naeuius in Stalagmonisa deo' e. q. s. Neuius Lugd. Hemnius Dresd. Stalagmonisa deo Cuiac. stalagmonis Adeo Lugd. Stalagmoīs adeo Gand. stalignionis adeo Dresd. Stalagmus servi nomen ex Captivis notum post alios Bothius agnovit.

uisam. deo *scripsi* nisa deo *vel* nis adeo (*v. supra*) *ω* mussa. deo *Bue* nisi iam deo *x* *fortasse* homo ⟨illic⟩ est *vel* ⟨hic⟩ est homo *dederat poeta*

## STIGMATIAS

praebia

Varro de l. l. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona...... in Stigmatia: praebia, a praebendo ut sit tutus, quod sint remedia in collo pueris.' (a prohibendo ... pueri Bergkius opusc. I 392 cf. Festus p. 234. 238)

## TARENTILLA

Cf. *Ταραντῖνοι* Alexidis. Adulescentes duo dum peregri, Tarenti ni fallor, rem paternam disperdunt (VI: cf. IV. V), inproviso a patribus visuntur (VIII: cf. IX. X). Quorum alterius amica erat Tarentilla (fr. II. XI). Duobus adulescentibus duo adiuncti fuerunt servi (fr. VIII). Reconciliantur patres certis legibus, ad quas fr. XII pertinet.

I

Quae ego ín theatro hic meís probaui plaúsibus,
Ea nón audere quémquam regem rúmpere:
Quantó libertatem hánc hic superat séruitus!

Charisius p. 192 P. 'quanti, cum interrogamus nec emimus; quanto, cum emptam rem quaerimus. atqui Cato ... o quanti ille agros, inquit, emit ... Naeuius in Tarentilla: quae' e. q. s.

3 *An* hanc haec?

II

Quáse in choro ludéns datatim dát se et communém facit.
'Alii adnutat, álii adnictat, álium amat, aliúm tenet.
'Alibi manus est óccupata, álii percellít pedem,
'Anulum dat álii spectandum, á labris alium ínuocat,
Cum álio cantat, át tamen alii suó dat digito lítteras.

Isidorus Orig. I 25 'Ennius de quadam impudica [1—5].' Pauli Festus p. 29 M. 'adnictat, saepe et leuiter oculo annuit. Naeuius in Tarentilla [2].' Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 54 'adnictare, nutum cum oculis facere. Liuius [2].' Ibidem 372 'componitur adnictitare ·i· cum palpebris innuere, sicut facimus designando aliquid cum palpebris, unde Plautus [2].' Ibidem 376 'nuto componitur adnuto ... unde Plautus [2].' Gloss. Amplon. 254 'et componitur adnicitare i. e. cum palpebris innuere ... Plautus: alii adnitat, alii adnicitat.' Cf. CGl. V 44 'adnictare, inuitare arridere.' Paulo auctore Naevium pro Ennio apud Isidorum posuit Arevalus. Similia quamquam re diversa sunt Antiphanis (inc. fab. fr. VII M. 234 K.) *σφαῖραν λαβὼν Τῷ μὲν διδοὺς ἔχαιρε, τὸν δ' ἔφευγ' ἅμα, Τοῦ δ' ἐξέκρουσε, τὸν δ' ἀνέστησεν πάλιν Κλαγκταῖσι φωναῖς κ. τ. λ.* Inprimis cf. Plauti Asin. 775 sqq.

1 quase *scripsi* quae '*alii*' *libri ap. Arevalum* quasi *teste Jos. Kleinio Wolfenb. Monac. Par.* 7582 in choro *scripsi cum Buechelero* in choro pila *ω* pila In choro *Bothius* ludens] pilam *Dziatzko mus. Rhen.* 31, 378 se *Otto* sese *ω* 2 *sic Pauli Festus, probavit Lachmannus in Lucr.* 249. alii adnutat alii adnucitat (adnicitat 377) aliud tenet aliud amat *thesaurus* 372 *et* 376. alii adnictat alium tenet alium amat *idem* 54 alium tenet alii (alium *Gu.* 4 *Wolfenb.*) innuit (annuit *suprascr.*

*Gu.* 4 adnotat *Par. Mon. corr. Wolf.*) *Isidorus* amat *erit fortasse qui* hamat *interpretetur* 3 alibi] alii *Gu.* 2 illi alii *CFW Mueller prosod. Plaut.* 592. *scribendum fortasse* alii pede percellit *Dacerius* peruellit *ω* alium percellit pede *x* 4 anulum dat alii *Mueller*, *quo vitetur hiatus.* anulum alii dat *Bothius* alii dat anulum *ω* spectandum *Bothius* (*cf. Plauti Asin.* 778) expectandum *Wolf. Monac. Paris. Gudiani* aspectandum *φ* 5 alii suo dat *scripsi* aliis (alias *corr. m.* 2 *Monac.*) dat *ω* dat aliis *Bothius* alii ducit *x* *Isidorus vel auctor eius fortasse textum legit, in quo septenarii in senarios commutati erant, quos tales fere fingi posse olim monui*:

quase in choró pila
Ludéns datatim dát se et communém facit.
Aliúm tenet, alii ádnuit, alibí manus
Est óccupata, alií pede (*vel* at álii) percellít pedem,
Alií dat anulum áspectandum, isdem á labris
Alium ínuocat cumque álio cantat, át tamen
Alií dat digito lítteras.

*cf. Meinekius Menandri et Philem. rel. p.* 75

III

Facéte et defricáte

Charisius p. 178 P. 'defricate.'

IV

. utrubi cenáturi estis, hícine an in triclínio?

Charisius p. 198 P. 'utrubi'

cenaturis *nominativum pluralem commendavit Ritschelius nov. excurs. Plaut.* I 114: *potest tamen vel* cenaturin *sive* útrubi nam *sive* útrubi uos *sive* útrubi, dic *fuisse vel initio versus monosyllabum ut* sed *sive* dic *excidisse*; úterubi *Kiesslingius*

V

. . . . attáttatae! caue ⟨né⟩ cadas amábo.

Charisius p. 213 P. 'ei ei Naeuius in Tarentilla . . . atattatae idem in eadem . . .' Cf. inc. fab. XIII.

ne *addidi* (*cf. Plauti Most.* 324), *om. cod.*, *etiam Bentleius ad Ter. Andr.* I 1, 98 amabo *edd.* ambo *cod.*

VI

. . . ubi isti dúo adulescentés habent,
Qui hic ánte parta pátria peregre pródigunt?

Charisius p. 189 P. 'peregre pro peregri Naeuius in Tarentilla: ubi' e. q. s.

VII

uereor sério

Charisius p. 195 P. 'serio pro uere.'

VIII

Sálui et fortunáti sitis dúo duum nostrúm patres!

Charisius p. 102 P. 'duum ... Naeuius in Tarentillā: salui' e. q. s.

sitis *om. ed. pr.*

IX

Eí ei: etiamne aúdent mecum una ápparere? . . .

Charisius p. 213 P. 'ei ei.'

etiamne *Keilius coniecit* etia am se *cod.* audent mecum una *Fabricius*: me coram *malim*. audent In e cum una *cod.*

X

Quá pro confidéntia ausus uérbum cum eo fúerim
Fácere rusus

Charisius p. 193 P. 'rursus negant dici debere, sed rursum, ut iterum. Maro tamen rursus * inueni. nam is' (Naeuius?) 'in Tarentilla: qua' e. q. s. ('Maro tamen, Scandunt rursus equum. Naeuius in Tarentilla' Fabricius 'Maro tamen, Rursus in arma feror; Scandunt ... et tamen in locis Naeuii rursus inuenimus. nam is in T.' Putschius 'apud ueteres etiam rusus inuenimus: Naeuius in T.' coni. Keilius)

1 pro *cod.* porro *ed. pr.* usus uerbum cum eo fuerim facere (*om.* rusus) *cod.*, *correxi* (ausus *iam Putschius*) rursus uerbum cum eo ausim facere *ed. pr.* qua pro confidentia Rúsus uerbum cum eo facerem? *coni. Keilius*, *probat Ritschelius opusc.* II 260

XI

Númquam quisquam amíco amanti amíca nimis fiét fidelis,
Néc nimis morigera ét deuota quísquam erit . . . .

Charisius p. 186 P. 'nimis.'

1 siet *Fabricius* 2 erit moriger et nota *cod.* (morigera *edd.*) morigere morata *Bue* nec erit nimis morigere nata (*olim* morigera et uota) *coni.* mulier uiro *in exitu suppleas*

XII

Prímum ad uirtutem út redeatis, ábeatis ab ignáuia,
Dómi patres patriam út colatis pótius quam peregrí probra.

Charisius p. 189 P. 'peregri autem, cum in loco est. Plautus in Persa: qui erus peregri est. Naeuius in Tarentilla: primum' e. q. s. (nāe naeuius cod.)

1 redeatis *Fabricius* redactis *ed. pr.* reductis *cod.* 2 domi *scripsi* domos *cod.*, *tuetur Bue decl. lat.* 29: *sed cf. CFWMueller prosod. Plaut.* 175 *sq.* patres] praesens *ed. pr.* probra *scripsi* probro *cod.*

XIII

confestim

Charisius p. 177 P. 'confestim, uelut competenti festinatione ... confestim pro continuo et sine interuallo ... Naeuius in Tarentilla et in Corollaria.'

XIV

atque

Charisius p. 204 P. 'atque pro et ..... Cn. Naeuius in Agitatoria [VII], sed et in Tarentilla.'

XV

pallucidum

Varro de l. l. VII 108 M. 'apud Naeuium in Hesiona. .... in Tarentilla: pallucidum, a luce illustre.' tarentilli Flor. pallucidum Klussmannus, quod ioci causa ex pal-

lore et lucido compositum puto, A. Lentzius Philol. XIII 601 hybrida originatione ex παν et lucido conflatum eademque notione qua est praelucidus usurpatum esse statuebat. pacui dum Flor. pacuuius dum Paris. a pacuuii dum Goth. Haun. praelucidum O. Muellerus, quod in hac glossarum serie minus etiam probabile est quam pellucidum. Buechelerus dilucidum proposuit. Cf. coroll. XVII.

## TECHNICVS

Tecinicus nominis formam commendavit Ritschelius opusc. II 483, dolosum uel insidiosum interpretans p. 499.

confictant

Varro de l. l. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona...... in Technico: confictant, a conficto conuenire dictum.' confictant Turnebus conficiant ω confictant conuenire Naevio tribuit Bergkius conficto a confingere conieci. a conficto, inuenire Bue.

## TESTICVLARIA

Cf. Ritschelius Parerg. I 141.

94 Immó quos scicidi in iús conscindam atque ábiciam.

Priscianus p. 890 P. 'scindo scidi: uetustissimi tamen etiam scicidi proferebant.....' Cf. inc. fab. VI.

scicidi in ius *scripsi* scicidi minus (*h. e.* in iuus) *Grut. Sang. et corr. alt. m. in* scicidimus *Bong.* sciscidimus *Reg.* conscindam, n *in ras.*, *Barb.* concidam *x*, *recte ut vid.*

## TRIBACELVS*

95 Deos quaéso ut adimant ét patrem et matrém meos.

Donatus in Ter. Adelph. IV 1, 5 'moriatur scilicet. et hoc aduersus seruum debet dicere, ne indecorum adulescentis personae sit haec ita dixisse, quamuis eius modi adulescentes inducant comici, ut Naeuius in Tribacelo: deos' e. q. s. (Neuius Lugd., cuius Dresd. tribacelo scripsi tribascelo ed. Mediol. tribaselo cod. Lugd. tribasello Gand. ter baselo Dresd. Triphallo Bothius) cf. Plauti Most. 233.

adimant *Dresd.*, *edd. Rom. Vind.* adimantur *Lugd.* adiuuent *Gand.*, *edd. Med. Tarv.* et matrem et patrem *Lugd.*

## TRIPHALLVS

Cf. Varronis satura *Τρίφαλλος περὶ ἀρρενότητος*.

Si cúmquam quicquam fílium rescíuero
Argéntum amoris caúsa sumpse mútuum:
Extémplo illo te dúcam, ubi non déspuas.

Gellius II 19, 6 'aliter enim dictum esse resciui aut rescire apud eos, qui diligenter locuti sunt, nondum inuenimus, quam super is rebus, quae aut consulto consilio latuerint aut contra spem opinionemue usu uenerint. Quamquam ipsum scire de omnibus communiter rebus dicatur uel aduersis uel prosperis uel insperatis uel expectatis. Naeuius in Triphallo ita scripsit: si' e. q. s.

1 si cumquam *conieci antequam proposuit Bergkius: olim initio versus thesin* (*e. c.* at) *excidisse statueram.* si umquam *ω* sin u. *x* umquam si *Carrio* 2 amori *Rott.* sumpse *Fruterius, Carrio* sumpsisse *Reg. Vat.* sūpsiſse (use *corr. in* isse) *Rott.* 3 *de pistrino et de capistro molentium ori adfixo interpretatur Gronovius* te illo *Bothius: cf. Skutsch Plaut. et Rom.* 138

## TVNICVLARIA

### I

Théodotum
Compeíles . . qui áras Compitálibus
Sedéns in cella círcumtectus tégetibus
Larés ludentis péni pinxit búbulo.

Festus p. 230 M. 'penem antiqui codam uocabant — — dictum est forsitan a pendendo. Naeuius' (neut' cod. teste H. K.) 'in Tunicularia: Theodotum' e. q. s. 'significat peniculo grandi, id est coda.' Acumen horum versuum in eo positum videtur, quod trivialem nulliusque artis tabulam picturus tamen quasi divinum opus esset aggressus undique se circumsaepsit Theodotus. Hunc autem cautissimum et optime munitum virum ex ipsa aede furari posse callidus fur dicitur. 'Ludentes' lares saltantes intellexit H. Jordanus annall. instituti archaeol. 1862 p. 338 (cf. mythol. Rom. II 112).

2 compeiles *scripsi* compellas *cod.* compella *Scaliger lacunam expleas vel* sanctas *vel* nuper *inserendo* aris *Maehly,*

*item susp. H. Jordan ('Vesta et Lares.' Berolini* 1865 *p.* 19) Theódotum, cumulans qui aras *Bue* 3 circumtectus *O. Muellerus* circumtectuas *cod.* circumtecta *Scaliger* circum tectos *Maehly*: *facilius* circumtectas, *scil.* aras, *probaverim*

II

éxbolas
Quássant aulas.

Varro de l. l. VII 108 M. 'apud Naeuium in Hesiona..... in Tunicularia: exbolas quassant aulas' (aulas quassant Goth.), 'quae eiciuntur, a Graeco uerbo ecbole dictum.'

III

eius nóctem nauco dúcere

Festus p. 166 M. 'naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis — — — et Naeuius in Tunicularia: eius' e. q. s.

nauci *Bothius*

INCERTARVM FABVLARVM

I

Patí necesse est múlta mortalés mala.

Hieronymus ad Heliodorum epist. LX 14 (t. I 349) 'Naeuius poeta pati, inquit, necesse est m. m. m.'

mortales *Sauppius Philol.* 21, 157 *ex codice Guil. Libri saec.* 7 *vel* 8, *ubi* mortales est (*sed* est *compunctum*) *legitur.* mortalem *vulgo*

II

Dictátor ubi currum ínsidit, peruéhitur usque ad óppidum.

Varro de l. l. V 153 M. (deficit hic Flor.) 'in circo primum unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres, Naeuius oppidum appellat. carceres dicti, quod coërcentur equi ... quod ad muri speciem pinnis turribusque carceres olim fuerunt, scripsit poëta: dictator' e. q. s. Inter belli Punici fragmenta a multis falso relatum. Cf. coroll. XVIII.

curru *conieci* insidet *Fleckeisenus*

III

Etiám qui res magnás manu saepe géssit gloriόse,
Cuius fácta uiua núnc uigent, qui apud géntes solus
praéstat,
Eum suús pater cum pállio unód ab amíca abduxit.

Gellius VII 8, 5 'Scipionem istum, uerone an falso incertum, fama tamen, cum esset adulescens, haud sincera fuisse et propemodum constitisse, hosce uersus a Cn. Naeuio poëta in eum scriptos esse: etiam' e. q. s. 'His ego uersibus credo adductum Valerium Antiatem aduersus ceteros omnis scriptores de Scipionis moribus sensisse.' Desunt in Par. et Rott. Cf. Fleckeiseni Epist. crit. ad M. Hertzium p. 29.

1—3 *septenarios iambicos agnovit Klussmannus* 1 magnas manu saepe *ω*, *probavit Bue quoque lat. decl.* 49 manu magnas saepe *vel* manu saepe magnas *Fleckeisenus l. l.* magnas manu sua *Bergkius symb.* I 108. saepe egit *Palmerius*; *ego conieci* per gessit gloriose *coroll.* XVIII 3 palliod unod *Bue annall. philoll.* 1867 *p.* 68 *et Ritschelius excurs. nov. Plaut.* I 65, *quorum ille tamen hiatum in caesura non repudiavit.* pallio uno *ω* pallio uno saepe *Bergkius* amica *deteriorum pars* amico *ceteri cum Vat.* pallio ab amico abduxit uno *Klussmannus* *Parum probabilem horum versuum distributionem proposuit CFW Muellerus prosod. Plaut.* 200

IV

regum fíliis
Línguis faueant átque adnutent, néc ⟨animis⟩ subséruiant.

Fronto epist. II 10 p. 33 Nab. 'item quod Plautus egregie in Colace super eadem re ait [fr. II G.]: quí data fide firmata fidentem fefellerint Súbdoli subsentatores, regi qui sunt proximi, Qui áliter regi dictis dicunt, aliter in animo ⟨autem⟩ habent. Haec enim olim incommoda regibus solis fieri solebant: at enim nunc adfatim sunt qui et regum filiis, ut Neuius ait, linguis' e. q. s.

regum filiis *utrum Naevii an Frontonis sit dubitari potest* nec *scripsi* (haut *olim*) Et *initio noui laterculi cod. teste Studemundo ad Klussmanni emend. Front. p.* XXVI animis *suppl. Bue* at sibi re *fuit cum conicerem*

V

Líbera linguá loquemur lúdis Liberálibus.

Pauli Festus p. 116 M. 'Liberalia Liberi festa, quae apud Graecos dicuntur Διονύσια. Naeuius: libera' e. q. s.

VI

113[1] Pantaleo Pisatilis

Festus p. 210 M. 'Pisatilem appellat Naeuius Pantaleontem, id est e Pisis oriundum tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur.' Paulus p. 211 M. 'Pisatilem Naeuius dixit e Pisis oriundum.' Pisalitem Festi cod. Pisatem Lindemannus. Pisatidem Meinekius Del. anth. Gr. 239. Heraclides Politiarum c. 6 (hist. Graec. II p. 213 M.): *Πανταλέων ἐβασίλευσεν ἐν τούτοις, ὑβριστὴς καὶ χαλεπός. οὗτος πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας ἐκτεμὼν ἠνάγκασε καταφαγεῖν τοὺς ὄρχεις.* Cf. Pausanias VI 21, 1. Fortasse in Testicularia huius tyranni mentio facta est.

VII

Tantum íbi molae crepitúm faciebant, tíntinnabant cómpedes.

Festus p. 364 M. 'tintinnire est apud Naeuium hoc modo: tantum' e. q. s. Paulus p. 365 M. 'tintinnire et tintinnabant Naeuius dixit pro sonitu tintinnabuli.' Fortasse ipse poeta quid in carcere passus sit enarrat: cf. Arioli fr. I.

ubi *Vaticani RS* strepitum *Kiesslingius propter Ennii com. v.* 4. molae Crepitúm *e. q. s. Bue*

VIII

115 . utrum scapulae plús an collus cálli ⟨mi⟩ habeat, néscio.

Nonius 200, 25 'collus masculino ..... Neuius Cor: utrum' e. q. s. (Naeuius Colace Junius Animadv. VI 10 'e codice suo', Hermannus opusc. II 279. fort. Corollaria)

utrumne *Kiesslingius* uerum *x*: *expleverit primam syllabam e. c.* sed *vel* nam *vel* (*ut Bue*) quod plus angulus *FL* habeat calli *Hermannus*

IX

'Ecqui fuerit pérsibus, cum argénti adest orátio?

Festus p. 217 M. 'persibus' (ita Scaliger Coni. in Varr. 160 persicus cod.) 'peracutum significare uidetur, ut Plautus — Naeuius: et qui' e. q. s. Cf. Demetrius.

et qui fuerit persicus carpenti adstratio *cod.*, *in quibus* adest ratio *latere videbatur Augustino*, captanda est ratio *Dacerio*, carpenda est ratio *Bothio* (carpenti adstratio *invicem tueri sentit Bue*) *Cf. Paroem. gr.* II 727 *χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτείτω λόγος*

X

Non hércle apluda est hódie quam tu néquior.

Pauli Festus p. 10 M. 'apluda est genus minutissimae paleae frumenti siue panici, de qua Naeuius: non' e. q. s. Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 54 'appluda, sorbitiuncula ex paleis facta. Naeuius: non' e. q. s.

est hodie apluda nequior quam tu *thesaurus*

XI

Péssimorum péssime, audax, gáneo lustro áleo!

Pauli Festus p. 29 M. 'aleonem aleatorem.' Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 30 'hic aleo, nis ·i· ille qui assidue cum aleis ludit, unde Naeuius: pessimorum' e. q. s.

lurco *Pauli Wolfenb.*, *Bothius*   audax] euax *ab altero exclamari potuisse olim monui*

XII

Vagus ést et lustro

Thes. nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 313 'hic lustro, nis ·i· ille qui uagus est et nihil agit nisi fora lustrat, unde Naeuius de quodam: uagus, inquit, est et lustro'.

XIII

Risi égomet mecum cássabundum ire ébrium.

Varro de l. l. VII 53 M. 'apud Naeuium: risi' e. q. s. 'cassabundum a cadendo.' (Neuium Flor. Ennium Goth. Haun.) Placidi glossa in CGl. V 52: 'cassabundum, dubitantem titubantem.' Cf. IV 29. 316.

XIV

Cócus edit Neptúnum Cererem . . . . . . .
'Et Venerem expertám Volcanom, Líberumque obsórbuit
Páriter.

Gloss. Vatic. et Cassin. in CGl. V 521. 565 'Ceres frumentum uel panem, Liber uitem uel uinum, Venus libidinem uel olera, Neptunus aquam uel pisces, Vulcanus ignem uel solem significant. cocus ... obsorbuit, id est cocus comedit pisces et panem et olera cocta ad ignem et uinum pariter bibit.' Pauli Festus p. 58 M. 'cocum et pistorem apud antiquos

eundem fuisse accepimus. Naeuius: cocus, inquit, edit N. Venerem Cererem. significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem holera.' Thes. nov. Lat. l. l. VIII 131 'et notandum quod coquus et pistor idem apud antiquos dicebantur, unde Ennius: coquus ... Venerem.'

1 *sqq. Versus constituit Landgraf in Woelfflini arch.* 9, 172 *sq.* 1 Venerem Cererem *Paulus* 2 experta *Cassin.* uulcanum *Cassin.* uulcano *Vat., praefert Bue* 3 pariter obsorbuit *Cassin.* p. absorbuit *Vat.*

XV

. . petimine porcino qui méruerat

Festus p. 209 M. 'petimina in umeris iumentorum ulcera — eo nomine autem et inter duos armos suis quod est aut pectus ('nectos' cod.) appellari solitum testatur Naeuius in descriptione suillae ('sullae' cod.) quom ait: petimine' e. q. s.

porcino *Dalecampus in Plin. n. h.* II 37 piscino *cod. An* qui Piceno? (*cf. Martialis* XIII 35 filia Picenae uenio Lucanica porcae) meruerat: *cf. coroll.* XIX

XVI

penita offa

Festus p. 242 M. 'penitam offam Naeuius appellat absegmen carnis cum coda: antiqui autem offam uocabant abscisum globi forma, ut manu glomeratam pultem.' Idem 230 'penem antiqui codam uocabant. a qua antiquitate etiam nunc offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita uocatur.' Cf. Arnobius adv. gent. VII 24, 230.

XVII

123 Mérula ⟨mea⟩ sandéracino ore!

Festus p. 325 M. 'sanderacam [ait esse genus coloris,] quod Graeci sa[ndycem appellant.] Naeuius: meru[la sanderacino ore.]' Paulus p. 324 M. 'sandaraca genus coloris.'

mea *metri explendi causa inserui: sic blandiri puellae amator potuit* sandaracino *Paulus*

XVIII

bilbit ámphora

Pauli Festus p. 34 M. 'bilbit factum est a similitudine sonitus, qui fit in uase. Naeuius bilbit amphora inquit.'

Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 67 'et bilbo, is. uerb. neut. · i · sonitum facere ad similitudinem noui musti et nouae cereuisiae, quando spumescit in dolio, unde Naeuius bilbit amphora inquit.' ibidem p. 77 'bilbire dicitur uinum quando spumat et sonat spumando.' Cf. Philoxeni gloss. CGl. II 29, 50. 38 'bilbit βομβύζει' et 'bilibit ἐπισχιασμὸς φωνῆς.' Adde V 171, 23.

amphora inquit *Naevio tribuit O. Muellerus*

XIX

An náta est sponsa praégnas? uel aï uél nega.

Diomedes p. 370 P. 'aio uerbum ... de cuius imperatiuo non nulli ambigebant. uerum dictum est ai, ut Naeuius alicubi: an' e. q. s. Priscianus p. 875 P. 'aio ... imperatiuus in i terminans ... Naeuius: an' e. q. s. p. 906 P. 'aio ... imperatiuo in i terminante. sic enim Probus de dubio perfecto tractans ostendit Naeuium protulisse: an' e. q. s. idem paulo infra 'quod autem in aliis' (sc. personis, dicit de prima sing. et tertia plur.) 'corripitur' (vocalis a), 'ostendit usus ... Naeuius: an' e. q. s. (neuius Reg. Bong. ennius Bamb. Halb. Sang. Grut. Carolir.)

an est nata *Diomedes* est sponsa est *Carolir. Prisc.* 875

XX

Vél quae sperat sé nupturam uíridulo adulescéntulo,
'Ea licet senīle tractet détritum rutábulum.

Festus p. 262 M. 'rutabulum est quo rustici in proruendo igne panis coquendi gratia [utuntur.] Nouius in Pico — — Nauius obscenam uiri partem describens: uel quae' e. q. s. (Naeuius vulgo Nouius Augustinus)

1 *Malim* quaé desperat uiridulo *scripsi* uiri *cod.* diuiti *coni. Bue* adolescentulo *Vrsinus* adulescentulos *cod.* uel quae desperat nupturam se uiro adulescentulo *Bothius* 2 detritum *x* retritum *cod.* (*cor.* XIX)

XXI

Sónticam esse opórtet causam, quam óbrem perdas múlierem.

Festus p. 290 M. 'sonticum morbum in XII significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa, quem non nulli putant

esse qui noceat, quod sontes significat nocentes. Naeuius ait: sonticam' e. q. s. Paulus p. 291 M. 'sonticum iustum. Naeuius: sonticam' e. q. s.

XXII

Haec quídem hercle, opinor, praéfica est: nam mórtuum collaúdat.

Varro de l. l. VII 70 M. 'praefica dicta, ut Aurelius scribit, mulier ad luctum quae conduceretur, quae ante domum mortui laudeis eius caneret ... quibus testimonium est quod fretum est Naeuii: haec' e. q. s. quod tritum est Bue quod facetum (vel facete dictum) est conieci: certe quod est non oblitterandum, cf. e. c. 15. 28. 46. Pauli Festus p. 223 M. 'praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae. Naeuius: haec' e. q. s.

haec quidem] equidem *coni. A. Spengel* mehercle ***Paulus*** nam *Varro* quae sic *Paulus (unde alterum septenarium incipere voluit Ritschelius Parerg.* I 99) quasi *conieci. Placent numeri Bothiani*

XXIII

Quíd si taceas? dúm ⟨modo⟩ uideat, tám sciat quid scriptúm siet.

Festus p. 360 M. 'at antiqui tam etiam pro tamen usi sunt, ut Naeuius: quid' e. q. s.

*Numeros sequor Bothianos* quod *Vatic. R* qui *mg. Vrsin.* taceas *scripsi*: *cf. Plauti Bacch.* 35 taceat *cod.* quod *Vatic. R* siet *Bothius* sit *cod.*

XXIV

butubatta

Pauli Festus p. 36 M. 'butubatta Naeuius pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis.'

XXV

concipilauisti

Pauli Festus p. 62 M. 'concipilauisti dictum a Naeuio pro corripuisti et inuolasti.' Cf. G. Loewii Prodrom. XIII.

XXVI

consponsi

Varro de l. l. VI 70 M. 'qui idem faciat obligatur sponsu,

consponsus. hoc Naeuius significat cum ait consponsi.' ('quidem faciat obligatur sponsus' ω, corr. Spengelii. neuius Flor. De titulo fabulae 'Consponsi' cogitat A. Spengel.) Pauli Festus p. 41 M. 'consposos antiqui dicebant fide mutua colligatos.' Cf. Romuli fr. II.

XXVII

. . . . depúit me miseram ád necem. 134

Thes. nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 175 'depuire uerberare. Naeuius: depuit' e. q. s. Cf. PauliFestus p. 70 M. 'depuuere, caedere. Lucilius: palmisque misellam depuuiit me.'

depuit *thesaurus, prob. Solmsen Stud. z. lat. Lautgesch.* 166

XXVIII

Ingúrgitauit úsque ad imum gútturem.

Nonius p. 207, 20 'guttur neutri est generis ... masculino Plautus ... Lucilius ... Neuius: ingurgitauit' e. q. s. Novio olim dederam (fr. XIV).

XXIX

. ánimum amore cápitali compléuerint

Fronto epist. p. 27 Nab. 'litterae ad me tuae ... non satis proloqui possum ut animum meum gaudio in altum sustulerint, desiderio fraglantissimo incitauerint, postremo, quod ait Neuius, animum a. c. compleuerint.' Olim inter Noviana (fr. IX) rettuleram.

compleuerint *an quod in cod. est* conpleuĕrunt *an plane alia forma usus sit Naevius, incertum: cf. Leo Pl. F.* 280

XXX

nunc prímulum
Amásco.

Diomedes p. 334 P. 'amo ueteres inchoatiuo modo amasco dixerunt ... Naeuius: nunc p. a.' Neuius Monac. nevios Pariss. AB, ut fortasse Nouius fuerit.

1 *sq.* primolum *Parisini AB Monac.* amasco primulum *Forcellinius*

Adde praeterea Afranii inc. fab. XXVII.

# TRABEA

## EX INCERTIS FABVLIS

### I

Léna deleníta argento nútum obseruabít meum,
Quíd uelim, quid stúdeam. adueniens dígito inpellam iánuam:
Fóres patebunt. de ínprouiso Chrýsis ubi me aspéxerit,
'Alacris obuiám mihi ueniet cómplexum exoptáns meum,
Míhi se dedet: Fórtunam ipsam anteíbo fortunís meis.

Cicero Tusc. disp. IV 31, 67 'aliter enim Naeuianus ille gaudet Hector: laetus sum' e. q. s. 'aliter ille apud Trabeam: lena ... dedet. quam haec pulchra putet, ipse iam dicet: Fortunam ... meis.'

3 fori' patebit *Bentleius* *Versus* 5 *particulas coniunxit Bentleius*

### II

'Ego uoluptatem ánimi nimiam súmmum esse errorem árbitror.

Cicero Tusc. disp. IV 15, 35 'quae' (appetitio nimia) 'si quando adepta erit id, quod ei fuerit concupitum, tum ecferetur alacritate, ut nihil ei constet quod agat, ut ille qui uoluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitratur.' In quibus Trabeae versum latere perspexit Bentleius. Cicero ad fam. II 9 'repente uero incessi omnibus laetitiis laetus. In quo cum obiurgarer quod nimio gaudio paene desiperem, ita me defendebam: ego uoluptatem animi nimiam.' Idem de fin. II 4, 13 'nam et ille apud Trabeam uoluptatem animi nimiam laetitiam dicit.' Idem poetae dictum vide an respiciant illa Ciceronis ad Paetum IX 21 'ain tandem? insanire tibi uideris, quod imitere uerborum meorum, ut scribis, fulmina? tum insanires, si consequi non posses. cum uero etiam uincas, me prius inrideas quam te oportet. quare nihil tibi opus est illud a Trabea, sed potius ἀπότευγμα meum.' Paetum Trabeae versu quodam usum esse quo significaret non succedere ipsi quod aggressus erat, coniecit

Manutius; immo ipsam illam imitandi insaniam vel *ἀπό-τευγμα* nimiam sibi esse animi voluptatem videtur Paetus scripsisse.

animi] homini *cod. ep. ad fam.* errorem] aegrorem *Bentleius, quod verum non esse apparet loco ad fam.* II 9 arbitror *Bentleius. Trabea quo verbo usus sit nescimus: fortasse* autumo *scripsit*

# ATILIVS

## MISOGYNOS

Menandri fabula *Μισογύνης* fuit.

Cicero Tusc. disp. IV 11, 25 'odium mulierum quale in misogyno Atili est.'

## EX INCERTIS FABVLIS

### I

Suam quoíque sponsam, míhi meam: suum quoíque amorem, míhi meum.

Cicero ad Att. XIV 20, 3 'cum . . . scripsissem ad eum' (Brutum) 'de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit sibi illud, quod mihi placeret, non probari: quare sine quaeso sibi quemque scribere. Suam cuique' e. q. s. 'non scite: hoc enim Atilius poëta durissimus.'

cuique (*bis*) *edd.* quoque (*bis*) *Med.*

### II

Pér laetitiam líquitur animus. 2 3

Varro de l. l. VII 106 M. 'Aurelius scribit delicuum esse ab liquido, Claudius ab eliquato. si quis alterutrum sequi malet, habebit auctorem apud Atilium: per l. l. a. A liquando liquitur fictum.' (Accilium Turnebi cod. Attilium Haun. Caecilium cod. B) Nisi forte ex Electra Atilii haec petita sunt: cf. Soph. El. 871 ὑφ' ἡδονῆς τοι, φιλτάτη, διώκομαι κ. τ. λ.

liquitur *verbi mensuram monstravit Bue annall. philoll.* 1869 *p.* 488. 536: *cf. Plauti Trin.* 243

III

Cape caéde, Lyde, cóme conde . . .

Varro de l. l. VII 90 M. 'apud Atilium: cape' e. q. s. 'cape, unde accipe; sed hoc in proximo libro retractandum.' (Acilium cod. B)

cede *Flor.* Lyde *edd. vulg., probavit Lachmannus in Lucr.* 324 lide *ω*, *tuetur O. Muellerus* elide *susp. Spengelius* lude *Scaliger* dide *Palmerius* come *Bue* coëme *intellegi vult* conde] tunde *Turnebus*

# AQVILIVS

## BOEOTIA

Cf. *Βοιωτία* Antiphanis Theophili Menandri.

I

Vt illúm di perdant, prímus qui horas répperit,
Quique ádeo primus státuit hic solárium!
Qui míhi comminuit mísero articulatím diem.
Nam ⟨unúm⟩ me puero uénter erat solárium
Multo ómnium istorum óptumum et uerissumum:
Vbiuís monebat ésse, nisi quom níl erat.
Nunc étiam quom est, non éstur, nisi solí lubet.
Itaque ádeo iam oppletum óppidumst soláriis,
Maiór pars populi ⟨iam⟩ áridi reptánt fame.

Gellius III 3, 4 'alias probauit' (Varro) 'adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto uindicauit sicuti istam quam nuperrime legebamus, cui est nomen Boeotia. nam cum in illis una et uiginti non sit et esse Aquili (aqli, i scr. supra q, Vat. Rott.) dicatur, nihil tamen Varro dubitauit quin Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitauerit, si uel hos solos ex ea fabula uersus cognouerit, qui quoniam sunt, ut de illius Plauti' ('Plauti' delendum videtur) 'more dicam, Plautinissimi, propterea et meminimus eos et ascripsi-

mus. Parasitus ibi esuriens haec dicit: ut illum di perdant' e. q. s. Cf. Ammianus Marcellinus XXIII 6, 77 'uenter unicuique' (Persarum) 'uelut solarium est, eoque monente quod' (quom?) 'inciderit editur' XIX 8, 8 'arida siti reptantes' (v. 9). Cf. Hertzius rament. Gellian. V p. 18 et Herm. 8, 286. Disputavit de Gelliano capite Ritschelius Parerg. I 83 sqq. 123 sqq. 208. De solariorum mentione vide nunc quae Ostermayer de hist. fab. in com. Pl. p. 57 et Leo Pl. F. 138 monuerunt.

4 unum *Hertzius*, *om.* ω olim *Ritschelius* nam me puerulo *Bentleius* (puello *Hertzius*) ueter ψ (*cf. cor.* XX) 6 ubiuis *scripsi* ubi iste ω ubiuis ste *Hertzius*, *prob. Fleckeisenus*, *sed cf. Skutsch p.* 146 ubi ubi *cum edd. vett. Ritschelius* iuste *Bue* usque is *Goetzius* ubi is non *conieceram* *Integra sententia excidisse videtur CFW Muellero l. l.* 364 7 quom *Bothius* quod ψ quid *Rott.* estur *edd. vett.* est ω 8 oppidum est *Hermannus* est oppidum ω 9 popli pars *Bothius* iam *Hertzius olim*, *om.* ω arida *ad Ammiani exemplum Hertzius* ut a. reptent *Ritschelius*

II

Vbi prímum accensus clámarat merídiem

Varro de l. l. VI 89 M. 'accensum solitum ciere Boeotia ostendit, quam comoediam Aquilii esse dicunt, hoc uersu: ubi' e. q. s. (Aquilii Turnebus alii libri. Cf. Ritschelius Parerg. I 11 sq.)

clamant *Guelf.*[1] clamarit *Laetus* clamauit *Osannus*: *an* clamabat?

# LICINIVS IMBREX

## NEAERA

Cf. *Νέαιρα* Timoclis et Philemonis. Vel miles vel parasitus assentator amatae eius dicere videtur.

Nolo égo Neaeram té uocent, sed Nérienem,
Cum quídem Mauorti es ín conubiúm data.

Gellius XIII 23 (22), 16 'praeter Plautum etiam praeterque Gellium Licinius Imbrex, uetus comoediarum scriptor, in fabula quae Neaera scripta est ita scripsit: nolo' e. q. s. 'Ita autem se numerus huiusce uersus habet, ut tertia in eo nomine syllaba contra quam supra dictum est corripienda sit, cuius

sonitus quanta apud ueteres indifferentia sit notius est quam ut plura in id uerba sumenda sint.'

1 neaerem *Lugd.* neaera *Germ. Petav.* neaere *Par.* *De formae* Nerienem *mensura cf. Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 32 2 quandoquidem *Bothius* quoniam quidem *Fleckeisenus* Mauorti *scripsi* Marti ω ē *Voss. Germ.* ē *Petav.* *Numeros iuvabit qui* es ípsi in coniugiúm (*s.* concubium, *ut prop. Luchs stud.* I 72) data *scripserit*

# CAECILIVS STATIVS

Servavi ordinem nominum qualem indicat Gellius IV 20, 13, quamquam S t a t i u s C a e c i l i u s appellatur in Hieronymi chronico (cf. de praenom. c. 4).

## AETHRIO*

Aethrio vel Aetherio. Aetherium Iovem intelligebat Spengelius p. 6 Amphitruoni non multum dissimilem fabulam fuisse coniciens; et deorum sane partes in ea fuisse videntur secundum fr. IV, nisi forte metonymice Mercurius dicitur: ipsum adeo A m p h i t r i o n i s nomen optimi libri Nonii commendant, quod reciperem, nisi Festi et Diomedis obstarent testimonia. A e s c h r i o n e m Apollodori Caecilius transtulisse videtur Meinekio hist. cr. 461. A e t h r i o n e m saturam Varronianam a Nonio p. 91 laudari incerta coniectura opinatus est Vahlenus anal. Non. 27.

### I

De nócte ad portum súm prouectus prósumia.

Nonius 536, 12 'p r o s u m i a nauigii genus. Caecilius Meretrice ... idem A e t h r i o n e: de nocte' e. q. s. (a n t r i o n e HL[1]W a m p h i t r i o n e Ba χ, Junius)

a portu *Quicherat* prouectus *Ba χ* profec *W* profectus *φ*

### II

Ei périi: quid ita número uenit? fúge domum.

Festus p. 170 M. 'Panurgus Antonius haec ait: n u m e r o nimium cito, celeriter nimium — — celeriter. Caecilius in A e t h i o n e: ei' e. q. s. (A e t h r i o n e Vrsinus)

perii *vulgo* peri *cod.* fuge *Augustinus in mg.* fuce *cod.* hei perii! ‖ quid ita? ‖ numero uenit. ‖ fuge domum! *Spengelius*

### III

Orám reperire núllam, qua expediám, queo.

Festus p. 182 M. 'orae extremae partes terrarum, id est maritimae dicuntur, unde et uestimentorum extremae partes, quae quidem et primae dici possunt. Caecilius in ethrione usus est pro initio rei, cum ait: oram' e. q. s.

qua *Spengelius* quam *cod., tuetur Lachmannus in Lucr.* 223

### IV

Cúm Mercurio cápit consilium, póstquam sentinát satis.

Festus p. 339 M. 'sentinare, sat agere, dictum a sentina, quam multae aquae nauis cum recipit, periclitatur. Caecilius in ethrione: cum' e. q. s. Paulus p. 338 M. 'sentinare, sat agere, dictum a sentina nauis, quam quis ut aqua liberet euacuare contendit. itaque sentinare est subtiliter periculum uitare. Caecilius: capit' e. q. s.

*An post* consilium *gravius interpungendum, reliqua oratio ut non absoluta sit?*

### V

. actutum, uóltis, empta est: nóltis, non empta ést . .

Diomedes p. 381 P. 'apud veteres reperimus id quod nolumus, non uultis * ut est in Aethrione apud Caecilium: actutum uultis' e. q. s. (sic edidit H. Keilius. in etherione apud lucilium Pariss. AB Monac. in etheriore apud lucilium 'ms. cod.' C. Scioppii apud lucilium edd. vett. apud Caecilium Statium I. Beckerus Philol. IV 78)

*Supplere possis* áge iam *vel* agite  actutum *recenti m. ascriptum in Monac.* acti*um *Paris. A* actiuum *Paris. B Mon., om. edd. vett.* empta Noltis *'ms. cod.' C. Scioppii* non emo *vel* non erit, *ut senarius fiat, Bue  Septenarium vel* eadem erit *vel* est item *concludere potuit*

### ANDREA

Andria Caecili num recte feratur dubitat Ritschelius Parerg. I 133, quod cum ex Graecis Menandria sola nota sit, si eandem, quam Caecilius olim dederat, repetere ausus esset Terentius, vix ei in prologo de ea re tacere licuisset. Sed Andrea potest vel Ἀνδρέας vel (cum Dziatzkone) Ἀνδρεία in-

tellegi, ne de Androgyno, quod compendio scriptum fuerit, dicam.

Condúcit nauem pútridam . . . .

Nonius 152, 17 'putidum, putre ... Caecilius Andrea: c. n. p.'

˙ putidam *Vrbin.* 307, *edd. cf. Lachmannus ad Lucr.* 3, 871

## ANDROGYNOS

*Ἀνδρόγυνος* Menandri?

### I

Sepúlchrum plenum taéniarum, ita út solet.

Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno: sepulchrum' e. q. s. (lucilium Vaticani RS.)

uti solet *vel* ut adsolet *praestat fortasse*

### II

Séd ego stolidus: grátulatum méd oportebát prius.

Festus p. 317 M. 'stolidus, stultus — — Caecilius in Hypobolimaeo — et in Andronico: sed' e. q. s. (Androgyno Augustinus)

med oportebat *Bothius* me ... oporteat *cod.* tibi me oportebat *Umpfenbachius*

## ASOTVS

*Ἄσωτοι* fuerunt Antiphanis et Eutychis, *Ἄσωτος* Timostrati. Amicam, ni fallor, noctu clanculum a se in domum paternam ductam esse narrat adulescens asotus fr. I, de eodem fr. II patri sermo est vel cum sene amico vel cum servo. Obsonantis sumptus tanguntur fr. III. Parasitum loquentem habes fr. V et VI.

### I

nam ego
Duábus uigiliís transactis dúco desubitó domum.

Nonius 517, 13 'desubito ... Caecilius Asoto: nam' e. q. s. (asato Bamb. item fr. II. III. VI. VII)

1 nam] eam *Scaliger* me *ante* ego *quidam inseri voluit* 2 ducor *vir doctus in Stephani exemplari* *Fortasse cum Bue continuandus octonarius*

II

Ad amícos curret mútuatum. — Mútuet
Mea caúsa.

Nonius 474, 1 mutuet mutuum sumat. Caecilius Asoto: ad' e. q. s.

1 *sq. septenarium continuare maluit cum Bothio Spengelius* 2 causa mea *in octonario Quicherat* *An sibi ipse respondet?*

III

Iam dúdum depopulát macellum

Nonius 471, 16 'populat est et passiuum populatur...'

depoplat *in senario O. Brugmanus p.* 48

IV

Tun iám callebis, ílle festus désidet?

Nonius 258, 10 'callet etiam dictum a callositate.'

tun *scripsi* tunc *B* tum *φ* tu *vulgo* festum *Palmerius* fessus *Scaliger*

V

Meretíssimo hic me eiécit ex hac décuria.

Nonius 139, 19 'meritissimo. Turpilius Paraterusa [II] Caecilius Asoto: 'meretissimo' e. q. s. ('Turpulius paraterus meretissimo' mediis omissis Bamb.) Cf. Plauti Pers. 143.

meretissimo *Ba* meritissimo *φ*

VI

Nihílne, nil tibi ésse quod edim? . . .

Nonius 507, 4 'edim pro edam.'

nihil nehil $H^1$ *L* nihilne *Ba* nihilne nihil *φ* edim *edd.* dedi $H^1$ edi *φ*

VII

Nihíl fore opino intér me atque illum . . .

Nonius 475, 4 'opino pro opinor ...'

*Iambos discripsit Spengelius, trochaeos posito* nil *Bothius* opinio *Ba* me *Ba H* mea *φ*

## CHALCIA

Fr. I fortasse ad eundem senem referendum est, de quo in cognomine Menandri fabula *Χαλκεῖα* haec (III) dicuntur: ***οὐκ ἂν γένοιτ' ἐρῶντος ἀθλιώτερον Οὐδὲν γέροντος πλὴν ἕτερος γέρων ἐρῶν· Ὃς γὰρ ἀπολαύειν βούλεθ' ὧν ἀπολείπεται Διὰ τὸν χρόνον, πῶς οὗτος οὐκ ἔστ' ἄθλιος;***

### I

Sat híc uicinus †se as peperisset †uobis

Nonius 464, 22 'parere etiam uiros dici posse Caecilius auctor est Chalciis: sat' e. q. s. 'dictum id prudenter et mutuatum ab Homero: ***αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.***' (Chalciis Spengelius Calchis libri   dictum id prudenter et mutuatum Grauertus Anal. 111 datum id prudente mutuatum libri   datum. Id prudenter mutuatum, ut datum Caecilii esset, Bothius.   datum. Dictum id prudenter et natum Spengelius.

ait hic *Grauertus* ait *Bentleius*   se eas *Bentleius* se has *Bue* eas *vel* autem eas *Grauertus* saeuas *vel* seruas *latere potest*, asses *olim scripsi*   peperisset *scripsi* perisse (perasse *Ba*) et *ω* peperisse *Aldus* peperisse e *Bentleius* p. se *Grauertus*   uobis *initio uersus seq. Grauertus* bonos *vel* bonas *vel* leuis *vel* bonis *latere dubitanter suspicor*

### II

numquid nám fores
Fecére soniti?

Nonius 491, 25 'soniti et sonu pro sonitus et sono Pacuuius Duloreste: quidnam ... Caecilius Calcis: nam quidnam' e. q. s. (Chalciis Junius)

1 *Licet cum Bue septenarii partem* númquid nam f. f. s. *continuare*   numquid nam *Grauertus* nam quidnam *ω* nam quid *Bothius*, *non inprobatum Spengelio*, *qui tamen ipse* nam quid iam *vel* nam quid nunc *proposuit*. *Conici etiam* numquid iam *vel* nunc quidnam *possit*   fortes *W*   2 facere *Ba W*

## CHRYSION

'Chrysion' (immo Crusion) non 'Chrysius' scribendum esse vidit Spengelius p. 6: cf. inc. fab. XXXVI. In Antiphanis Chryside (II) habes: ***τέτταρες δ' αὐλητρίδες Ἔχουσι***

μισθὸν καὶ μάγειροι δώδεκα Καὶ δημιουργοὶ μέλιτος αἰτοῦσαι σκάφας.

. . quamquam ego mercéde huc conductús tua
Aduénio, ne tibi me ésse ob eam rem obnóxium
Reáre: audibis mále, si male dicís mihi.

Gellius VI 17, 13 'quis adeo tam linguae Latinae ignarus est, quin sciat eum dici obnoxium, cui quid ab eo, cui esse obnoxius dicitur, incommodari et noceri possit, et qui habeat aliquem noxae, id est culpae suae conscium? ... qua uero ille grammaticus finitione usus est, ea uidetur in uerbo tam multiplici unam tantum modo usurpationem eius notasse, quae quidem congruit cum significatu, quo Caecilius usus est in Crysio in his uersibus: quamquam' e. q. s. (Crysio in Reg. Vat. c$^{i}$sio in Rott.) Coquus loquitur.

1 hac ·ad ductus *Rott.* 2 obnoxium ob eam rem *Rott.* 3 dicis *Vat.* dixis *Carrio*

## DARDANVS

Δάρδανος Menandri?

Nil Spéi ego credo, ómnis res spissás facit.

Nonius 392, 15 'spissum significat tarde.' (tardano BGH)

nil Spei ego *scripsi* (*eodem verborum ordine Lindsay class. rev.* X 1896 *p.* 425) nihil ego spei $H^2LW$ (ei *ante* ego *fuit cum inseri vellem*) nihil rei ego $BGH^1$ nil égo spei credo, quom *prop. quidam* spissa *BP*

## DAVOS

Ea túm conpressa párit huic puerum, síbi probrum.

Festus p. 229 M. 'probrum, stuprum, flagitium — — Caecilius in Dauo: ea' e. q. s. Dardano suspicatur Spengelius p. 5, sed cf. Ritschelius Parerg. I 143.

## DEMANDATI

Si úmquam quisquam uídit quem catapúlta aut balista
ícerit

Nonius 124, 6 'icit significat percutit, ab ictu ...'
quam $FH^1$

## EPHESIO

Cf. *'Εφέσιος* Menandri.

Tum equidem ín senecta hoc députo misérrimum,
Sentíre ea aetate eúmpse esse odiosum álteri.

Nonius 1, 2 'senium est taedium et odium, dictum a senectute, quod senes omnibus odio sint et taedio. Caecilius in Efesione tum' e. q. s. (Ephesio: nae tum Spengelius. De Ephesio cogitarat etiam Junius: sed quidni Ephesio possit servi nomen fuisse?) Cicero Catonis mai. 8, 25 'melius Caecilius . . . quam illud idem [Ploc. IX] . . . illud uero idem Caecilius uitiosius: tum' e. q. s.

1 equidem *om. Nonius* in senectute hoc *Nonius* hoc in senecta *Rhenaug. Ciceronis* 2 eumpse esse odiosum *Fleckeisenus annall. philoll.* 1865 *p.* 566 [*cf. Bergkius opusc.* I 395] eum se esse odiosum *Ciceronis Leid. m. pr.* eum ipsum esse odiosum *Nonius* esse odiosum se *Rhenaug. Gud.* esse odiosum, *om.* se, *Paris. Salisb. Benedictob.* se esse odiosum *Erf.* odiosum se esse *Trevir.* esse se odiosum *Indersd. cum ceteris libris Ciceronis* ipsum esse odiosum *Bothius*

## EPICLEROS

*'Επίκληρος* Antiphanis Alexidis Diodori Diphili.

I

Itane 'Antipho inuenítur profluiá fide?
Itanést inmemoris, ítanest madida mémoria?

Priscianus p. 699 P. 'hic et haec et hoc memor ... uetustissimi tamen similem genetiuo protulerunt eius nominis nominatiuum.' Idem p. 772 P. 'apud antiquos hic et haec memoris et hoc memore proferebatur. in quo testis est Caper, antiquitatis doctissimus inquisitor. ostendit enim Caecilium in Epiclero sic protulisse: itane' e. q. s.

1 inuenitur *Spengelius ex duobus codd.* inuentus φ *utroque loco* est inuentus *Bothius* profluịa *Halb.* profluιιa *Grut.* profluịụịa *Sang.* proflu≡u≡a *Reg.* profluida *Vind. b p.* 699 pirfluia (*m.* 2 pịrfluia) *Reg. p.* 772 2 itane est *bis* ψ itane .. itane est *Grut.* itane est ... ita^ne est *Reg. p.* 699 medida *Reg. Bamb. p.* 699

II

An úbi non sitis, íbi consilium claúdeat?

Priscianus p. 889 P. 'inuenitur tamen etiam claudeo ... Caecilius in Epiclero: an' e. q. s. (Celius Reg. m. pr. Claudius Sang. in Epiclero om. Sang.) Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 107 'dicimus quoque claudeo, es pro claudicare, uerb. neut. unde Caecilius: an' e. q. s. Ibidem p. 142 'claudere, claudicare. Caecilius: uos' e. q. s.

an ubi uos sitis, ibi *Priscianus, nisi quod* ibi *Reg. m. alt.* ubi *Reg. m. pr. Bamb. Bern.* an ut sciatis ubi *thes.* 107 uos nescitis ubi *idem* 142, *ut fortasse* an ubi nec sitis *verum sit* (nos *tuetur Bue*)

EPISTATHMOS

*'Επίσταθμος* Posidippi.

Si próperas, escende húc meam nauem: ita céleris est

Priscianus p. 760 P. 'celer uel celeris et hoc celere ... Caecilius in Epistathmo: si' e. q. s. (Epistathmo Spengelius episathomo Reg. Halb. Barb. episathmo, sup. m. alt., Bong. episathomos Bamb. epirathomo Sang. Grut. Carolir. Legebatur igitur Epistathomos)

escende *vel* exscende *Gulielmius* extende *ω* hc (*i. e.* hanc) *Sang.* meam *Reg.* in meam *φ*, *Spengelius* nauim *Sang. Grut. Carolir.*

EPISTVLA

*'Επιστολή* Alexidis?

I

Iamne ádeo? manta. — Iam hóc uide: caecús animum ....
. . aduentus ángit.

Festus p. 133 M. 'mantare saepe manere. Caecilius in Epistola: iam' e. q. s.

1 *interrogandi signum posui et personas distinxi.* iamne abeo? ‖ manta *Leo Pl. F.* 285 *post* animum *lacunam minimum viginti litterarum indicavit Vrsinus, quam his fere* incertat metus. ten patris *suppleri iussit Leo, ut* adu. angit *octonarium clauserint*

II

Nam nóbis equidem déus repertus ést Iouis.

Priscianus p. 695 P. 'Iouis nominatiuo quoque casu inuenitur. Caecilius in Epistula: nam' e. q. s.

nobis] nob^uus *Bong.* nouus *Reg. Bamb. Halb.* equidem *Osannus* quidem ω quidem iam *Brugmanus* est *Reg.*, *suprascr. Halb. Bamb. m.* 2, *om.* φ nam nóbis equidem nóuus repertust Ióuis deus *conieci*

EX HAVTV HESTOS

'Ἐξ αὐτοῦ ἑστώς qualis sit describit Cicero secundum Platonem Tusc. disp. V 12, 36.

⟨Est⟩ haéc caterua pláne gladiatória,

Cum suúm sibi alius sócius socium saúciat.

Donatus in Ter. adelph. IV 5, 34 'praesens praesenti eripi] adiuuant significationem haec ex abundanti addita ... sic Caecilius in Exhautuhestoti: haec' e. q. s. (Caelius Dresd. Gand., edd. Vind. Med. Tarv. Celius Lugd., ed. Rom. in Exhautuhestoti Spengelius in exatostoti Gand., edd. Rom. Vind. Med. Tarv. mexato scoti Dresd. in hesatoshetim Lugd. in Eratosthene vulgo) Gloss. Terentianum C. Barthii 'Caecilius: haec . . s. s.'

1 haec est *Bergkius* plane *Lindenbrogius* plena ω
2 socium socius *gloss.*, *non male* sauciat *om. Lugd. Gand.*

EXVL

Fortasse secundum Philemonis 'Ἀπόλιδα; ad Alexidis Φυγάδα refert Spengelius p. 6.

I

. . . . nam híc in tenebris íntus sese abscóndidit.

Nonius 75, 25 'abscondidit pro abscondit' (ita F[1], Rothius. 'abscondit pro abscondidit' φ) 'Caecilius Exule: nam' e. q. s. 'Pomponius Maccis geminis [III].'

nam] nunc *senarium efficere monet Bue*: *cf. Leo Pl. F.* 306 abscondit *FHPW*

II

. . non haec putás? non haec in córde uersantúr tibi?

Nonius 369, 26 'putare, animo disputare ...'

tibi *P*, *Ald.* ti φ

## FALLACIA

*Καταψευδόμενον* scripserunt Alexis Philemo Menander Sosipater.

I

nam quam dúriter
Vos éducauit átque asperiter, nón negat.

Nonius 512, 8 'duriter pro dure ...'

1 *sq.* quin ... educarit *Bothius* (*cf. Ed. Becker stud.* I 245) atque asperiter *Bothius* (*cf. Priscianus* II 71, 1 *H.*) atque aspere ω aspereque *Scaliger* nam quin dúriter Atque áspere uos educarit, non negat *Grauertus*

II

Nam si ílli, post quam rém paternam amíserant,
Egéstate aliquantísper iactatí forent

Nonius 511, 26 'aliquantisper ...'

1 *fortasse* amisĕrunt

III

Núllus sum, nisi meám rem iam omnem própero incursim pérdere.

Nonius 127, 19 'incursim pro celeriter.'

IV

Fácile aerumnam férre possum, si índe abest iniúria:
'Etiam iniuriám, nisi contra cónstat contumélia.

Nonius 430, 16 'iniuria a contumelia hoc distat: iniuria enim leuior res est ...'

1 possunt *HL* poss̄ *W* 2 nisi $H^1P$ misi (missi $W^1$) φ constat $H^1$ constant φ contumelia *Palat.* contumeliam φ si citra constat contumeliam *C. Fr. Hermannus Philol.* III 106

V

Nísi quidem qui sése malit púgnitus pessúm dari

Nonius 514, 8 'pugnitus pro pugnis.'

nisi quis est qui *Madvicus* sese *Bothius* se ω

VI

'Ossiculatim Pármenonem dé uia liceát legant.

Nonius 147, 30 'ossiculatim, ut si minutatim.' Idem 332, 9 'legere rursum colligere ...'

hossiculatim *G* $H^1$ *W* hosticulatim *L p.* 332 legam *ω ibidem*

VII

. . . . . . uelim paulísper te opperíri. —
Quantísper? — Non plus tríduum.

Nonius 511, 29 'aliquantisper ... Caecilius Fallacia [II] Caecilius Fallacia: uelim' e. q. s. *Lacunam inter utrumque Caecilii exemplum statuit Quicherat*

*Numeros agnovit Bothius*

## GAMOS

*Γάμος* Philemonis Diphili Antiphanis.

Vt hóminem . . tóxico transégerit

Festus p. 355 M. 'toxicum dicitur ceruari[um uenenum, quo] quidam perungere sagitta[s soliti sunt.] Caecilius in Gamo: ut' e. q. s. ('cerua. eo solent quidam perungere sagittas. Caelius' Vaticani RS bamo Vatic. R)

hom ..... *cod., sed* hominem *nulla lacuna indicata Vaticani RS* hominem miserum *Scaliger* hominem amoris *Spengelius*

## HARPAZOMENE

Titulorum Harpazomene et Harpazomenos (fr. III) varietatem notavit Meinekius etiam in cognomine Philemonis fabula.

I

dí boni,
Quid íllud est pulchritátis!

Nonius 155, 17 'pulchritas pro pulchritudo. Caecilius arpaiomene: di' e. q. s.

1 *sq. uno versu* dí boni! quid *e. q. s. componere poteram; creticos exhibet x* 2 il(lu)d *metitur Skutsch* 122

II

. . hunc collum Lúdo praecidí iube!

Nonius 200, 20 'collus masculino ... Caecilius Sarpazomane: hunc' e. q. s (Harpazomene Junius)

Ludo *x* ludo *vulgo* lodo (loedo?) $F^1$ praecipi *FL*

III

Vtinám pisciculi té schema, sine crúribus
Videám!

Charisius p. 117 P. 'schema quasi monoptoton sit, proinde declinasse Caecilius in Ἁρπαζομένῳ denotatur. Vtinam, inquit, te ... uideam, pro schemate.'

1 pisciculi te schema *dubitanter conieci.* tescioli schematã *cod.* te sine schema *ed. pr.* te seruoli schema *Bue mus. Rhen.* 29, 197 te, sciole, istac schema *olim conieci*

IV

Quid nárras, barbare índomitis cum móribus,
Inlítterate inléx?

Nonius 10, 23 'inlex' (ita Ba $L^1$ ilex φ) 'et exlex est, qui sine lege uiuat ... Caecilius Sarpazomene: quid' e. q. s. 'Sisenna' e. q. s. (Harpazomene Aldina)

1 cum indomitis ω, *transposui* 2 inlex hi sunt (hi sunt *in ras.*) *Ba* inlex hes $L^1$ ilex es φ inlegis *Bue apud Brugmanum p.* 30 (*qui* inlex inlitterate *prop.*) ilex *formam idem defendit decl. lat.* 14. *Istae quas post* inlex *libri exhibent sordes. e* Sisennae *quod sequitur nomine videntur ortae esse*

V

Equí homo ineptitúdinis cumulátus cultum oblítus es?

Nonius 128, 15 'ineptitudo pro ineptia. Caecilius Arpazone: qui' e. q. s. (Harpazomene ed. 1526)

equi (*i. e.* ecqui) *scripsi: cf. Naev.* 116 qui ω qui tu *x* *A trochaeis quos Bergkius commendaverat ad iambos redii* cultrum *Bothius*

VI

quíd tibi aucupátiost
Argúmentum aut de amóre uerbificátiost
Patri?

Donatus in Ter. eun. IV 4, 4 'quid uestis mutatio?] sic ueteres ... Caecilius ἁρπαζομένῃ: quid' e. q. s. (C a e l i u s ed. Med. C e l i u s Par. Lugd. Dresd., edd. Rom. Vind. Tarv. ἁ ρ π α-ζ ο μ έ ν ῃ] i n ... Par. Lugd. Dresd., item lacuna interposita, sed om. i n edd. Rom. Vind. Tarv. Med.)

1 quid tibi *una cum fabulae nomine lacuna intercidit in ed. Med.* acceptio *Par. Lugd. Dresd.* est *om. edd. vett.*
2 argumenti *Par. Lugd.* amore *Gand., Luchs p.* 72 meo amore *φ* *Iambos constituit Luchs, ante quem trochaei tradebantur*

HYMNIS

Cf. Ὕμνις Menandri. Meretricem Hymnida suo aere emptam senex pater alii desponsurus est, ut amanti filio spem intercludat, fr. I. De altercatione quadam restat fr. III. Philosophantis enim inportunitatem inpatiens adulescens reprehendit, alter autem inridens quaerit, quid ni ipse, cum ita animatus sit, gladio potius in ferventem illam scutram inruat: ni mirum violentia nihil hic profici. Porro asotum adulescentem audis fr. IV. VI. VII, patrem autem fr. VIII.

I

habes
Milétida: ego illam huic déspondebo, et gnáto saltum obsípiam.

Diomedes p. 378 P. 'quod uulgo obsepio dicimus, ueteres o b s i p i o dixerunt. Caecilius in Hymnide: habes' e. q. s. (i m h y m n i d a Par. A et, nisi quod i n, Monac. Par. B i m h y m n i t a cod. Scioppii, om. edd. vett.)

1 habes *Par. A Monac., Par. B m.* 2, *cod. Scioppii (loquitur cum lenone senex)* abis *Par. B m. pr., om. edd. vett.*
2 Miletida *Bothius* Miletidam *ω, a Caecilio utique alienum vid.* mulierculam *edd. vett.* et nato (gnato *Spengelius*) *vulgo* et ex nato *Parr., cod. Scioppii* et ex tanto *Monac.*

II

. . . . . síne blanditie níhil agit
In amóre inermus.

Nonius 79, 1 'blaterare, confingere per mendacia. Afranius ... blaterare ... idem ... blateres. Caecilius Hymni: desine' e. q. s. Caecilio novum lemma blandities praemittit Onions (imnide $F^2H^1L^1$ imnis de φ Hymnide Bentinus)

1 blanditie *H*, *Onions* blanditiae φ   nil *Bothius*   agis *x*

III

quae
Narráre inepti est ⟨ád⟩ scutras feruéntis. — Quin
machaéra
Licitári aduersum ahénum coepistí sciens

Nonius 134, 15 'licitari congredi, pugnare ... Caecilius Hymnide: quae' e. q. s. (himmide Vrbin. 307, i. e. himinide, item fr. V)

2 macera ω   3 licitari *edd.* licitaria ω   aeneum ω   *De versu nihil adfirmo*

IV

Míhi sex menses sátis sunt uitae, séptimum Orco spóndeo.

Cicero de fin. II 7, 22 'atqui reperiemus asotos primum ita non religiosos, ut edint de patella, deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide: mihi' e. q. s. (ex hũide i. e. humnide Pal. b exonimide Monac. exenemide Leid. ut exiunde Morel.). Hinc Lucilium sua sumpsisse v. 591 L. 'qui sex menses uitam ducunt, Orco spondent septimum' monuit Muretus ad Catull. p. 726

V

⟨Em⟩ uide luculéntitatem eíus et magnificéntiam!

Nonius 135, 2 'luculentitatem a luculento. Caecilius Hymnide ... Laberius ... luculentitate captus.'

luculentiam *in senario commendat Bue, in lemmate quoque Nonii* luculentiam et *ante* luculentitatem *periisse suspicatus* eius *om. Bothius*

VI

Gárruli sine déntes iactent, síne nictentur pérticis.

Festus p. 177 M. 'nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari dictum est ab antiquis — Caecilius in Hymnide: garruli' e. q. s.

garruli sine dentes *Scaliger* garrulis medentes *cod.*

VII

Síne suam senectútem ducat úsque ad senium sórbilo.

Festus p. 339 M. 'senium a senili acerbitate et uitiis dictum posuit Caecilius in Hymnide: sine' e. q. s.

*An* senectam? *cf. v.* 28 usque *Bentleius in Ter. ad.* IV 2, 52, *probavit Lachmannus in Lucr.* 250 utique *cod.*, *servari volebant Grauertus Anal.* 82 *et Schoemannus opusc. acad.* IV 296 adsenum *cod.* sorbilo *Bentleius* sorbitio *cod.* sonticum *Grauertus*

VIII

Prodígere et, cum nil hábeas, ted inrídier

Festus p. 229 M. 'prodegeris, consumpseris perdideris, ut Caecilius in Hymni: prodigere' e. q. s.

et *scripsi* est *cod.* nil *Bothius* nihil *cod.* ted inridier *Neuius* te inridier *cod.* (*cf. Diomedes p.* 378 *P.*) te inriderier *Dacerius*

IX

74[1] nudius tertius

Charisius p. 185 P. 'nudius tertius Caecilius in Hymnide.'

## HYPOBOLIMAEVS sive SVBDITIVOS

De huius fabulae argumento coniecturam facere licet ex Varronis de re rust. II 11, 11 loco 'neque non quaedam nationes harum' (sc. caprarum) 'pellibus sunt uestitae ... cuius usum apud antiquos quoque Graecos fuisse oportet, quod in tragoediis senes ab hac pelle uocantur διφθερίαι, et in comoediis qui in rustico opere morantur, ut apud Caecilium in Hypobolimaeo habet adulescens, apud Terentium in Hautontimorumeno senex.' Hinc enim confirmatur quod Meinekius Men. p. 172 statuerat, ex Hypobolimaeo petita esse quae narrat Cicero pro Rosc. Am. 16, 46 'ecquid tandem tibi uidetur, ut ad fabulas ueniamus, senex ille Caecilianus minoris

facere Eutychum' (eutycum Monac. m. 1 recte euthycum Veneta euthicum Wolfenb., et sic infra. enthiuum Laur. 52, 1 Aeschinum et infra Aeschinus Spengelius. Deest locus in Lagom. 26) 'filium rusticum, quam illum alterum Chaerestratum? nam ut opinor hoc nomine est. alterum in urbe secum honoris causa habere, alterum rus supplicii causa relegasse? ... nemo uobis magis notus futurus sit quam est hic Eutychus, et certe ad rem nihil inter sit utrum hunc ego comicum adulescentem an aliquem ex agro Veiente nominem.' Quibus quod addit scholiasta Gronovianus p. 429 Or. 'apud Caecilium comoediographum inducitur pater quidam qui habebat duos filios, et illum, quem odio habebat, secum habebat, quem amabat, ruri dedit. ergo uides, quia amauit Roscium pater, siquidem hunc agris dederat,' id magis ex ingenio commentatoris quam ex certa scientia fluxisse videtur. 'Menandrum' sane dicit Quintilianus I 10, 18: 'et apud Menandrum in Hypobolimaeo senex reposcenti filium patri uelut rationem impendiorum, quae in educationem contulerat, opponens psaltis se et geometris multa dicit dedisse,' sed inde cave concludas in Caeciliana fabula eum locum non extitisse: cum enim in eo sit Quintilianus, ut antiquis etiam temporibus musicam demonstret maximo in honore fuisse, testes primum laudat Graecos homines, tum demum ad Romanorum disciplinam transit. Ceterum de argumento dixi in enarratione mea quae est de Agroeci persona p. 10 sq. Hypobolimaeum qui a Festo dicitur Chaerestratum cum simplici Hypobolimaeo convenire Grauertus Anal. 81 coniecit, quod Ciceronis quem descripsi loco confirmatur. Item quae Hypobolimaeae Rastrariae nomine vulgo feruntur, ad eandem Hypobolimaei sive Hypobolimaei Chaerestrati fabulam pertinere idem vir doctus statuit. Certe quodam modo conveniunt inter se Hyp. I et Hyp. Rastr. I, Hyp. V et Hyp. Rastr. II, Hyp. IV et Hyp. Rastr. IV V, nec adversatur librorum auctoritas. Itaque tres eiusdem comoediae titulos habemus: Hypobolimaeum, quem 'Subditiuum' nuncupat Gellius fr. V et semel (fr. IV) Nonius, Hypobolimaeum Chaerestratum, Hypobolimaeum (Hypobolimaeam semel fr. VI vel bis — fr. V — Nonii libri praebent) Rastrariam. Rastraria autem indicem utrum poeta ipse dederit, quod Grauertus voluit, an grammatici potius excogitaverint, ut affirmat Ritschelius Parerg. I p. XV, tum demum perspici posset, ni fallor, si de argumento plus constaret. Ita enim appareret, num quae rastro illi in rerum ordinem explicandum vis tributa fuerit necne. Ceterum repetita fabulae actione potest titulus mutatus fuisse. — Hypobolimaeum Aeschinum recte, ut videtur, ab his discriminant Grauertus p. 79

et qui contra eum Gellianam fidem merito vindicavit Ritschelius l. l. (cf. p. 135).

I

. . aerumnam páriter tetulistí meam.

Nonius 178, 17 'tetulit, tulit . . . Caecilius Hippobolimen: aerumnam' e. q. s. (Hypobolimaeo Scaliger)

*Praemittas* nam mecum

II

Fílius ⟨meus éccum⟩ incedit ín me sat hilará schema.

Priscianus p. 679 P. 'schema pro schemate. Valerius . . . Plautus . . . Caecilius in Hippo: filius' e. q. s. (cecilius Reg. Amien. Bong. cicilius Sang. Grut. hippo Bamb. Amien. Bong. Halb. hyppo Vat. m. alt., om. m. pr. 'ppo Reg. ippo Barb. lupo Sang. Grut. eppo Carolir. Hypobolimaeo Robertus Stephanus)

eccum: *cf. cor.* XXI *Bachius in Studemundi stud.* II 405 incedit in me *scripsi* in me (*bis Amien.*) incedit *ω* sat *scripsi* satis *ω* hilaria *Reg.* hilari *Bamb. Amien.* scema *Sang. Vind. Bong. Barb. Grut. Carolir., recte* *Senarium olim* filíus in med incedit *cum Bothio exhibueram*

III

Abi hínc tu, stolide: [uís] illi ut tibi sít pater.

Festus p. 317 M. 'stolidus, stultus — — Caecilius in Hypobolimaeo: abi' e. q. s. Senex, quem de restituendo Chaerestrato tergiversari narrat Quintilianus I 10, stultum dicit adulescentem, qui cum ab ipso optime habitus fuerit, iam in ignoti hominis domum transiturus sit.

uis *vel* uisne *vel aliquid inserendum putavi*; dic *prop. Bue* illi *interpretor* illic, *in illa domo.* ille *Bothius, fort. recte*

IV

Quaesó, ne temere hanc rém agas, ne iracúnditer.

Nonius 515, 1 'iracunditer. Caecilius Subditiuo: quaeso' e. q. s. Cf. Menandri inc. XXV (574 K.): *εἰ καὶ σφόδρ' ἀλγεῖς, μηδὲν ἠρεθισμένος Πράξῃς προπετῶς· ὀργῆς γὰρ ἀλογίστου κρατεῖν Ἐν ταῖς ταραχαῖς μάλιστα τὸν φρονοῦντα δεῖ.*

agas, ne *ante Aldum* agas et ne *ω*: *cf. CFWMueller prosod. Plaut.* 154

V

Nam hi súnt inimici péssumi fronte hílaro, corde trísti,
Quos néque ut adprendas néque uti dimittás scias.

Gellius XV 9 'uere ac diserte Caecilius hoc in Subditiuo scripsit: nam' e. q. s. 'hos ego uersus, cum de quodam istius modi homine sermones essent, in circulo forte iuuenum eruditiorum dixi. tum de grammaticorum uolgo quispiam nobiscum ibi adsistens non sane ignobilis: quanta, inquit, licentia audaciaque Caecilius hic fuit, cum fronte hilaro, non fronte hilara dixit et tam inmanem soloecismum nihil ueritus est!' Nonius 205, 1 'frontem feminino genere Virgilius . . . masculino Titinius . . . feminino Pacuuius . . . Cato . . . fronte longo . . . Caecilius Subditiuo: nam' e. q. s.

2 adprendas *vulgo* adprehendas *ω* uti dimittas *Spengelius* ut dimittas *Monac. Spengelii* ut mittas *ceteri libri Gelliani* uitare *Nonius* (*sed* ut uitare *Vrbin.* 308)

VI

. . . . . súbito res reddént hebem

Charisius p. 107 P. 'hebem; Caecilius in Ὑποβολιμαίῳ: subito' e. q. s.

reste reddent *ed. pr.: potest* te *ante* subito *insertum fuisse*

VII

Habitáb⟨at in tugúriolo pau⟩pérculo.

Festus p. 355 M. '[tugu]ria a tecto appellantur [domicilia rusticorum] sordida — [Caecilius in Hypo]bolimaeo: habitab . . . . . . . . . . . . . . . . perculo.' ('appellantur et sunt fumo sordida' Vaticani RS)

tuguriolo pauperculo *scripsi*

VIII

Prius ⟨ád rauim depóscat sane quám conte⟩ntam féceris.

Festus p. 274 M. 'rauim anti[qui dicebant pro raucitate.] Plautus — — [Caecilius] in Hypobolimaeo: prius' e. q. s.

*Non nimis inepta supplere conatus sum*

### HYPOBOLIMAEVS CHAERESTRATVS

Nam istá quidem noxa múliebre est magis quám uiri.

Festus p. 174 M. 'noxa peccatum aut pro peccato poenam — item, cum lex iubet noxae dedere, pro peccato dedi iubet. Caecilius in Hypobolimaeo chaerestato: nam' e. q. s. (Chaerestrato Scaliger)

istaec *Grauertus* muliebre est *Bothius* (*cf. Leo Pl. F.* 259) muliebrem et *cod.* muliebris est *Vrsinus* muliebrist *O. Muellerus, Brix ad Plauti mil.* 187 mulierist *Grauertus* mulieris magis quam uiri est *Meinekius Men. p.* 172

### HYPOBOLIMAEVS RASTRARIA

Cf. Woelfflinus mus. Rhen. 43, 308.

I

Obsúrduit iam haec ín mea aerumna míseria.

Nonius 147, 3 'obsorduit' (obsurduit Ba, in quo lemma solum extat) 'obsoleuit. Caecilius Hypouoli Ristraria: obsorduit' e.q.s. (hypob rastraria HL Hypobolimaea Rastraria Scaliger)

obsorduit ω: *cf. ad* 95, 2 mea *Fleckeisenus* me ω

II

In uóltu eodem, in eádem mantat málitia.

Nonius 505, 23 'mantat pro manet. Caecilius Hypob Rastraria: in uoltu' e. q. s.

III

Hos síngulatim sápere, nos minus árbitror.

Nonius 176, 7 'singulatim et singillatim a singulis. Caecilius Hypoboli Rastraria: hos' e. q. s.

nos s. s. non *Bothius*

IV

Rábere se ait

Nonius 40, 3 'rabere dictum est a rabie .. Caecilius Hypobolimaeo Rastrabia: r. s. a.' (hipolimaeo rastra-

bia W hipobolimaeo trastrabia HL Rastraria cod. ms. habere narrat Junius Animadv. VI 10)

rebere *L* rabie rabere *Gebhardus Ant. lect. I* 11 agit *H*

V

Ere, óbsecro, hercle désine! — Mane, coépiam.

Nonius 89, 16 'coepere, incipere. Caecilius Periboea Rastraria: ere' e. q. s. (Hypobolimaea R. Scaliger)

obsecro *Spengelius* obscuro *ω* desinam *Vrbin.* 307 *Personas vulgo non distinguunt: servus vapulans frustra veniam precatur*

VI

Quód prolubium, quaé uoluptas, quaé te lactat lárgitas?

Nonius 16, 20 'lactare est inducere uel mulgere, uellere, decipere . . . Caelius Hypobolimaea Rastraria: quod' e. q. s. (Caecilius Hypobolimaeo: mea rastraria Muretus Var. Lect. IV 13) Terentii adelph. 985 hinc sumptum videri monet Muretus.

quod] quidem *Vrbin.* 307

HYPOBOLIMAEVS AESCHINVS

Ego íllud minus nilo éxigor portórium.

Gellius XV 14, 5 'sese pecunias maximas exactos esse . . . id nobis uidebatur Graeca figura dictum . . . quodsi id dici potest, etiam exactus esse aliquis pecuniam dici potest. Caeciliusque eadem figura in Hypobolimaeo Aeschino usus uidetur: ego illud' e. q. s. 'id est: nihilo minus exigitur de me portorium.' Nonius 106, 23 'exigor pro a me exigitur. Caecilius Excino: ego' e. q. s.

nilo *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 37 *conl. Lachm. in Lucr.* 27 *sq.* nihilo *ω*

IMBRII

*Ἴμβριοι* Menandri. Ad argumentum quid faciat fr. II apparet; ebrius nescio quis cum sodali loqui videtur fr. III, frater sollicitus est fr. VII.

I

. . . . et hómini et pecubus ómnibus

Nonius 159, 15 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres

dixerunt ... Caecilius Himbris: et homini' e. q. s. (Imbriis Junius)

pecubus (*vel* pecudis) *Spengelius* pecudibus ω

II

núnc uter

95 Créscit: non potést celari.

Nonius 188, 15 'uter pro utero. Caecilius Imbris: nunc' e. q. s.

III

mihi † sordi

96 Dórmitum ut eam quísquam suadet? ét si ego obdormíuero,

Túte idem ubi eris éxperrectus?

Priscianus p. 888 P. 'expergiscor . . . experrectum facit. quamuis uetustissimi etiam expergitus dicebant . . . Caecilius uero secundum analogiam protulit in Imbris: mihi' e. q. s. (Caelius Reg. Grut. Halb. Bong. Barb. Carolir. celius Sang. Coelius Bamb. Imbriis Meinekius Men. et Phil. p. 98 imbris libri, nisi quod umbris m. 2 Reg. et Halb.)

1 sordi *Sang. Grut. Reg. Bamb. Bong. Barb. Carolir., Spengelii omnes, om. Dresd.* sordo *Halb. et pars Krehl. codd.* sordida *Lips.* 1 *Krehlii* sordido *Veneta* 1 sobrio *Bue* dum sorbilo *coni. coroll.* XXIII (Míhi surdo *olim dedi*, surdo mihi *Fleckeisenus*) diormitum (i *pr. eras.*) *Grut.* domitum *Sang.* suadet ut eam quisquam (quisque *Barb. Carolir., om. Sang.*) ω *accentibus duris* obdormiero *Bamb.* *Tentavi* míhi dormitum suadet ut eam quisquam? et si obdormivero *vel* míhi d. suades ut eam? et si ego o. *Reliqua* et si *e. q. s. dubito utrum eiusdem an alterius personae sint* 2 tute ≡ Idem *Barb.* tute, *sup.* idem, *Bong.* uberius *corr. in* ubi eris *Reg.* ibi eris *Putschius*

IV

. . . . . quíd? mihi non sunt bálneae?

Nonius 194, 11 'balneae nominis feminini . . . Caecilius in Imbris: quid' e. q. s. infoebis H[1] in phoebis Vrbin. 308, quod Synephebis interpretatus in coroll. XXIII vel huius fabulae vel Imbriorum frustulum excidisse suspicatus sum.

V

Resupína obstipo cápitulo sibi uéntum facere túnicula

Festus p. 193 M. 'obstipum, obliquum. Ennius — Caecilius in imbros: resupina' e. q. s. (C. in Imbris O. Muellerus)

obstipo *Gifanius* obstito *cod.* tunicula *Vrsinus* cunicula *cod.*

VI

'Age age, i puere, dúc me ad patrios fínes decoratum ópipare! 100

Priscianus p. 697 P. 'hic et haec puer uetustissimi protulisse inueniuntur . . . Caecilius in Imbris: age' e. q. s. (Imbris Meinekius umbris libri) Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 390 'et inde opipare adu. · i · habundanter, unde Caecilius: age' e. q. s. Ibidem 407 'et sciendum quod antiqui dicebant puerus et non puer, unde Caecilius: puere puere . . . fines.'

age age i puere *Vind. Sang. Carolir. Grut.* age age puere (puere *semel eras. in Bong.*) *ceteri codd. Prisciani* age age puer *thes.* 390 puere puere *idem* 407 duc *unus cod. Spengelii* deduc *thes. utroque loco* duce *Prisciani* φ decor**atum *Bong. Prisciani* decorauit *thes.* 390

VII

Mirum ádeo nisi fratér domi ebriátus turbam aliquám dedit. 101/2

Nonius 525, 2 'turbam et turbas diuersam uolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam . . . Caecilius in Imbris: mirum' e. q. s.

ni *P* ebriatus *Bue mus. Rhen.* 29, 197 ebrius ω turbam aliquam dederit ebrius *proposueram, antea senariorum frustula* — domi ebrius Turbam *e. q. s.*

VIII

. . cruento ita óre grundibát miser.

Nonius 465, 4 'grundire cum sit proprie suum . . . etiam hominum esse grunditum Caecilius in Imbris designauit: cruento' e. q. s. (Imbriis BaL[1]) Diomedes p. 379 P. 'grundire . . . Caecilius: cruento' e. q. s.

Cf. Scaliger Coni. in Varr. p. 158.

## KARINE

*Καρίνη* Menandri an Antiphanis?

I

. . ut aurum et uéstem, quod matrís fuit,
Reluát, quod uiua ipsi ópposiuit pígnori.

Festus p. 281 M. 'reluere, resoluere repignerare. Caecilius in Carine: ut aurum' e. q. s.

2 opposiuit *Scaliger* opposuit *cod.*

II

. . . . . tum éx aure eius stalágmium
Domi hábeo.

Festus p. 317 M. 'stalagmium genus inaurium uidetur significare Caecilius in Karine, cum ait: tum' e. q. s. (Karine cum aitium cod.) Paulus p. 316 M. 'stalagmium genus ornamenti aurium. Caecilius: ex aure' e. q. s.

III

Modo fít obsequéns hilarus cómis
Commúnis concórdis, dum id quód petit potítur.

Priscianus p. 726 P. 'concors concordis. antiquissimi tamen solebant genetiuo similem proferre in his nominatiuum. Caecilius in Cratino: modo' e. q. s. (crastino Amien. crastino Sang. Carine Meinekius l. l. p. 91)

1 *sq. numeros discripsit Spengelius* hilarus *Bong. Bamb.*, *duo Monac.* hilarus *Halb.* hilarf (u *m. alt.*) *Barb.* ilarus *Carolir.* hilares *Grut.* hilaris *Reg. Amien. Sang. Halb. m.* 2 comes *Grut. Carolir. m.* 1 *Barb.* 2 commonis (v *m. alt.*) *Sang. Legebatur* commoenis, *ut videtur Excipit bacchiacum dimetrum clausula iambica, quod propter C F W Muellerum prosod. Plaut.* 131 *monendum est*

## MERETRIX

Cf. Hetaera Turpili, Pomponi Prostibulum.

I

Cum ultró gubernator própere uertit prósumiam.

Nonius 536, 10 'prosumia, nauigii genus.'

cum ultro gubernator *scripsi* cui progubernator ω  Cupro (*i. e.* *Κυπρόθεν*) gubernator *Bue*, *ingeniose*

II

Memini íbi ⟨fuisse⟩ cándelabrum lígneum
Ardéntem

Nonius 202, 17 'candelabrum generis neutri, ut saepe. Masculi Caecilius Meletricem: memini' e. q. s. (Cum Meletrice Italorum meltrice conferri iubet Woelfflinus. Meretricem Vrbin. 307 Meretrice ed. 1526. Cf. var. script. in Turpili v. 42 et Afrani 136)

1 inuenit inibi *olim coniecit Bue*

NAVCLERVS

*Ναύκληρος* Menandri?

I

Nunc ábeo: audibis praéterea, si dítis filia rédeat.

Nonius 506, 4 'audibo pro audiam . . . Caecilius Nauclero: nunc . . . filia redeat. [Idem] Progamo.' Excidisse de Progamo testimonium vidit Grauertus Anal. 113.

*Anapaestos agnovit Bue*, *qui* nunc áb eo a. p., si dices 'f. r.' *proponit: olim septen. troch.* núnc . . . si eius redeat filia *finxi*  dicis ω

II

'Vt te di omnes ínfelicent cúm male monita mémoria!

Nonius 126, 26 'infelicitent.'

ut dedi *Ba*  infelicent *Guietus*, *Bentleius*, *defendit Bue mus. Rhen.* 15, 433 (*cf. Brixius Philol.* 12, 655) infelicitent ω  molita *Ba* merita *x*  infelicent male moenita *Spengelius*

III

Súppilatumst aúrum . . átque ornamenta ómnia.

Nonius 12, 31 'suppilare est inuolare uel rapere, a pilorum raptu, unde et furtum passi compilati dicuntur . . .'

suppilatum est *W* aurum *Bothius* eum *ω* *inserere e. c.* uestis *licet* (*cf. Plauti Epid.* 222), *nisi initio mancum septenarium* . . suppilatumst aurum átque o. o. *praeferas.* suppílat uestem aurum a. o. o. *Onions*

## NOTHVS NICASIO

*Νόθος* Philemonis? Cf. Ritschelius Parerg. I 135 et XV.

I

Habés, uide, ⟨em⟩ tibi trádidi, in tuo cóllo est: decollés caue.

Nonius 97, 26 'decollare, ex collo deponere. Caecilius Notho Nicasioni: habes' e. q. s. (Noto W)

uiden *coniiceram*

II

'Ilico ante óstium hic érimus . . . .

Nonius 325, 2 'ilico significat statim, mox . . . Caecilius Notonicasione: ilico' e. q. s. (notonicasione B notoni incasione GHL²W notonincasione L¹)

est ilico *L¹* hostium *BLW*

III

. . . . . . . manete ílico!

Nonius 325, 11 'ilico, in eo loco . . .'

## OBOLOSTATES [FAENERATOR]

Vtrumque nomen ad eandem fabulam pertinere statuit Scaliger. Cf. Ritschelius Parerg. I 144. 157.

I

119 120 Núnc enim uero est, cúm meae morti rémedium reperíbit nemo.

Nonius 508, 15 'repperibitur pro repperietur . . . Caecilius Obolo: nunc' e. q. s. (Obello Ba Obolostate Mercerus)

*Octonarium trochaicum agnovit Bue, senariorum frusta* (remedium Reperíbit) *cum aliis notaveram* nunc] nec *W* nunc nunc enim uero *in senario Bergkius opusc.* I 387

II

Depósitus modó sum anima, uíta sepúltus.

Nonius 279, 30 'deponere est desperare, unde et depositi desperati dicuntur .... Caecilius in Oboloistate: depositus' e. q. s.

*An* animo? *cf. Acci v.* 74 sepultus sum ω depósitus anima módo, uita sepúltus sum *Spengelius* d. a., uita modo sepultu' sum *Bothius* d. modo Súm a. uiuos s. *x*

III

crédidi silicérnium

Eius me ésse esurum.

Festus p. 294 M. '[silicernium dicitur cena fu]nebris, quam [Graeci περίδειπνον u]ocant. — — — Caecilius Ob]olostate: cre .................. messe esurum.' Paulus p. 295 M. 'silicernium — Caecilius: credidi' e. q. s.

1 *sq.* silicernium eius *Paulus, in Festi cod. non apparet* 2 *Praeferendus fortasse septenarius troch., in cuius fine* propediem *supplet Bue*

IV

.... ego pérdidi te, qui ómnes seruos pérdo
Populátim: quaeso ne ád malum hoc addás malum ....

Nonius 154, 13 'populatim.'

*Septenarios nunc praefero* 1 perdite *Ba* perduo *Bothius* perdo seruulos *x* *Fortasse a verbo* quaeso *altera persona loquitur*

V

si linguás decem
Habeám, uix habeam sátis te qui laudém, Lache. —
Immo uéro haec ante sólitus sum: res délicat.

Nonius 277, 26 'delica est aperi et explana ....' Idem 98, 7 'delica, explana, indica. Caecilius Obolioistate [3].'

1 linguis $L^1$ decem *Mercerus* dete ω 2 Lache *Mercerus* ache ω 3 *Lacheti tribuit Bothius* haec] hic *Vrbin.* 307 solante *FL p.* 98 antehac *malit Spengelius* solitum sum $F^1L$ *p.* 98 res *om.* ω *p.* 277

VI

satine huic órdini,
Etsi nihil ⟨ego⟩ égi, quaesti? — Quaésti? — Quia sunt aémuli

Nonius 483, 27 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus . . . . Caecilius Venatore: satine' e. q. s. (Feneratore Spengelius)

1 huic ordini *Bothius* huc ordini ψ huc ordine[1] *L* 2 egi] ego *P* egisti *olim scripsi, sed cf. coroll.* XXIV quaestı quaesti *Ba L* 116 quaesti *semel* φ *in quibus qui acquiescere malunt, eis senarius cum Bothio dimetiendus est.* sunt aemuli *Aldina* sunemuli (sunimuli) ω

VII

Credó: nimis tandem hoc ⟨hércle⟩ fit uerníliter.

Nonius 42, 28 'uerniliter pro adulatorie; a uernis, quibus haec uiuendi ars est. Caecilius Venatori: credo' e. q. s. (Feneratore Spengelius)

nimis tandem: *cf. Leo Pl. F.* 268 hercle *inserui*: *cf. Plauti Men.* 696 sit *Vrbin.* 307 fiet (*vel* fuit) *Spengelius. Septenarium olim ab initio mutilum exhibueram talem* . . . . credo: nimis tandem hoc ⟨quidem⟩ fit u.

VIII

Vólat exanguis, símul anhelat, péniculamentúm tenet
Pálliolatim.

Nonius 150, 1 'peniculamentum a ueteribus pars uestis dicitur . . . Caecilius Feneratore: uolat' e. q. s.

1 *cf. coroll.* XXIV *sq.* exsanguis *Bothius* sanguis ω penulamentum *FH*[1] tenet palliolatim *scripsi* et pallio datur ω et palliolatur *Junius* *Iambici septenarii huiusmodi* u. e., s. anhélat, Peniculamentum e pállio datúr *Buechelero fuisse videntur, pallium autem dici in peniculamentum esse mutatum, quia ad utrumque pedem dependeat*

IX

Péluim sibí poposcit . . . . . . .

Nonius 543, 28 'peluis, sinus aquarius, in quo uaria perluuntur, unde ei nomen est . . . Caecilius in Feneratore: p. s. p.'

peluim *dubium utrum tres syllabas ut in Laberii v. 94 an duas aequet; trisyllabum etiam in exitu septenarii trochaici poni potuit; bisyllabum olim post primum trochaeum posui. Ceterum cf. Bergkius opusc.* I 392

## PAVSIMACHVS

Generosam meretricem, qualis est in Terentii hecyra Bacchis, prodit fr. II; et ob similem causam atque illic 746 sq. Laches pater cum ea loquitur fr. IV

I

Edepól uoluntas hómini rarentér uenit.

Nonius 515, 24 'rarenter.'

uoluptas *Palmarius* homini] boni *Palat.*

II

líbera essem iám diu,
Habuíssem ingenio sí sto amatorés mihi.

Nonius 127, 15 'iamdiu pro olim .... Caecilius nausimacho: libera' e. q. s. nausimacho H[1], suprascr. epi, L epinausimacho (epinausimaco Vrbin. 307) *φ* Pausimacho Mercerus

1 libera *Junius in mg.* liber *ω* 2 habuissem ingenio *om.* $F^1L$ si sto *Lachmannus in Lucr.* 197 si ston *ω* si isto *Mercerus* si ston habuissem ingenio siston *H* si istoc habuissem ingenio *Onions, fort. recte* abutores *L*

III

Carbásina molochina ámpelina . . .

Nonius 548, 14 'molochinum, a Graeco, color flori similis maluae.'

molichina *HW* ampelina *ed.* 1526 amperina *ψ* amperita $H^1L^1$ anperinata $P^1$ anperinta $P^2$

IV

hoc a te póstulo,
Ne cúm meo gnato pósthac limassís caput.

Nonius 334, 9 'limare etiam dicitur coniungere .... Caecilius Pausimato: hoc' e. q. s. (Pausimacho Mercerus)

2 meo $BGH^1$ eo *φ* limassis *Bentinus* limasses *ω*

V

140[1] uelitari

Nonius 3, 13 'uelitatio dicitur leuis contentio ... uerbis uelitationem ... uelitati estis inter uos duo ... uerbis uelitare ... labris inter se uelitari .. Caecilius Pausimacho: hic desunt quatuor lineae quae in autentico non erant scriptae.' (Sic in Victorino cod. et in W, item lacuna in H; ceteri continuant: 'Pausimacho mum interent tamen. Toga dicta est' p. 406, 17)

## PHILVMENA

I

Qui pánis solidi córbulam . . . .

Nonius 197, 29 'corbes, corbulas ... Caecilius Filumena: qui' e. q. s. (caelius W celius φ)

solidi, *i. e.* duri *scripsi* soli ω, *posse genetivum esse monuit Buc*

II

141[1] factio

Nonius 304, 28 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem ... Caecilius Filium in alta eorum famam occultabat factio.' (filium ainalta W[1]) cf. v. 172.

*Hiantem senarium* facinorum famam o. f. *Madvicus panxit* ita (*sic Grauertus*) eorum infamiam o. f. *x*

## PLOCIVM

Πλόκιον Menandri. Luculentis Gellii de argumento testimoniis non nulla ex reliqua versiculorum farragine indicia accedunt. Ac primum ad utriusque senis deverbium illud, unde est fr. II, pertinet sine dubio festivum alterius de mortua uxore dictum III. Atque ut τρυγόνος λαλιστέρα apud Menandrum XIII M. (416 K.) dicebatur Crobyle, ita facies eiusdem apte eis describitur, quae sine fabulae nomine extant apud Nonium 119, 19 (inc. fab. XX). Porro hominis pauperis, hoc est eiusdem senis vicini servus Parmeno (cf. Men. VIII = 407 K.) erilis filiae gemitu audito, cum totam rem adhuc ignoraverit, primo coniecturis indulgens in vicinum adulescentem, quem puellae admodum esse familiarem scit, confert suspicionem. Atqui non convenit computanti temporis ratio (IV et Menand. III = 413 K.): nam ante ipsos decem menses demum erus rure in urbem migraverat (cf. Menand. V VI VII = 405 sq. 408 K.), nec ante id tempus

virgini cum quoquam consuetudo fuerat. At enim sane ruri Crobylae filius (eum enim fuisse puto) festo furore exultans (cf. VII) ignotus ignotam compresserat. Et de pervigilio quidem amplius percontando Parmeno comperit: V VI, sed de auctore, quoniam in tenebris istud opus confectum est, ne puellae quidem ipsi constat. Iam vero gravissimas eius puerperium turbas adfert: siquidem nuptias magno sumptu paratas, quas differri legimus fr. XII XIII, ad puellam nostram referendas esse recte conicimus. Cognito enim, cuius se ipsum in noxia esse nescit, dedecore non potuit adulescens non a coniugio vitiatae abhorrere: itaque tollendi nuptias causam captans, cum veram in publicum proferre vereretur, fortasse auspicia infausta praetenderat, ad quod respondetur fr. XIV. Certe 'odiosa' opulentae ac superbae matri 'nurus' defenditur fr. XV, et ut aliam quandam cognatam ducat filio persuadere conatur Crobyle apud Menandrum (inc. fab. CCXXIV = 929 K.): *Κρωβύλῃ τῇ μητρὶ πείθου καὶ γάμει τὴν συγγενῆ.* Itaque de bona spe deiecti tam afflictis rebus congrua et Parmeno (VIII) et erus (IX) secum philosophantur, atque de eo rerum statu deverbium inter utrumque cum his innuatur (Men. VIII = 407 K.): *ὦ Παρμένων, οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν τῷ βίῳ Φυόμενον ὥσπερ δένδρον ἐκ ῥίζης μιᾶς, Ἀλλ' ἐγγὺς ἀγαθοῦ παραπέφυκε καὶ κακόν, Ἐκ τοῦ κακοῦ τ' ἤνεγκεν ἀγαθὸν ἡ φύσις* (cf. Men. IX X = 410 sq. K.), eodem probabiliter revocabimus Caeciliana X et XI. Ab illa autem mentis aequitate quantum postea discrepat Parmenonis sive advocati alicuius pauperiem publice defendundi studium XVI. XVII! Quod tamen aliter excitari vix poterat nisi aliquo modo, fortasse plocii ut anuli in Hecyra indicio, verus facinoris auctor proditus esset. Eo autem semel reperto iudice sane opus non erat, immo sublatae nuptiae restituebantur, Parmeno vero ob assidua merita liber factus est (XIX).

## I

Is démum miser est, qui aérumnam suam nésciat occultáre
Foris: íta me uxor forma ét factis facit, sí taceam, tamen índicium,
Quae nísi dotem omnia quaé nolis habet: quí sapiet de mé discet,
Quí quasi ad hostis cáptus liber séruio salua úrbe atque arce. 146

Dum éius mortem inhio, égomet inter uíuos uiuo mórtuus.
Quaén mihi quidquid plácet eo priuatum ít me seruatám ⟨uelim⟩?
'Ea me clam se cúm mea ancilla aít consuetum. id me árguit:
'Ita plorando orándo instando atque óbiurgando me óptudit,
Eam utí uenderém. nunc credo ínter suás
Aequális, cognátas sermónem serít:
'Quís uostrarúm fuit íntegra aetátula
Quae hóc idem a uiro
'Impetrarít suo, quód ego anus modo
Efféci, paelice út meum priuarém uirum?'
Haéc erunt concília hocedie: dífferar sermóne misere.

Gellius II 23 'Caecili Plocium legebamus: hautquaquam mihi et qui aderant displicebat. Libitum et Menandri quoque Plocium legere, a quo istam comoediam uerterat. Sed enim postquam in manus Menander uenit, a principio statim, di boni! quantum stupere atque frigere quantumque mutare a Menandro Caecilius uisus est! Diomedis hercle arma et Glauci non dispari magis pretio aestimata sunt. Accesserat dehinc lectio ad eum locum, in quo maritus senex super uxore diuite atque deformi querebatur, quod ancillam suam, non inscito puellam ministerio et facie haut inliberali, coactus erat uenumdare suspectam uxori quasi paelicem. Nihil dicam ego quantum differat. Versus utrimque eximi iussi et aliis ad iudicium faciundum exponi. Menander sic:

*ἐπ' ἀμφότερα νῦν ἡ 'πίκληρος ἡ καλὴ*
*μέλλει καθευδήσειν. κατείργασται μέγα*
*καὶ περιβόητον ἔργον· ἐκ τῆς οἰκίας*
*ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν ἣν ἐβούλετο,*
*ἵν' ἀποβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρωβύλης*
*πρόσωπον ᾖ τ' εὔγνωστος οὖσ' ἐμὴ γυνὴ*
*δέσποινα. καὶ τὴν ὄψιν ἣν ἐκτήσατο*
*ὄνος ἐν πιθήκοις τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον*
*ἔστιν. σιωπᾶν βούλομαι τὴν νύκτα τὴν*

*πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν. οἴμοι Κρωβύλην*
*λαβεῖν ἔμ' ἑκκαίδεκα τάλαντα . . .,*
*τὴν ῥῖν' ἔχουσαν πήχεως. εἶτ' ἐστὶ τὸ*
*φρύαγμά πως ὑπόστατον; μὰ τὸν Δία*
*τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδαμῶς.*
*† παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ καὶ λόγου*
*† τάχιον ἀπαγέσθω δέ τις ἄρ' ἀντεισαγάγοι.*

Versuum 15 sq. sententiam hanc in coroll. XXIX exhibui:

*παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ τοῦ δόμου*
*θᾶττον ἀπάγοι τις ἢ 'τέραν ἂν εἰσάγοι.*

'Caecilius autem sic: is demum' e. q. s. Nonius 502, 12 'accusatiuus pro datiuo .... Caecilius Plocio: dum ego eius mortem inibo.'

1—3 *anapaestos discripsi secutus potissimum Fleckeisenum epist. crit.* 14 *sqq. et Buechelerum; olim librorum memoria saepius relicta septenarios initio mancos dedi.* 1 suam aerumnam *Luchs in Studemundi stud.* I 69, *item ego in sept.* nesciat *scripsi* nescit (*prob. Bue*) *vel* nesquit ς nequit ψ non potis *Fleckeisenus* 2 foris *scripsi* ferre (*unde nova vulgo incipit sententia*) ω fere *edd.* efferre *Spengelius* forma me ita ς 4 *anapaestos continuat Bue* captus libere *Vat. Reg.* libere captus *Rott.* 5 et 6 *transposui* 6 dum ego eius *Nonius* inibo *Nonii* ω inter uiuos uiuo mortuus *scripsi* uiuo mortuus inter uiuos ω 5 quaen *scripsi* quae ω an quae *olim conieceram* quidquam (quicquam) ς priuatum it me seruatum *Thysius, quibus usus sum.* priuatu uim me seruatum *Vat. Reg. et nisi quod* priuau *Rott.* priuatum in me seruat ς 9 *sq. vulgo senarios exhibent* 9 uti eam ς uenundarem ς 10 aequalis atque cognatas *Rott.* aequalis et cognatas φ: *delevi copulam* sermones *edd. vett.* 11 *creticos agnovit Spengelius* nostrarum ς *ferme omnes* 12 itidem a uiro *edd. vett.* 15 consilia ς hocedie *Bergkius* hodie ω hic hodie *olim conieceram* differor sermone miser ω, *correxi.* miser sermone differor *Spengelius.* *Glyconeos* haéc erunt concília hodie: | dífferor sermóne miser *commendat Bue. ceterum longum est varia variorum conamina repetere, quae partim in ed. sec. adnot. partim in coroll.* p. XXV *sqq. leguntur. Cf. praeterea O. Seyffert philol. Wochenschr.* 1884 *n.* 6

II

Sed túa morosane úxor quaeso est? — Vá! rogas? —
Qui tándem? — Taedet méntionis, quaé mihi
Vbí domum adueni, adsédi, extemplo sáuium
Dat iéiuna anima. — Níl peccat de sáuio:

Vt déuomas uolt quód foris potáueris.

Gellius II 23, 11 'praeter uenustatem autem rerum atque uerborum in duobus libris nequaquam parem in hoc equidem soleo animum attendere, quod quae Menander praeclare et apposite et facete scripsit, ea Caecilius ne qua potuit quidem conatus est enarrare, sed quasi minime probanda praetermisit et alia nescio quae mimica inculcauit et illud Menandri de uita hominum media sumptum simplex et uerum et delectabile nescio quo pacto omisit. Idem enim ille maritus senex cum altero sene uicino colloquens et uxoris locupletis superbiam deprecans haec ait:

*ἔχω δ' ἐπίκληρον Λάμιαν· οὐκ εἴρηκά σοι*
*τοῦτ'; εἶτ' ἄρ' οὐχί; κυρίαν τῆς οἰκίας*
*καὶ τῶν ἀγρῶν καὶ τῶν ἁπάντων ἄντικρυς*
*ἔχομεν, Ἄπολλον, ὡς χαλεπῶν χαλεπώτατον.*
*ἅπασι δ' ἀργαλέα 'στίν, οὐκ ἐμοὶ μόνῳ,*
*υἱῷ πολὺ μᾶλλον, θυγατρί. Γ πρᾶγμ' ἄμαχον λέγεις·*
*εὖ οἶδα.*

Caecilius uero hoc in loco ridiculus magis quam personae isti, quam tractabat, aptus atque conueniens uideri maluit. Sic enim haec corrupit: sed tua' e. q. s. Nonius 233, 7 'anima rursum alitus oris et odor .... Caecilius: quae mihi ... anima.'

1 ua! rogas? *scripsi* q̄ (a) me rogas *Rott.* quam errogas *Vat.* quam erogas *Reg.* quam, rogas? *prop. coroll.* XXIX 2 qui Quia tandem *Reg.* quas qui tandem *Rott.* 3 adsedi *Nonii G* atsedi *L* adsedit $H^1$ assedi *φ* ac sedi *Guilelmius* auium *Non. ω* 5 euomas *Cobetus*

III

Placére occepit gráuiter, post quam emórtuast.

Nonius 314, 18 'nam et grauiter multum intellegitur. Caecilius Plocio: placere' e. q. s. (Procilio $BGH^1P^1$)

emortuast *scripsi* emortuas $BGL^1$ emortua $H^1$ est mortua *φ*

IV

Sóletne mulier décimo mense párere? — Pol nonó quoque,
'Etiam septimo átque octauo.

Gellius III 16, 3 'hoc idem tradit etiam Menander poeta uetustior, humanarum opinionum uel peritissimus. Versus eius super ea re de fabula Plocio posui: γυνὴ κυεῖ δέκα μῆνας; *** Sed noster Caecilius cum faceret eodem nomine et eiusdem argumenti comoediam ac pleraque a Menandro sumeret, in mensibus tamen genitalibus nominandis non praetermisit octauum, quem praeterierat Menander. Caecilii uersus hice sunt: soletne' e. q. s. 'Eam rem Caecilium non inconsiderate dixisse neque temere a Menandro atque a multorum opinionibus desciuisse M. Varro uti credamus facit.' Cf. Plauti Amph. 482.

1 soletne *Hertzius*[1] insoletne ω, *mutari noluit Hertzius*[2] insuetne *Bothius* 2 nonoq; etiam *Rott. Reg. Vat.* nonoque et ς nono etiam septimo atque octauo *Junt.* *Septenarios discripsi cum Buechelero: olim cum aliis senarios dimensus in altero* nonó quoque atque octauo atque etiam septimo *ordinabam*

V

Pudébat, credo, cónmemoramentúm stupri.

Nonius 84, 2 'commemoramentum' (om. libri, addidit Junius) 'Caecilius Plocio: pudebat' e. q. s.

VI

Properátim in tenebris ístuc confectum ést opus.

Nonius 153, 14 'properatim, id est properanter.' Idem 155, 3 'properatim et properiter, celeriter, properanter .... Caecilius Plocio: properatim' e. q. s. (C. Plocio properatim om. F[1] L)

istuc] stunc ω *praeter Esc. p.* 155

VII

Conséquitur comes insómnia, ea pórro insaniam áffert.

Nonius 209, 16 'insomnium generis neutri. Feminini Caecilius Plocio: consequitur' e. q. s. (Plochio HL)

affret *W* aufert *FL* *Senariorum duorum dimidia vulgo ponebantur*

VIII

. . . is demum ínfortunatúst homo,
Paupér qui educit ín egestatem líberos;

Cui fórtuna et res núda est, continuó patet.
Nam opulénto famam fácile occultat fáctio.

Gellius II 23, 14 'quid de illo quoque loco in utraque comoedia posito existimari debeat manifestum est, cuius loci haec ferme sententia. Filia hominis pauperis in peruigilio uitiata est. Ea res clam patrem fuit; et habebatur pro uirgine. Ex eo uitio grauida mensibus exactis parturit. Seruus bonae frugi, cum pro foribus domus staret et propinquare partum erili filiae atque omnino uitium esse oblatum ignoraret, gemitum et ploratum audit puellae in puerperio enitentis: timet irascitur suspicatur miseretur dolet. Hi omnes motus eius affectionesque animi in Graeca quidem comoedia mirabiliter acres et illustres, apud Caecilium autem pigra istaec omnia et a rerum dignitate atque gratia uacua sunt. Post ubi idem seruus percontando quod acciderat repperit, has apud Menandrum uoces facit (404 K.)

ὦ τρὶς κακοδαίμων· ὅστις ὢν πένης γαμεῖ
καὶ παιδοποιεῖθ'. ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνήρ,
ὃς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχει,
μήτ' ἂν ἀτυχήσας εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου
ἐπαμφιέσαι δύναιτο τοῦτο χρήμασιν,
ἀλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ
χειμαζόμενος ζῇ, τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων
τὸ μέρος ἁπάντων, τῶν δ' ἀγαθῶν οὐδὲν μέρος·
ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλγῶν ἅπαντας νουθετῶ.

Ad horum autem sinceritatem ueritatemque uerborum an aspirauerit Caecilius consideremus. Versus sunt hi Caecili trunca quaedam ex Menandro dicentis et consarcientis uerba tragici tumoris: is demum' e. q. s. 'Itaque, ut supra dixi, cum haec Caecili seorsum lego, ne utiquam uidentur ingrata ignauaque; cum autem Graeca comparo et contendo, non puto Caecilium sequi debuisse quod assequi nequiret.' Nonius 304, 28 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem . . . Caecilius Filiuminalta eorum famam occultabat factio.' Cf. Philum. II. Facile tibi persuadeas excidisse Philumenae locum et versum 4 in his latere; contra sentit Grauertus Anal. 110.

1 infortunatust *Spengelius* est infortunatus ω infortunatus est *edd. vett.* homo Paupér, qui *vulgo* 2 egestate ς 3 ut est *Vat. Reg. Rott.*, *correxi.* est ut ς ut ut est *olim dederam* pate^t^e *Rott.* 4 famem *Rott.* facilem *Rott. Vat. Reg.* *Hic versiculus apud Nonium* 304, 28 *videtur latere*, *ubi* ita eorum famam occultabat factio. *Vide supra*

IX

Edepól, senectus, sí nil quicquam aliúd uiti
Adpórtes tecum, cum áduenis, unum íd sat est,
Quod diú uiuendo múlta quae non uólt uidet.

Cicero Catonis mai. 8, 25 'melius Caecilius de sene alteri saeculo prospiciente quam illud idem' (illud ennii idem Leid. illud $^{\text{ennii}}$ idem, ennii m. alt. sed antiqua suprascr., Paris.): 'edepol' e. q. s. 'et multa fortasse quae uolt! atque in ea quidem, quae non uolt, saepe etiam adulescentia incurrit. illud uero idem Caecilius uitiosius [28 sq.]' Nonius 247, 2 'aduenire, uenire. Caecilius in Plocio [1. 2].'

1 si] ut si *Nonii* ω etsi *Bothius* ut *Onions* nil *Fruterius* nihil ω quicquam *om. Inderst.* aliud *om. B Nonii* uiti *om. Nonii* ω 2 unus *L* 3 quod diu] diu quis *Manutius*

X

Patiére quod dant, quándo optata nón danunt.

Nonius 97, 14 'danunt, dant . . . .'

patiere (atiere *H*¹) ω potiere *Bothius* potire *conieci* di dant *Bothius*

XI

Viuás ut possis, quándo nec quis út uelis.

Donatus in Ter. Andr. IV 5, 10 'quando ut uolumus, non licet] . . . Caecilius in Plocio: uiuas' e. q. s.

nec quis *scripsi: cf. Accii v.* 620 et *symb. de part.* 24 *sqq.* nequis ω nequit *ed. Med.*, *unde* nequitur *Spengelius* non quis *Fabricius*

XII

Abi íntro atque istaec aúfer, si tamen hódie extollat núptias.

Nonius 297, 28 'extollere, differre. Caecilius Plocio: abi' e. q. s.

istaec *G*¹ *H*¹ *Vrbin.* 307 ista haec φ aufer, si *scripsi* aufer *Vrbin.*, *vulgo* aufert (aufest *Par.*) φ auferto *Bothius*, *An* extollet?

XIII

Quid hóc futurum obsóniost, ubi tántum sumpti fáctum?

Nonius 484, 33 'sumpti pro sumptus . . .'

obsonio est *Bothius* obsonio et ω

XIV

Insánum auspicium: ⟨haut⟩ áliter histriónium est,
Atque út magistratus, públicae ⟨rei⟩ cum aúspicant

Nonius 468, 25 'auspicaui pro auspicatus sum . . . Caecilius Plocio: insanum' e. q. s. 'Naeuius belli Poenici . . . Caecilius Plocio: ut magistratus publice cum auspicant.'

1 hospitium *HL* *Sequentia alteri tribuit personae Bothius* haud *Spengelius*, *om.* ω histrionium *Guietus* istrionum ω 2 aeque *x* publicae rei cum *scripsi* publice cum ω cum publicitus *Maehly* publice quando *Bothius* auspicant cum publice *x*

XV

Tú nurum non uís odiosam tíbi esse, quam raránter
uideas?

Nonius 164, 26 'rarenter pro rare.'

nurum tu non uis odiosam tibi Esse *Spengelius*

XVI

Ibo ád forum et paupérii tutelám geram.

Nonius 220, 4 'paupertas generis feminini. Neutri Caecilius Plochio: ibo' e. q. s.

pauperii *scripsi* (*cf. Gellius IX* 14) pauperi ω pauperio *Spengelius* pauperie *Bothius*

XVII

Ibó domum: ad plebem pérgitur: publícitus defendúndumst.

Nonius 513, 7 'publicitus pro publice . . . Caecilius Plocio: ibo' e. q. s.

ibi demum *Bothius* domum ibo *Grauertus Anal.* 114 pergitur *Spengelius* péragetur *conieci* (*unde* peragitur *vel* peragitor *x*) defendundum est *LW*² defendendum est φ

XVIII

Opuléntitate nóstra sibi ⟨esse⟩ iniúriam
Factám

Nonius 146, 14 'opulentitas pro opulentia ..... Caecilius Potio: opulentitate' e. q. s. (Plocio ed. 1526)

1 esse *addidi* eam *x* 2 factam *Mercerus* faciam *ω*, *quo servato olim* ne *post* sibi *inserueram*, si *Bue proposuit* opulentitate iniuriam factam sibi Nostra *Bothius*

XIX

Líberne es? — Non súm, uerum inibi est .......

Nonius 124, 25 'inibi pro sic et mox ...'

non sum liber, verum inibist quasi *x*

XX

catellae

Nonius 199, 10 'catellae diminutiuum est catenarum et dicuntur genere feminino.'

POLVMENI

*Πωλούμενοι* Menandri? Ex inc. XXIV fortasse comparari possit cum Menandri I his: *τάλας, ἕστηκας ἔτι πρὸς ταῖς θύραις Τὸ φορτίον θείς; σιτόκουρον ἄθλιον, Ἄχρηστον εἰς τὴν οἰκίαν εἰλήφαμεν.*

At pól ego neque florém neque flocces uólo mihi,
uinúm uolo,

Nonius 114, 17 'floces, faex uini. Caecilius: ad pol' e. q. s. Gellius XI 7, 6 'item flocces audierat prisca uoce significare uini faecem e uinaceis expressam, sicuti fraces oleis: idque aput Caecilium in Polumenis legerat.'

*Cf. cor.* XXIX at *Fruterius* ad *ω* floces *Nonii ω* neque floces neque florem *Vrbin.* 307

PORTITOR

Cf. Ritschelius Parerg. I 158.

........ cur dépopulator? gérrae!

Nonius 118, 33 'gerrae, nugae, ineptiae ... Plautus

Asinaria: gerrae! . . . idem . . congerro meus, ut conlusor meus, qui easdem exerceat nugas. Caecilius Portitore: cur d. g.'

depopulato $F^1L$ gerre *L* fur depopulator gerro *Rostius comm. Plaut.* 282, *non male* fur d. ‖ gerrae! *Kiesslingius*

## PROGAMOS

*Πρόγαμοι* Menandri?

I

Ita quód laetitia mé mobilitat, maéror molitúr metu.

Nonius 346, 14 'moliri, retinere, morari ac repigrare.'

*An* quom? laetitia *Palmerius* letiale (latiale *P*) ∞ letale *Grauertus*

II

audibo

Vide ad Naucl. I.

## PVGIL

Cf. *Πύκτης* Timoclis et Timothei.

Tum intér luctandum hunc tímidum tremulis pálpebris
Percútere nictu: hic gaúdere et mirárier.

Festus p. 177 M. 'nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari dictum est ab antiquis — — unde quidam nictationem, quidam nictum, ut Caecilius in pugilem: tum' e. q. s. Paulus p. 176 M. 'dicimus enim nictationem et nictum. Caecilius: hunc tremulis p. p. nictu.'

1 luctandum *scripsi* laudandum *cod.* ludendum *Fruterius*

## SYMBOLVM

I

Destítuit omnes séruos ad mensam ánte se.

Nonius 280, 2 'destitui rursum statui . . .' (Coelius Bern.)

sex *B*

II

Audíre ignoti quom ímperant soleó, non auscultáre.

Nonius 246, 14 'auscultare est obsequi . . . Caecilius

Simbolo: audire' e. q. s. (Symbolo Mercerus sembono GH[1] LP ex soembolo ortum embono ceteri libri)

quom *scripsi* quod *ω* quae *Bothius*

## SYNARISTOSAE

Ex Menandri Synaristosis haec (IV = 449 K.): *Ἔρως δὲ τῶν θεῶν Ἰσχὺν ἔχων πλείστην ἐπὶ τούτου δείκνυται· Διὰ τοῦτον ἐπιορκοῦσι τοὺς ἄλλους θεούς* affinia videri possunt amoris laudibus quae sunt apud nostrum inc. fab. XV.

Heri uéro prospexísse eum se ex tégulis:
Haec núntiasse et flámmeum expassúm domi

Gellius XV, 15 'ab eo quod est pando, passum ueteres dixerunt, non pansum, et cum ex praepositione expassum, non expansum. Caecilius in Synaristosis: heri' e. q. s. Nonius 370, 14 'passum dispersum, solutum . . . Caecilius sinaristosis (inaristosis Gen. Harl.): heri' e. q. s.

1 heri *pyrrichium aequare demonstravit Ritschelius opusc. II* 255 eumpse *conieci* (*item Bergkius*) *cf. v.* 29 se . . . flammeum *om. Nonius* (*nisi quod* se eum *habet Par.*) 2 haec *m. pr. sup. Petav.* hec *Voss.* nuntiasset *ψ* et nuntiasse *Bergkius: an* ecnuntiasse et? dñı (*i. e.* domini) *Par. Voss.*

## SYNEPHEBI

*Συνέφηβοι* Menandri teste Cicerone de fin. I 2, 4 et de opt. gen. or. 18. 'Synephebum' saturam Varro ut Philemo comoediam inscripsisse videtur.

I

In amóre suaue est súmmo summaque ínopia
Paréntem habere auárum inlepidum, in líberos
Diffícilem, qui te néc amet nec studeát tui.
Aut tu íllum furto fállas aut per lítteras
Auértas aliquod nómen aut per séruolum
Percútias pauidum, póstremo a parcó patre
Quod súmas quanto díssipes libéntius!

* * *

Quem néque quo pacto fállam nec quid inde aúferam,

Nec quém dolum ad eum aut máchinam commóliar
Scio quícquam: ita omnis meós dolos fallácias
Praestrígias praestrínxit commoditás patris.

Cicero de nat. deor. III 29, 72 'ille uero in Synephebis Academicorum more contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione, qui in amore summo summaque inopia suaue esse dicit parentem . . . tui. Atque huic incredibili sententiae ratiunculas suggerit: aut tu illum . . . libentius. Idemque facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio disputat, quem neque quo pacto . . . patris. Quid ergo isti doli? quid machinae? quid fallaciae praestrigiaeque?' (sic Vindob. praestigiaeque ceteri libri) 'num sine ratione esse potuerunt?'

1 *constituit Bothius* 4 furto *Bue* fructu *ω* 6 pauidum] timidum *Rehd.* stupidum *aut* bardum (*cf. v.* 250) *malim* 7 dissipes *Leid. c Erl.* dissipis *Leidd. a b Palat. Vind. m.* 1 dissipas *Vind. corr.* dissupas *Rehd.* 8 nec quid inde *Schoe-* quid *mannus* ne quid inde *Leid. b* neque tinde *Vind.* neque ut inde *codd. aliquot Davisii et Moseri, Spengelius* neque unde *Leidd. ac Erl. Palat. cum aliis* neque aliquid *Glog.* neque qui inde *Heindorfius* neque quid *Bothius* 9 neque quem *Erl.* 11 praestrigias *Bue* (*cf. CGl.* V 323, 8 *G.* 'praestrigia') praestigias *ω*: *sed v. supra* praestinxit *χ*, *Lambinus*

II

Serit árbores, quae saéclo prosint álteri.

Cicero Catonis mai. 7, 24 'nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse uiuere: sed idem in eis elaborant, quae sciunt nihil omnino ad se pertinere. Serit' e. q. s. 'ut ait Statius noster in Synephebis. nec uero dubitat agricola, quamuis sit senex, quaerenti cui serat respondere: dis inmortalibus . . . et melius Caecilius de sene alteri saeculo prospiciente quam' e. q. s. Idem Tusc. disp. I 14, 31 'serit' e. q. s. 'ut ait ille' ('ille' add. Wolfius, prob. Wesenbergius Emend. Tusc. II 7 'Statius' alii) 'in Synephebis, quid spectans nisi etiam postera saecula ad se pertinere?' Cf. ad inc. inc. I.

saeclo prosint alteri *Spengelius* alteri saeculo prosint (prosient *Cat. Par. in mg. m. alt. sed ant.*) *ω* serit 'Arbores quae álteri saéculo prósient (prosint *Bergkius opusc.* I 218) *G. Hermannus, fort. recte*

III

Pró deum, populárium omnium, ómnium adulescéntium
Clámo postulo óbsecro oro plóro atque inploró fidem!

* * *

. in ciuitáte fiunt fácinora capitália:
⟨Nám⟩ ab amico amánte argentum accípere meretrix noénu uolt.

Cicero de nat. deor. I 6, 13 'conuocandi omnes uidentur, qui quae sit earum' (sententiarum) 'uera iudicent . . . itaque mihi libet exclamare, ut in Synefebis:' (ut terentius in ephebis Erl. ut Statius in S. alii ut Plautus in S. alii ut ille in S. Vrsinus) 'pro deum . . . fidem, non leuissuma de re, ut queritur ille in ciuitate fieri facinora . . . uolt; sed ut adsint cognoscant animaduertant' e. q. s. Deest locus in Vindob. et Palat. 1519.

1 omnium, omnium *Manutius* omnium (*semel*) *Leidd. abc cum libris plerisque* animum *Erl.* 3 *prima syllaba* hac *vel* nunc *fuisse potest* in ciuitate fieri *Cicero* fieri in ciuitate *Orellius* fieri in ciuitate *posito extra versum* fieri *Schoemannus* *Eisdem numeris adulescentem perrexisse videri monuit Spengelius* 4 noenu uolt *scripsi, item Bergkius opusc.* I 384 nunc neuolt *olim.* ñuult *Leid. c* non uult *φ* neuolt *FA Wolfius*

IV

Ad réstim res redit. — 'Immo collus, nón res: nam ille argéntum habet.

Nonius 200, 21 'collus masculino . . . Caecilius Harpazomene . . . idem Soenefebis: ad restim' e. q. s. Cf. Ter. Phorm. 686. Adde quod ad Imbriorum fr. IV adnotavi.

## SYRACVSII

*Συρακόσιος* Alexidis?

I

Vide, Démea, hominis quíd fert morum símilitas.

Nonius 177, 1 'similitas, similitudo. Caecilius Syracusis: uide' e. q. s.

fert *edd.* feret (feceret $W^1$) *ω*

II

. . tantan hínc inuasit ín corollam dúlcitas?

Nonius 96, 28 'dulcitas, dulcitudo pro dulcedo ... Caecilius Syracusis: tantan' e. q. s. (Coelius *Wolf.* seracusis Harl. Leid.)

eia *suppleas* tantan *Mercerus* tanta $H^1$ tantam $\varphi$ hinc *Vict.* huic $\omega$ in corollam dulcitas *scripsi* in corda (corolia *Vrbin.* 307) indulcitas $\omega$ (*cf. cor.* XXIX *sq.*) in cor Daui dulcitas *Mercerus* in cor damni dulcitas *Bothius* in tua corda *vel* in cor, Daue, dulcitas *temptaveram* tanta huic i. in cor dandi d. *Bue*

III

híc amet,

Fámiliae famé perbitant, áger autem stet séntibus.

Nonius 391, 22 'stare iterum horrere significat . . . Caecilius Syracusi: hic' e. q. s. (Syracusiis Junius) Cf. Plauti Cist. 45.

familiae fame pereant $\omega$ (*cf. cor.* XXX) familia ei fame perbitat *Bothius* familiae fame depereant *Beierus* híc amet, fame aliei pereant *Bergkius opusc.* I 393 hic amét, fame famíliae pereant $x$ híc a., f. famĕ pereant *septenario Bue*

TITTHE

Exempli optio data est inter *Τιτθάς* Eubuli, *Τιτθήν* sive *Τιτθάς* Alexidis, *Τιτθήν* denique Menandri. Nihil similitudinis intercedit inter Menandrea (fr. II M.): *οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες ὡς ἀβέλτεροι Καὶ "σκέψομαι" λέγοντες κ. τ. λ.* et nostri fr. inc. XXIII.

I

220 Praesértim quae non péperit, lacte nón habet.

Nonius 483, 4 'lacte nominatiuo casu ab eo, quod est lac . . . Caecilius Tite: praesertim' e. q. s.

disertim *Fruterius*

II

egon uitám meam

'Asticam conténdam cum istac rústicana ⟨tuá⟩, Syra?

Nonius 258, 34 'contendere significat comparare . . . . Caecilius Tithae: egon' e. q. s. (thieste Vrbin. 308)

asticam *Bergkius opusc.* I 394 atticam *ω* ista *A* $G^2$ *P* isti, *supr.* a, *H* tua *Bergkius*, *om. ω* rustica dura (*vel* uana) *Spengelius. Octonarius iambicus* egon uítam ... rustica, Syra *placuit CFWMuellero*

III

Pér mysteria híc inhoneste ⟨honéstam⟩ grauidauít probro.

Nonius 118, 11 'grauidauit, impleuit. Caecilius Titte: per' e. q. s.

inhonesto *mavult Bue* honestam *Bothius, om. ω, quos qui sequi malet primum pedem excidisse statuet* inceste *x* probo $H^2$ *W*

IV

atque hércle
Vtrásque te, cum ad nós uenis, subfárcinatam uídi.

Nonius 183, 25 'utrasque pro utrimque uel utrobique. Hemina Historiarum lib. IV: in Hispania pugnatum bis: utrasque nostri loco moti. Caeleus Tihe: atque' e. q. s. Cf. Lachmannus Lucr. 104 Bue lat. decl. p. 32 et ann. philoll. 1867 p. 68. (Caecilius Titthe Mercerus)

2 te *Mercerus* et *ω* suffarcinatam *Mercerus* subfraginatam *ω* *Senariorum frusta* atque ... uenis | s. u. *praefert x*

V

[ubi] ádiacentem cómpitum

Nonius 196, 9 'compita .... masculino Varro de scenicis originibus lib. III: ubi compitus erat aliquis. Caecilius Titthe: ubi a. c.'

ubi *ex Varronis loco inl. vid.* abi (*s.* adi) ad (*s.* in) *coniecerunt* adiacentem *Fruterius* adicientem *ω*

VI

. . . . hic dúm abit, huc concéssero.

Nonius 270, 6 'concedere, recedere uel cedere ... Caecilius Tithe: hic' e. q. s.

TRIVMPHVS

I

Hiérocles hospes ést mi adulescens ádprobus.

Gellius VI (VII) 7, 9 'adprobus tamen, quod significat ualde probus, non infitias eo quin prima syllaba acui debeat. Caecilius in comoedia, quae inscribitur Triumphus, uocabulo isto utitur: Hierocles' e. q. s.

II

Nunc meaé malitiae, Astútia, opus ést subcenturiáre.

Festus p. 306 M. 'succenturiare est explendae centuriae gratia supplere, subicere — Caecilius in Triumpho: nunc' e. q. s. Paulus 307 M. 'succenturiare — supplere. Caecilius: nunc' e. q. s.

*Numeros Bergkius perspexit* militiae *Festi cod.* *Hiatum in diaeresi olim* te *inserendo explevi* subcenturiare *O. Muellerus* subcenturia *Festi cod.* succenturia *Paulus* subcenturiata *Bue* subcenturiari *Bergkius* est succenturiata opus *Bothius*

## EX INCERTIS FABVLIS

I

Núnc enim demum mi ánimus ardet, núnc meum cor
cumulátur ira.

Cicero pro Caelio 16, 37 'redeo nunc ad te, Caeli, uicissim, ac mihi auctoritatem patriam seueritatemque suscipio. sed dubito quem patrem potissimum sumam: Caecilianumne aliquem, uehementem atque durum? Nunc enim' e. q. s. Idem de fin. II 4, 14 'intellegas inter illum qui dicat: tanta laetitia auctus sum ut nil constet, et eum qui: nunc demum mihi animus ardet, quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur, esse illum medium . . . qui nec laetetur nec angatur.' Caecilianum patrem Quintilianus XI 1, 39 Terentiano opponit. Ei autem vel in Asoto (II) vel in Fallacia (I) vel in Hymnide (VIII) vel in Pausimacho (IV) fingas partes fuisse.

II

O infélix, o sceléste!

* * *

Egóne quid dicam? egon quíd uelim? quae tu ómnia
Tuis foédis factis fácis ut nequiquám uelim.

* * *

Istam ín uicinitátem te meretríciam

Cur cóntulisti? cúr inlecebris cógnitis
Non . . . refúgisti . . . . .
. . . . cur álienam ullam múlierem
Ností? . . . . . . . . . .
. . . . . . . dide ac dísice,
Per mé licebit . . . . . . .
. . si egebis, tíbi dolebit, míhi sat est,
Qui aetátis quod relíqŭom est oblectém meae.

Cicero pro Caelio 16, 37 ubi eis quae ad I descripsimus, statim haec subiunguntur: 'aut illum: o infelix, o sceleste! Ferrei sunt isti patres: [2. 3] uix ferendi.' (del. Franken Mnem. VIII 219 et F. Schoellius mus. Rhen. XXXV 559 'ferenda' Salisb.) 'diceret talis pater: cur te in istam uicinitatem meretriciam contulisti? cur inlecebris cognitis non refugisti? cur alienam ullam mulierem nosti? dide ac dissice, per me licebit: si egebis ... meae. Huic tristi ac derecto seni responderet Caelius' e. q. s.

2 quidicam *Par. m. pr.* egone (*om.* quid uelim) *Brux.* egone quid uelim *Par. Salisb. cum ceteris* quid uelim *Spengelius* quae *referendum ad* omnia, *de quibus in superioribus sermo fuerat.* qui *Spengelius* 4 cur te in istam uicinitatem (ciuitatem *Brux.*) meretriciam contulisti? *Cicero* cur in uicinitatem istam meretriciam Te c. *Spengelius* 6 *sq.* non effugisti? cur alienam mulierem Cognosti? *Spengelius* 9 disiice *Orellius: cf. coroll.* XIII *sqq.* dissice *Put.* disce *φ* 11 *praemitti* olim *vel* posthac *licet* si egebis *om. cum Spengelio Schoellius, ut unus senarius* per me . . . est *currat* dolebunt *Brux.* sat est *om. Brux. Erf.* 12 reliquom *Par.* reliquum *vulgo.* *An* quod mi est réliqŭom?

III

Vt me hódie ante omnes cómicos stultós senes
Versáris atque inlússeris lautíssime.

Cicero Lael. 26, 99 'quid autem turpius quam inludi? quod ut ne accidat, magis cauendum est. ut me hodie' e. q. s. Idem Cat. mai. 12, 36 'nam quos ait Caecilius comicos' (comicus libri) 'stultos senes, hoc significat credulos obliuiosos dissolutos, quae uitia sunt non senectutis, sed inertis ignauae somniculosae senectutis.'

1 tu me *malit Halmius* 2 iusseris *Gud.* illuseris *August.*

ut iusseris (*h. e.* inl., *ni f. cf. Afran.* 87) φ lusseris *tuetur P. Langen Beitr.* 18 ut lusseris *Bue* elusseris *Halmius* unxeris *Palat. a* emunxeris *Bentleius in Hor. a. p.* 96

IV

'St tacete: quíd hoc clamoris? quíbus nec mater néc pater,
Tánta confidéntia? auferte ístam enim supérbiam.

Cicero de orat. II 64, 257 'saepe etiam uersus facete interponitur uel ut est uel paululum mutatus, aut aliqua pars uersus, ut Statii a Scauro stomachante (ex quo sunt nonnulli, qui tuam legem de ciuitate natam, Crasse, dicant): st tacete' e. q. s. (satius vel statius scauro stomachanti ω, corr. Bakius) Deest locus in Erl. vet. et Abrinc.

1 st] sed *Pal.*[2] *Erl.*, *om. M* (*mutili*) si *L* (*h. e. Laud. amissi apographa*) nec *om. L Erl.* mater nec pater *Harl. Leid.* pater nec mater *M* sit *add. L Erl.*, *unde* nec pater nec mater est *Leo Pl. F.* 285 2 confidentia estis ω, estis *del. Schuetzius* auferte *Leid.* aufert φ istāc *L Erl.* in *M* enim *om. M Erl.* t. c. estis? aufertin superbiam? *Leo* auferte nunc istam superbiam *ed. Rom.*

V

Si cónfidentiam ádhibes, confide ómnia.

Isidorus Orig. X 40 'confidens, quod sit in cunctis fiducia plenus. unde et Caecilius: si' e. q. s.

habes *Par.* adhibens *Wolfenb.*

VI

. . . innocéntia eloquéntiast.

Apuleius apolog. c. 5 'sane quidem si uerum est quod Statium Caecilium in suis poëmatibus scripsisse dicunt, innocentiam eloquentiam esse' e. q. s.

*Quod breviter tetigit Apuleius dictum aliquo modo in numeros redegi: expleri sententiam sic fere* saepe innocentia ipsast eloquentia *suasi in coroll. p.* XXX animi *praemitti iubet Spengelius ind. litt. Gotting.* 1865 *p.* 550

VII

Tantám rem dibaláre ut pro nilo hábuerit.

Varro de l. l. VII 103 M. 'multa ab animalium uocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut ... Caecilii: tantum' e. q. s. (Cilii Flor. Haun.)

tantam *Scaliger, qui* dibalare rem *interpretatur* καταφαγεῖν τὴν οὐσίαν: *immo vituperatur qui secretum* balando, *i. e. garriendo differre et divulgare non veritus sit.* tantum *ω*

VIII

. . . . nímis audacem nímisque bardum bárbarum

Pauli Festus p. 34 M. 'bardus stultus, a tarditate ingenii appellatur. Caecilius: nimis' e. q. s.

IX

Quísquilias uolántis, uenti spólia memorant: í modo!

Festus p. 257 M. 'quisquiliae dici putantur quidquid ex arboribus minutis surculorum foliorumue cadit, uelut quidquidcadiae. Caecilius: quisquilias' e. q. s. Cf. Hymnis VI.

memoras, i modo *Scaliger*

X

Omnibus laetítiis laetus íncedo . . . . .

Cicero de fin. II 4, 13 'nam et ille apud Trabeam uoluptatem animi nimiam laetitiam dicit, eandem quam ille Caecilianus, qui omnibus laetitiis laetum esse se narrat.' Idem ad fam. II 9 'repente uero incessi omnibus laetitiis laetus'.

XI

. . . . . quántum amantum in 'Attica est

Charisius p. 98 P. 'amantum Caecilius, ut etiam Plinius notat: quantum' e. q. s.

in Attica *scripsi* in natica *cod.* in riatica *ed. pr.*

XII

. . . . . . . nomen uírginis,
Nisi mírum est, deintegráuit.

Nonius 101, 25 'deintegrare, deminuere ... Caecilius: nomen' e. q. s.

1 *sq. unius septenarii frustum esse vult Bue* 2 nisi mirum

est] *cf. Plauti Pseud.* 1213 *et symbolae meae ad part. Lat. p.* 17 deintegrabit *olim conieci, quod non necessarium.* uirginis *H*[1] *W* uerginis *φ*

XIII

Venério cursu uéni, prolató pede
Vsque ád scaphonem

Isidorus Orig. XIX 4, 5 'scaphon funis in prora positus. de quo Caecilius: Venerio' e. q. s. (cecilius, m. 2 suprascr. lucilius Monac. licinius, suprascr. eadem m. uel cecilius Tegerns., unde de auctore huius loci dubitari posse monet Spengelius)

1 cursum *Wolfenb.* prolatum *Wolfenb.* pede *sc. veli*] pede/// (*erasa* s) *Monac.* pedes *Sangerm.* 805 *et scr.* s *in ras. Sangerm.* 806 2 scaphonem *Emeranus* safonem *Monac. Sangermann.* fabonem *Wolfenb.* saphonem *alii* safon *gloss. Bern.*

XIV

. . . . . . . mane ut éx portu in Piraéum

Cicero ad Att. VII 3, 10 'uenio ad Piraeea, in quo magis reprehendendus sum quod homo Romanus Piraeea scripserim, non Piraeum — sic enim omnes nostri locuti sunt — quam in quod addiderim . . . . nostrum quidem si est peccatum, in eo est quod non ut de oppido locutus sum, sed ut de loco, secutusque sum, non dico Caecilium: mane' e. q. s. 'malus enim auctor Latinitatis est, sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi: heri aliquot adulescentuli coimus in Piraeum.'

XV

. . . . . deúm qui non summúm putet,
Aut stúltum aut rerum esse ínperitum exístumem:
Cuii ín manu sit, quém esse dementém uelit,
Quem sápere, quem sanári, quem in morbum ínici
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Quem cóntra amari, quem éxpeti, quem arcéssier.

Cicero Tusc. disp. IV 32, 68 'totus uero iste qui uolgo appellatur amor . . . tantae leuitatis est, ut nihil uideam quod putem conferendum. quem Caecilius deum' e. q. s. Versus 1 sq. congruere cum Euripideis (Augae fr. 269 N[2].) Ἔρωτα

*δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν Καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον, Ἢ σκαιός ἐστιν ἢ καλῶν ἄπειρος ὢν Οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν* monuit Meinekius.

1 ego uero Amorem *supplevit Bentleius* 2 rerum] uenerum *coniecit Meinekius* existumet (*ex Ciceronis ore*) *Reg. Pith. Gud.* existimat *vulgo* existumo *Bentleius* 3 cuii *scripsi: cf. Pompon.* 146 *et Ritschelius ad Plauti Trin.* 358 *ed.* 2 cui ω, *nec offendit Bentleium: Ciceronis, non poetae esse arbitratur CFWMueller* cuius *Ernesti, quod olim probavi* 4 sanari *Oxonn. aliq. ut vid., Manutius, Bentleius* insanire φ *Versum excidisse vidit Bentleius talem fere:* quem odio ésse, quem contemni, quem excludi foras 5 quem expeti, quem arcessier *Bern., Erasmus, Bentleius* quem expeti quem arcessiri (*vel* accersiri *Pith.*) φ quem accersiri, quem expeti *Cratandrina*

XVI

Homo hómini deus est, sí suum officiúm sciat.

Symmachus epist. IX 114 'recte Caecilius comicus homo, inquit, homini' e. q. s. Cf. Epist. II

XVIII

Saépe est etiam súp palliolo sórdido sapiéntia. 266

Cicero Tusc. disp. III 23, 56 'hic Socrates commemoratur, hic Diogenes, hic Caecilianum illud: saepe' e. q. s.

XIX

Quaeso ígitur, quisquis és, mea mulier . . .

Nonius 197, 34 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit . . . Caecilius: quaeso' e. q. s.

quaero *Onions* quis *trochaeos metiens x*

XX

Grammónsis oculis ípsa, atratis déntibus

Nonius 119, 19 'gramiae, pituitae oculorum.' Cf. Plocium.

grammonsis *FHL* grammosis φ dentibus $F^1$ *Aldina* gentibus φ

XXI

Aduéhitur cum iligná corona et chlámyde: di uostrám fidem!

Gellius V 6, 12 'ciuica corona . . . fit e fronde quernea . . . fuit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est, sicuti scriptum est in quadam comoedia Caecilii: aduehuntur, inquit, cum' e. q. s. Cf. Triumphus.

aduehitur *Bothius* adueuntur *Rott.* adueū *et* [u] unt *in fine et in principio paginae Vat.* aduehuntur φ iligna *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 25 ilignea (lignea *Reg.*) ω áduehunt Eúm cum iligneá corona *CFWMueller*

XXII

Pro di ínmortales! únde prorepsít truo?

Pauli Festus p. 367 M. 'truo auis onocrotalus. Caecilius irridens magnitudinem nasi: pro' e. q. s. Cf. CGl. II 384 G. *ὀνοκρόταλον trico.*

unde hic *Aldina, fortasse recte*

XXIII

si quassánte capite trístes
Incédunt.

Servii Lemovic. in Verg. georg. I 74 'quassante, i. e. quassa, quae sonet cum quassatur.' Cf. Plauti Asin. 403.

sic *malo*

XXIV

séquere me. — Perii hércle. — Tu, quid enim óscitans
Hietánsque restas?

Diomedes p. 336 P. 'hiare et hietare ueteres dixerunt . . . Caecilius: sequere' e. q. s. (Caecilius Putschius caelius Par. A Mon. cod. Scioppii celius Par. B)

1 *praemittendum* age *vel simile quid: octonarium continuum praefert Bue* perii hercle *nunc scripsi et personas distinxi.* peri hercle *Monac., cod. Scioppii* periercle *Par. A* pehercle *Par. B* praei hercle *Putschius, merito repudiavit CFWMueller l. l.* 742 quid *scripsi, om. Par. B* qui φ enim *vel* nam *conicio* mihi ω mi *Spengelius* 2 restans *Par. A*

XXV

operis remex

Cicero de orat. II 10, 40 'et Crassus, nox te, inquit, nobis, Antoni, expoliuit hominemque reddidit. nam hesterno sermone

unius cuiusdam operis, ut ait Caecilius, remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem descripseras, inopem quendam humanitatis atque inurbanum.'

operis remigem aliquem aut baiulum *sunt qui tribuant Caecilio*

[XXVI

Dum taéniam, qui uólnus uincirét, petit]

Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno [I] et alias: dum' e. q. s. O. Muellero, cui hic versiculus Caecilii non esse videbatur, ita adsentior, ut tragoediae etiam multo aptiorem habeam.

petit *om. Vrsinus*

XXVII

Profértoque nóbis in múndo futúrum
Lectum

XXVII sq. Charisius p. 181 P. 'in mundo pro palam et in expedito, ac cito; Plautus . . . Caecilius quoque, ut Annaeus Cornutus libro tab. castarum patris sui: profecto' e. q. s. 'item idem: namque' e. q. s. (lib tab castar patris sui cod. libro fabularum castarum patris sui Lindemannus. In litteris tab castarum O. Jahnius Proleg. in Pers. p. XXI latere coniecit tabernariarum, in sequentibus autem patris sui titulum fabulae, Caecilianum denique locum excidisse; in libro I epistularum conieceram. libro tabularum castrensium Bue mus. Rhen. XXXIV 347)

1 profertoque *scripsi dubitanter* profecto qui *cod.*

XXVIII

. . . namque ⟨mihi⟩ malum in mundóst, ere

num qui *Lindemannus* nam cui *prop. Bue* in mundost ere *Bue Coniectanea Latt.* (1868/9) *p.* 7 in mundo si ire *cod.* nam quia malum in mundo esse sciret *coni. Keilius*

XXIX

Si nón sarciri quítur

Diomedes p. 380 P. 'Accius quitus sum . . . queuntur. Caecilius praeterea: si n. s. quitur.'

XXX

Dí boni! quid hoc?

Rufinus de metris com. CGL VI 556 K. 'Varro in VII: clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud Accium: an haec iam obliti sunt Phryges? Non nunquam ab his initium fit, ut apud Caecilium: di boni quid hoc? apud Terentium: discrucior animi.'

*Tripodiam troch. catal. possunt in cantico vel trochaei vel iambi vel cretici vel bacchei secuti fuisse: minus probabilia protulit Hermannus elem.* 181 *epit.* 70. *Cf. praeterea Studemundus de cant. Plaut.* 4

XXXI*

. . . . . ó tristes inéptias!

Seneca epist. 113, 26 'haec disputamus adtractis superciliis, fronte rugosa. non possum hoc loco dicere illud Caecilianum: o tristes ineptias! ridiculae sunt.' Caecilianum] caelianum Bamb. teste Bue cicilianum, caeciliani, celanum, celiani ceteri codd.

XXXII

. . . . . íncolumi insciéntia

Fronto epist. II 6 p. 31 Nab. 'igitur paene me opicum animantem ad Graecam scripturam perpulerunt homines, ut Caecilius ait, incolumi inscientia.'

XXXIII

uallata gula

Macrobius Sat. III 15 (II 11), 9 'sed quis neget indomitam apud illos et, ut ait Caecilius, uallatam gulam fuisse?'

XXXIV

decora domi

Donatus in Ter. eun. IV 7, 45 'domi et foci genetiui sunt. Caecilius: decora domi.'

XXXV

glabrum tapete

Nonius 229, 4 'tapete generis neutri. Turpilius (217) et Caecilius: glabrum tapete.' Caecilii memoriam secludit x.

XXXVI

Leontium

Charisius p. 80 P. 'Leontion et Crusion et Panion' (Chrysion Spengelius thyrusion et faunion Neap. thrusion et paunion excerpta Par.) 'ex neutris Graecis feminina nostri' (sic Keilius 'neutra' Neap.) 'fecere * et Plautus quod dixit haec Phronesium, et Caecilius Leontium' (haec Leontium Fabricius). Chrysion fabula Caeciliana; Φάνιον Menandri comoedia, Phanium in Terentii Phormione v. 201. 218 legitur.

XXXVII

Horatius a. p. 238 'ut nihil intersit Dauusne loquatur et audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum, An custos famulusque dei Silenus alumni.' Comm. Cruq. in l. l. 'Pythias persona comica in comoedia Lucilii' (immo Caecilii) 'quae inducitur per astutias accipere argentum a Simone domino suo in dotem filiae.'

Cf. Pseudoacro: 'non dicit de Pythia Terentiana, sed quae apud Lucilium comoediographum inducitur' (sic Par. γ lucillium satyricum inducitur ed. Rom. a. 1474 lucilium inducitur tragoediographum rell.) 'ancilla per astutias accipere argentum a domino. nam fefellit dominum et accepit ab eo argenti talentum: fuit enim haec eadem meretricula rapax, ut Thais, quae lucrum facit.' Caecilii nomen restituendum esse recte monuit Orellius, certam comoediam Horatium innuere miro iudicio negat Dieterich Pulc. 126.

XXXVIII

gnoscit

Diomedes p. 378 P. 'gnoscit ait Caecilius.' (ignoscit Monac.)

XXXIX

facilioreis. sanctioreis.

Charisius p. 104 P. 'facilioreis Caecilius, inquit Plinius, idem et sanctioreis ait.'

XLI

fác uelis:
Perfícies.

Iulius Rufinianus 19 p. 43 H. 'ἀποφώνημα, sententia responsiua, ut apud Caecilium: fac u. p.' (Caecilium Ruhnkenius Caelium ed. princ.)

1 *sq. potest etiam septenarii initium* fác uelis: perficies *fuisse*

XLII

Festus p. 229 M. 'profesti dies di[cti, quod sint procul a religione numinis] diuini. Caecilius ..... .................sti tantundem ......... [Afranius] in Priuigno' e. q. s.

XLIII

Tántum bellum súscitare cónari aduersários
Cóntra bellosúm genus!

Nonius p. 80, 32 'bellosum, bellicosum. Caecilius: tantum' e. q. s. (cecilius EH²PW celius, caelius, coelius φ) Coelii Antipatri fragmentis (5 P.) inseri solent; a numeris non aliena esse, ut fortasse Caecilii sint, monui in coroll. p. XXXI.

# IVVENTIVS

## ANAGNORIZOMENE

Quód potes, sile céla occulta tége tace mussá mane.

Festus p. 298 M. '[summ]ussi dicebantur [murmuratores] — — nam mussare si ........ s in Agnorizomene: quod' e. q. s. (Anagnorizomene Augustinus.) Paulus p. 299 M. 'summussi ... Terentius mussare pro tacere posuit, cum ait: sile ... mussa.' (Iuuentius Lindemannus Terentius Paulus, quem intellegit Terentium Libonem Fregellanum Scaliger Coni. in Varr. p. 83 Caecilius Vrsinus, de quo dubitat Spengelius. Cf. inc. fab. I. II)

oc ...... *cod. Festi*

## EX INCERTIS FABVLIS

### I

gaúdia
Sua si ómnes homines cónferant unum ín locum,
Tamén mea exsuperét laetitia.

Varro de l. l. VI 50 M. 'laetari ab eo, quod latius gaudium propter magni boni opinionem diffusum. itaque Iuuentius ait: gaudia' e. q. s. (Deficit hic F. iuuentus f H Par. a iuñecius Par. b Terentius Rholandellus)

2 omnes homines] omnia omnes *L. Spengelius, non male Trochaei tales* gaúdia sua si ómnes . . . . locum Támen mea exsuperét laetitia *praeplacent aliis. Cf. O. Brugmanus l. l.* 48

### II

pállium
Non fácio flocci ut spléndeat.

Gellius XVIII 12, 2 'id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, ut pro uerbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde haec uice inter sese mutua uerterent. Iuuentius in comoedia: pallium, inquit, non facio f. ut s. Nonne hoc inpendio uenustius gratiusque est quam si diceret: maculetur?' (Iuuentius Rutgersius Varr. lect. IV 19 iuuentus s. inuentus ψ terentius Magl.)

2 non facio *om. Par. Lugd. Magl.* ·S· *Dan. Pet.* ·?· *Voss. (quibus signis videtur lacuna indicari) Iambici octonarii frustum* . . . . . pállium floccí non facio ut s. *Fleckeisenus commendavit*

### III

. . . caput ei téstatim diffrégero.

Charisius p. 196 P. 'testatim Iuuentius: caput ei t. d.' Verba iuventius caput minus certa sibi apparuisse testatur H. Keilius.

deffregero *cod.* defregero *Putschius*

### IV*

† ita tradedeq. in re neq. in
Iudícium Aesopi néc theatri tríttiles

Varro de l. l. VII 104 'Maccius in Casina a fringuilla . . . † sues auoluerat ita' e. q. s. Sueti (sc. Suei) a uolucribus O. Muellerus. Suei a colubra Baehrens. Iuuentius ab ulula conieceram mus. Rhen. XXVII 183: cf. coroll. XXXII.

ita tradidi: quid ni? neque hili ⟨existumo⟩ Iudícium . . . . trittiles ⟨Vocés⟩ *olim lusi: nunc in desperato loco nolo amplius periclitari.* ita tragoediae | qua in ré neque in iud. *e. q. s. Bue mus. Rhen.* XXIX 197

V

scrupipeda

Varro de l. l. VII 65 M. 'scrupipedam Aurelius scribit ab scauripeda: Iuuentius comicus dicebat a uermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus; Valerius a pede ac scrupea.' Cf. Plauti fr. 100 Sch.

# LVSCIVS LANVVINVS

Cognominis formam Lanuvinus vindicavit Dziatzko ad Ter. Phorm. 1.

## PHASMA

Donatus in Ter. eun. prol. 9 'idem Menandri Phasma nunc nuper dedit] bene nunc nuper, ut ex uicinitate facti ostendat nihil esse dicendum quam displicuerit haec comoedia Luscii Lanuuini, propterea quod res recens sit et omnes meminerint. Phasma autem nomen est fabulae Menandri.'

Menandri nomen additum propter **Φάσμα** Philemonis (**Φάσμα ἢ Φιλάργυρος** Theogneti). Acta primum Eunuchus a. 593/161.

## THENSAVRVS

Terentius eun. prol. 10 'atque in Thensauro scripsit causam dicere Prius, unde petitur, aurum qua re sit suum, Quam ille qui petit, unde is sit thensaurus sibi, Aut unde in patrium monumentum peruenerit.'

Donatus in l. l. 'arguit Terentius quod Luscius contra consuetudinem litigantium defensionem ante accusationem induxerit. Huius modi enim est Luscii argumentum: adulèscens, qui rem fámiliarem ad nequitiam' ('nequitia' Bentleius) 'prodegerat, seruum mittit ad patris monumentum, quod senex sibi uíuus magnis ópibus apparáuerat, ut íd aperiret, inlaturus epulas, quas páter post annum décimum cauerat sibi inférri. sed eum agrum, in quo monumentum erat, senex quídam auarus áb adulescente émerat. seruus ad aperiendum monuméntum auxilio usús senis thesaurum cum epistola ibidem repperit. senéx thesaurum tamquam a se per tumultum hostilem illíc defossum rétinet et sibi uíndicat. adulescens iudicem capit, apud quem prior senex, qui aurum retinet, causam suam sic agit: Athénienses ... praedicem et cetera. Quae contra naturam iurisque consuetudinem posita argumenta' ('arguit et' Bentleius) 'notat Terentius, quod ille ordo potior erat, ut adulescens prior proponeret causam, qui petitor inducitur.' Cf. *Θησαυρός* Anaxandridis Archedici Cratetis Dioxippi Diphili Menandri: nam Philemonis fabulam Plautus vertit in Trinummo. Menandrum Luscii auctorem fuisse probabilis est virorum doctorum coniectura. Senariorum vestigia in argumenti narratione agnovit Leo mus. Rhen. 38, 322.

Athénienses, béllum cum Rhodiénsibus
Quod fúerit quid ego hic praédicem? . . . .

2 quod fuerit ⟨dudum nobis⟩ quid e. p.? *suppl. Dziatzko ann. phil.* 1880 *p.* 812

## EX INCERTIS FABVLIS

### I

Terentius haut. prol. 30 'ne ille pro se dictum existumet, Qui nuper fecit seruo currenti in uia Decesse' ('Dixisse' Bentl.) 'populum: cur insano seruiat? De illius peccatis plura dicet, cum dabit Alias nouas, nisi finem maledictis facit.'

### II

Terentius Phorm. prol. 4 'qui' (scil. poeta uetus) 'ita dictitat, quas antehac fecit fabulas' (sc. Terentius),

'Tenui esse oratione et scriptura leui: Quia nusquam insanum scripsit adulescentulum Ceruam uidere fugere et sectari canes Et eam plorare, orare ut subueniat sibi.' Ad quae cf. Donati scholia.

# SEXTVS TVRPILIVS

## BOETHVNTES

I

Melésia! intus céssas? credo hercle hélluo
Tubúrcinatur.

Nonius 179, 25 'tuburcinari significat raptim manducare . . . Turpilius Boëthuntibus: Melexia' e. q. s. Boethontibus $H^2L^2W$ Boethantibus $H^1$

1 Melesia *scripsi ut Bergkius opusc.* I 208. 395 melixia *H* melexia *φ* cessas $H^1$ cessat *φ*

II

Eum dérepente dúcere uxorem aúdio.

Nonius 518, 3 'derepente. Turpilius Boetuntibus: eum' e. q. s.

ducere uxorem audio *Bothius* uxorem audio ducere *ω*

III

qui uérba uenatúr mea,
Pestís, si abscedat. — 'At sermonem hinc súblegam.

Nonius 332, 28 'legere surripere significat, unde et sacrilegium dicitur, id est de sacro furtum . . . Turpilius in Boetuntibus: qui uerba' e. q. s.

2 pestis, si abscedat *scripsi* pestis arscedat (amrscedat *P*) *ω* pestis? (*vel* postis) Arcedat *Scaliger* postibus abscedat *Bothius* perii, si arcedat *x*. *Apertius se locuturum esse profitetur, si inportunus nescio quis auditor abierit: at is furtim e latebris captat sermonem. Personae vulgo non distinguuntur* at] et *ω* nec *Bothius: an* ei? sublegam *ω* sublegat *Scaliger*

IV

. . . quaeso cógita ac delíbera.

Nonius 429, 19 'inter cogitare et deliberare hoc inter est: cogitare est confirmare,' ('considerare' x) 'deliberare confirmare. Turpilius Boetuntibus: quaeso' e. q. s.

delibera *cum sequentibus om. Ba*

V

Mácte uirtute ésto.

Nonius 342, 1 'mactare est magis augere . . . Turpilius Boetontibus: macte u. e.'

*An iambice* macte ésto uirtute?

VI

Nón ago hoc per ságam pretio cónductam, ut uulgó solent.

Nonius 23, 5 'sagae mulieres dicuntur feminae ad lubidinem uirorum indagatrices . . . Turpilius Boethontibus: non' e. q. s.

CANEPHORVS

*Κανηφόρος* Anaxandridis fuit et Menandri. Huius fr. 253 K.: *ἀλογίστου τρόπου Ἀτύχημα φεύγειν ἐστὶν οὐκ αὐθαίρετον* Ladewicus de Volc. Sedig. 18 composuit cum nostro I. Loquitur autem qui inconsiderantiam suam insita naturae indole excusat.

I

Ita ést: uerum haut facile ést uenire illi úbi sita est sapiéntia.
Spíssum est iter: apísci haut possem nísi cum magna míseria.

Nonius 392, 26 'spissum significat tarde . . . Turpilius Caneforo: ita' e. q. s.

1 íta, *del.* est, *olim dedi: cf. coroll.* XXXIII haut *Stephanus* aut ω illo *Lipsius Ep. qu. V* 2 sita *B*, *Rothius* si ita $GH^1L^1$ spissa φ 2 apisci *scripsi* adipisci ω haut *Lipsius* aut ω possem *scripsi* posse ω possis *Lipsius* spissúmst iter: adipisci haúd potestur *Bergkius*

II

. . testamentum érgo celabís? — Logi!

Nonius 63, 19 'logi a Graeco sermone, uel dicta ridicula et contemnenda . . . Turpilius Caneforo: testamentum' e. q. s.

III

Satis frúcti reddunt.

Nonius 491, 6 'fructi uel fructuis pro fructus.'

IV

. . . nosti quám sit gracili córpore.

Nonius 116, 9 'gracilitudo et gracilens pro gracilis et gracilentum pro gracili et gracilium pro gracilitas.' (pro gracili et gracilium om. Bamb. Scribendum 'gracilitudo pro gracilitas, gracilens et gracilentum et gracilum pro gracili.') 'Accius . . . gracilitudo . . . Ennius . . . filo gracilento. Naeuius' (immo 'Laeuius', ut vidit Osannus) 'Protesilaodamia . . gracilenticolorem . . gracilens fit. Turpilius Caneforo: nosti' e. q. s.

gracili *E H² P W* gracile *H¹* cracile *F L* cracilo *Quicheratus, fort. recte* corpus *L?*

## DEMETRIVS

Fr. V Scaliger Coni. in Varr. p. 159 monuit convenire cum Alexidis ex *Δημητρίῳ ἢ Φιλεταίρῳ* fr. 46 K.: *πρότερον μὲν εἰ πνεύσειε βορρᾶς ἢ νότος Ἐν τῇ θαλάσσῃ λαμπρός, ἰχθῦς οὐκ ἂν ἦν Οὐδενὶ φαγεῖν. νυνὶ δὲ πρὸς τοῖς πνεύμασιν Τούτοις Φάυλλος προσγέγονε χειμὼν τρίτος κ. τ. λ.* Praeterea fr. X similibus praefari videtur Turpilius, qualia apud Alexidem extant fr. 45: *ὁμοιότατος ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν Τρόπον τίν' ἐστί κ. τ. λ.*, quibus contradicitur fr. inc. XV (278): *οὐδέν γ' ἔοικ' ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν κ. τ. λ.* Ceterum de argumento ex Graeco poeta nihil sane, aliquantillum saltem ex nostro disci potest. Certe constat de adulescente inperito et paulo stupidiore (II. IX), qui cum nescio quibus turbis invitus ab amata abalienatus esset (IV), in gratiam cum ea redit. Nec desunt aut de patre decepto (XVI) aut de meretrice (XIV) testimonia. Ab ea autem diversa fortasse fingi potest ipsa virgo amata, ad quam pertinere putaverim XI et XIII.

I

Ab ínitio ut res sít gesta enodá mihi.

Nonius 15, 16 'enoda significat explana ....'

ut res est gesta *vel* uti res gestast (*s.* res ut gestast) *Ed. Becker stud.* I 158

II

Timére occepi et ínterdum oscitárier:
Inéptus quid mihi uéllem ex insoléntia
Nescíbam.

Nonius 322, 18 'insolens rursum non solens ...'

1 tumere *conieceram* occoepi et *Lipsius Ep. qu.* V 12 occepi *B G H*[1] hoccepit *L* occepit *φ* 2 quod *B H*[1] *L*[1] 3 nescibam *Lipsius* nesciebam *ω*

III

Pudét pigetque meí me .....

Nonius 424, 4 'pudet et piget hoc distat: pudet enim uerecundiae est, pigere poenitentiae ....'

IV

.. nunc me ex aliórum ingeniis iúdicat,
Intércapedo quórum amicitiás leuat.

Nonius 337, 2 'leuare etiam minuere ...'

1 num *x*

V

Anteháс si flabat áquilo aut auster, ínopia
Tum erát piscati.

Nonius 488, 18 'piscati pro piscatus ...'

1 flauat *L*[1] fluat *Ba* 2 erat *Ba H*[2] ͤorat *L* eorat *H*[1]*L*[1]*P* eoraut *W* orat *φ*

VI

In ácta coperta álga inoras óstreas

Nonius 216, 5 'ostrea generis feminini ...' Cf. Onom. 'inora ἄστομος'. Festus Pauli p. 114 M. 'inori, inores.'

coperta *L*[1] cooperta *φ* alga *Palmerius* age *ω*

VII

Nec récte dici míhi quae iam dudum aúdio.

Festus p. 162 M. 'nec coniunctionem grammatici fere dicunt esse disiunctiuam, ut nec legit nec scribit, cum, si diligentius inspiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intellegi possit eam positam esse ab antiquis pro non — — apud Plautum in Fasmate: nec recte si illi dixeris' et Turpilium in Demetrio: nec' e. q. s. Paulus p. 163 M. 'nec . . . ponitur et pro non. Turpilius: nec' e. q. s.

quae *H. Keilius* que *cod. Festi, om. Paulus*

VIII

Etiám me irrides, péssime ac sacérrime?

Nonius 397, 28 'sacrum etiam scelestum et detestabile; ita et consecratum . . . .'

etiam (*post* Demetrius) $BGH^1L$ sed iam $H^2W$ set iam $\varphi$ irrides *Bothius* irridens $\omega$

IX

'Nam si íceris me pósthac, credas míhi uelim'
Inquít, quid censes? — Túm dolebit scílicet.

Nonius 124, 11 'icit significat percutit, ab ictu . . . .' Plauti Stichum v. 345 comparavi coroll. XXXIII.

1 nam *edd.* nanam $\omega$ 2 quid censes? tum *Bothius* tum quid censes $\omega$

X

Homo única est natúra ac singulária.

Nonius 491, 1 'singularia pro singulari.'

XI

Vide mírum ingenium ac délenificam múlierem:
Commórat hominem lácrimis.

Nonius 278, 1 'delenitus, ad nostram consuetudinem placatus.'

1 delenificam *edd.* delenifica $\omega$ delenificum mulierum *Bothius*

XII

Sandálio innixa dígitulis primóribus

Nonius 427, 28 'priores et primores hanc habent diuersitatem: priores enim comparatiui sunt gradus, primores summae quaeque res . . .'

digitulis *Passeratius* (cf. Plauti Bacch. 675) digitis *H* dicigitis *φ*

XIII

Meós parentes cáreo.

Nonius 466, 8 'carere etiam re bona potest dici. Turpilius Demetrio dolentis persona: eos p. c.' Idem 497, 17 'accusatiuus uel nominatiuus pro ablatiuo.'

meos] eos *ω p.* 466 careo] doleo *Ba p.* 466, *om. idem p.* 497

XIV

Non súm iurata.

Diomedes p. 397 P. 'apud Turpilium comoedia nobili, cuius titulus Demetrius, legimus iurata sum perfecto finitiuo dictum. Iuuenis est qui consulit, meretrix respondet: non sum iurata, pro eo sane quod est: iurasti? non iuraui.'

XV

Numquám nimis numero quémquam uidi fácere, quom
facto ést opus.

Nonius 352, 19 'numero significat cito. Accius Oenomao [VI] Antigona [VI] Turpilius Demetrio: numquam' e. q. s.

quom *x* quam *ω* quod *Scaliger* facto *BGH* fato *φ*

XVI

. . . . at étiam ineptus méus mi est iratús pater,
Quia sé talento argénti tetigi uéteri exemplo amántium.

Nonius 408, 26 'tangere etiam circumuenire.'

1 ad *F*[1]*L* mi *Bothius* mihi *ω* 2 amantium *Carrio, Gulielmius* amanti *ω*

XVII

tapete 361

Festus p. 351 M. 'tappete' (cf. Ritschelius opusc. II 527) 'ex Graeco sum . . . . . . . . . . tae Ennius cum ait t . . . . . . . . . . . lius in Demetrio le . . . . . . . . . . . . . ueterem. sic tappet . . . . . . .' Cf. inc. fab. III.

## DEMIVRGVS

Ex Menandri fabula cognomine quadrant haec (fr. 114 K.) *μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει· Χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς* ad fr. II, quamquam id propius etiam accedit ad hunc ex Boeotia Menandri versum (III M. 90 K.): *πλοῦτος δὲ πολλῶν ἐπικάλυμμ' ἐστὶν κακῶν*. (Cf. sent. Menandri Vrbin. O 6 ed. M.) Ceterum adulescens, qui cum meretrice rem habuerat (I IV: cf. V), honestum cum virgine quadam matrimonium inire cogitur (III).

I

Ergo édepol docta díco: quae muliér uolet
Sibí suum amicum esse índulgentem et diútinum,
Modice átque parce eius séruiat cupídines.

Nonius 342, 26 'modicum ueteres moderatum et cum modo' (ita Vat. 2916 'commodo' ceteri) 'dici uolunt . . .'

1 ergo *ψ*, *om.* *W*[1]*: cf. Plauti Capt.* 1017 *Pers.* 24 *et Terentii adelph.* 959 ego *Vatic.* 2916, *Acidalius in Curc. c.* 5 domo *Bergkius opusc.* I 395, ergo *ex* Demiurgo *perperam repetitum,* domo *autem propter* modo, *quod paulo ante legatur, omissum esse coniciens; sed* modo *istud supra in lemmate extat ante quinque exempla!* mulier quae *Grautoffius* 2 suum sibi: *de collocatione cf. coroll.* XXXIV suum amicum *Acidalius* summam (sumam *Vat.* summa *B G H L?*) amicam *ω*, suum amatorem *CFWMueller prosod. Plaut.* 269 diutinam *Vatic. De* diútinum *vocis mensura cf. Pacuv.* 181 3 seruiat cupidines *Vatic.*, *Acidalius* serui ad cupidines *φ* seruiat cupidini *Junius*

II

Quia nón minus res hóminem quam scutús tegit.

Nonius 226, 12 'scutum generis neutri. Masculini Turpilius Demiurgo: quia' e. q. s.

hominum *W*

III

. . quia enim odio ac sénio mi haec sunt núptiae.

Nonius 2, 32 'senium est taedium et odium . . . . .'

morbo *ante* odio *suppl. Onions* mihi ω haec sunt (*ut* c *erasa sit*) *Ba*, *om.* *W* hae sunt φ haece sunt nunc *x*

IV

Múlier meretrix, quaé me quaesti caúsa cognouít sui.

Nonius 483, 26 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus . . . .'

meletrix *W*

V

Modo fórte
* * *
Ita mé destituit núdum

Cicero ad fam. IX 22 'non modo in comoediis res ipsa narratur, ut ille in Demiurgo: modo forte, nosti canticum; meministi Roscium — ita me destituit nudum, totus est sermo uerbis tectus, re inpudentior; sed etiam in tragoediis' e. q. s.

VI

Iudícia litis, túrbas tricas, cóntiones máxumas

Nonius 8, 25 'tricae sunt inpedimenta et implicationes ....'

trichas $H^1L$ maximas $BaL^1$

VII

Apértae surae, brácchia autem prócera horrorém mihi
Ex córde exsuscitábant.

Nonius 236, 16 'apertum, nudatum.'

VIII

Neque naútae cum essent círcumuenti uéntis, incerto ítinere
Porti índigentes

Nonius 491, 18 'porti pro portus.'

1 cum *om.* *P* circum uentis (*om.* uenti) $H^1P$

## EPICLERVS

Initium Menandreae fabulae cognominis hoc (fr. 164 K.): *ἆρ' ἐστὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίστατον. Ἐμὲ γοῦν ἀναστήσασα δευρὶ προάγεται λαλεῖν ἀπ' ἀρχῆς πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον*, ita imitatus est Turpilius, ut servi Stephanionis persona inducta monologum mutaret in deverbium. Agitur autem in hac fabula hoc, ut orbam puellam, quam cognato nubere lex iubet, adulescens quidam ducere a parentibus cogatur. Nam eorum consilia continentur fr. IV et V, et cuius liberi memorantur fr. II Calliphonem puellae illius patrem fuisse suspicor.

I

ST. Quaeso édepol, quo ante lúcem te subitó rapis,
Ere, cum úno puero? PH. Néqueo esse intus, Stéphanio.
ST. Quid ita? Ph. Vt solent, me cúrae somno ségregant
Forásque noctis éxcitant siléntio.

Priscianus de metris com. p. 1326 P. 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis, ut in Lindia . . . idem in Epiclero: quaeso' e. q. s.

2 PH *quod in libris extat senis potius, e. c.* Philoxenus, *quam adulescentis nomen uidetur* 3 ST *addidi* a somno *Bue, sed cf. Accii v.* 511 4 fortisque *Par. A*

II

Ni Cálliphonis núnc te miseret líberum

Nonius 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali . . . .'

ni *GP?* in *φ* callifonis *ω* miseret *Junius* miserae *HL* misere *φ*

III

Quam mátris nunc patrís me miseretúr magis.

Nonius 477, 14 'miseretur pro miseret.'

quam matris nunc patris *Aldina* quam (qua *H*) maris (matris *H*[1]) tunc patris (ratris *Ba*) *ω* cum matris tum patris *Bothius* patris quam matris tum *Grautoffius. Pro illo librorum* tunc *olim* tui *vel* tuae *coniciebam* me *om.* $P^1 W^1$

IV

Quam légere te optimum ésset atque aequíssimum,
Quacum aétas degenda ét uiuendum essét tibi.

Nonius 332, 19 'legere etiam eligere dicitur . . .'

1 quin *ms. Fabri* quom *Gulielmius* te *om. ms. Fabri* esset *ms. Fabri* esse φ esse ait *x* 2 degenda et uiuendum esset *Canterus* uegenda et uibendum (iubendum *G H L* lubendum *B*) esse ω

V

. . . sperabám consilia nóstra diuidiaé tibi, 58/59
Cum aetás accesset, nón fore.

Nonius 96, 23 'diuidia est tedium . . . .'

*Variis modis verborum ordinem mutaverunt*

VI

Té quidem omniúm pater iam cópem causarúm facit.

Nonius 84, 21 'copi pro copioso . . .'

pater iam *Bothius* iam pater ω iam praetor *Bue* *An* té quidem optimarum iam pater *scribendum?* causarum *Bothius* causa rem ω casnarem copem *Onions*

VII

Set néqueo ferre hunc diútius ⟨sic uócif⟩erari et cónqueri,
Nec ésse suae parum óbsequellae . . . . . . .

Nonius 215, 28 'obsequelam feminino . . . Turpilius etglero: set' e. q. s. (obsequentiam Neukirchius Epiclero Bentinus)

1 nequeo ferre *Canterus* neque offerre ω sic uociferari *scripsi* errari ω errare *Canterus* conuiciari *Bue* sic lamentari *vel* maerentem errare *vel* me sollicitare *conieceram* 2 parum] pretium *Onions* obsequellae $H^2L^1$ obsequelae φ obsequentiae *Neukirchius* *Sententiam sic circumscribimus: 'nec sui parum rationem haberi clamantem ferre possum'*

VIII

Patrócinantem ubi fáctum audierit saúcium

Nonius 398, 5 'saucii dicuntur proprie uulnerati, non mesti, sicuti uult consuetudo . . .'

patricinantem $L^1$ audierit *Stephanus* audiuerit ω saucium *Lipsius* (*cf. A. Koehler diss. Erlang.* I 452), *om.* *G* $H^1$ saucius φ

IX

At enim scies ea quaé fuisti néscius.

Nonius 501, 17 'nominatiuus pro genetiuo.'

ad enim *Ba* $L^1$: *de accentu cf. coroll.* XXXIV nescius *Grautoffius* inscius ω, *quod qui servare velit ei* iam scibis *scribendum*

X

Sét quis est qui ínterrumpít sermoném meum
'Obitu suo?

Nonius 357, 23 'obitus rursus aduentus . . .'

1 *Creticos discripsi quamvis minus elegantes* et quis est ω ecquis hic est *Bentleius ad Ter. hec.* V 4, 19 *septenario trochaico.* set quis hic est *Grautoffius* meum sermonem *idem* sét quis est qui ⟨hic⟩ i. meum sermonem o. s. *proposui*

XI

Séd uolo ut família nostra offícia fungatúr sua.

Nonius 497, 13 'accusatiuus positus pro ablatiuo ....'

sed uolo *HP*, *Bothius* sed uola φ sedulo *Gulielmius*

XII

Curréndum sic est, síc datur, nimium úbi sopori séruias
Potiús quam domino, et úbi seuero império quae imperáta sunt

Priscianus de metris p. 1326 P. 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis, ut in Lindia . . . idem in Epiclero [I] idem in eadem tetrametris utitur: currendo' e. q. s.

1 currendum sic est *Bothius* currendo sic est ω, *nisi quod* ee *Leid. V exhibet Conl. Plauti Pseud.* 155 *et Trucul.* 634 (*vide symb. ad part. Lat.* 31) *conicias* currendumst. sic, em sic datur *e. q. s.* 2 etsi *Bothius; sed non est finita sententia:* negleguntur *vel simile quid supplendum* imperati *Parr. AR Leid. V*

XIII

Vinón inuitat plúsculum sese, út solet?

Nonius 321, 21 'inuitare significat repleri . . .'

uinon *Bergkius* non *ω* numne inuitauit *scribere volebam conl. v.* 132 *et Plauti Amph.* 283

## HETAERA

I

Ducít me secum: póstquam ad aedem uénimus,
Venerátur deos, intérea aspexit uírginem
Ibi stántem, in capite ostrínam indutam rículam.

Nonius 539, 23 'rica est, quod nos sudarium dicimus . . . Turpilius Veliterna: ducit' e. q. s. (Cf. Titin. Velit. I) Idem 549, 10 'ostrinam ad ostri colorem, qui est subrubeus. Turpilius Hetera: interea' e. q. s.

2 aspexi *Scaliger* 3 ibi stantem *scripsi* instantem *ω p.* 539 iniectam *ω p.* 549 *quod* inlectam *interpretatur Bue* gestantem *Ald.* iniecta *Bothius* adstantem *Carrio* intrantem *Grautoffius* in capite ostrinam indutam riculam *Carrio* in capite riculam indutam (induta *Ba p.* 549) ostrinam (onstrinam *ω p.* 539) *ω utroque loco* in capite indutam ostrinam riculam *olim edidi*

II

Erus stúpidus adstat: íta eius aspectús repens
Cor tórporauit hómini amore.

Nonius 182, 4 'torporauit pro torpefecit. Turpilius Heter: erus' e. q. s.

III

rús ad illas cónmigrat:
Habitámus hiemem tótam cum muliérculis.

Nonius 526, 1 'quotiens per accusatiuum casum annos uel dies loquimur, iuges annos uel dies significamus: quotiens per datiuum, per interuallum interiectis aliquibus annis uel diebus . . . Turpilius Filopatro . . . idem Hetera: rus' e. q. s.

IV

Rhodiénsist, sed istuc cónmigrauit iám diu.

Nonius 127, 11 'iamdiu pro olim.'

Rhodiensist *Carrio* Rhodiensis est *ω* stuc $L^1$

V

Nam quíd illoc homine uíuit confidéntius?

Nonius 262, 13 'confidentia rursum temeritas, audacia . . . Turpilius Leucadia . . . idem Hetaera: nam' e. q. s. (sic Bothius. heteranam $G^2H^2$ in mg. heterrentius L heterentius G terentius ceteri libri)

quid, *ut scripsi, $G^2$ $H^2$ in mg.* qui in *G et del.* in *H* qui *L P W* illoc *scripsi ut Bergkius* illo *ω*

VI

Hortátur hominem, quám primum ⟨ut⟩ proficísceret.

Nonius 470, 34 'profisceret pro proficisceretur. Turpilius Hethera: hortatur' e. q. s. (ethera Ba)

ut *Bothius, om. ω* (*cf. O. Brugman p.* 32) ut quam primum *Pal.* proficeret *Ba*

VII

hic uílicor ante úrbem,
Nunc rús eo.

Nonius 186, 8 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse . . . Turpilius Paraterusa . . . idem Hetera: hic' e. q. s. (ethera H etera W)

1 hic *W* huic *φ* illic ante urbem uillicor, nunc *Bothius*

VIII

Simuláuit me a se amári quaesti grátia

Nonius 483, 26 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus . . . Turpilius Demiurgo . . . idem Aethera: simulari' e. q. s. (Hetaera ed. 1526)

simulauit me a se *Junius* simulari me a se *ω* simulat me a sese *Carrio* simulauit ea se *Grautoffius*

IX

. . . . . . . . meres, mérito ut diligáre

Nonius 468, 19 'meret pro meretur . . . Turpilius Filopatro . . . idem Hetera: meret' e. q. s.

meres *Junius* (*pyrrichice metiendum*) meret *ω* mere *vel* mereto *praeplacet Buechelero* *Sermonis exemplum praebet Terentius hec.* 580 *Nolui* meres, Merito *dirumpere versu ut olim feceram*

X

Haec si ínpetro abs te ut facias, ⟨sat⟩ satis frúcti
cepero éx te.

Nonius 491, 7 'fructi uel fructuis pro fructus. Turpilius Caneforo . . . idem Hethera: haec' e. q. s. (aethera Ba)

facias *Bothius* faciet *W* faciat *φ* factites *Bue* haec si abs te ut faciat impetro *Havet*

XI

Satine út ⟨se⟩ meúm cor uolúptatibús dat?
Inmórtalitús se optulít mi haec facúltas.

Nonius 514, 27 'inmortalitus.'

1 se *Grautoffius, om. ω* 2 mi *Bothius* mihi *ω*

LEMNIAE

Cf. *Λημνία* Alexidis, *Λήμνιαι* Antiphanis Diphili Nicocharis. Ita pro vulgato 'Lemnii' titulo inscripsit fabulam Grautoffius. Quoniam de 'redimendo' exule filio agitur, fortasse lembi, quorum fr. V mentio fit, item ut in Plauti Bacchidibus 280 sqq., piratici intellegendi sunt, qui rapuerunt Phaedriam. Fr. VI vel meretricis vel parasiti fuisse videtur.

I

Proptér peccatum paúsillum indigníssime
Patriá protelatum ésse saeuitiá patris.

Nonius 363, 14 'protelare etiam excludere. Turpilius Lemnis: propter' e. q. s. (lenis BG)

1 pausillum *B* pausillulum *ψ*

II

Habés potestatem. — 'Vbi potestatém? — Senis
Pretió contendas út redempto Phaédria
Liceát redire antíquam in consuetúdinem.

Nonius 259, 28 'contendere iterum significat extorquere .... Turpilius Lemonis: habet' e. q. s. (Lenonibus ms. Fabri. Lemniis Ald.)

1 habes *scripsi* habet *ω* ubi: *cf. Heinsius ad Ovidii her.* 4, 150 potestatem senis, *suprascr.* ubi potestatem, *H* 2 Phaedriae *Grautoffius* *De sententia cf. coroll.* XXXV

III

néque durare póssum:
Ita húius insciéntia ac deméntia extorrém facit.

Nonius 14, 30 'extorris dicitur extra terram uel extra terminos ... Turpilius Lemniis: neque' e. q. s.

1 possum *Scaliger* possunt *ω* 2 insolentia *Maehly* ac *Bothius* atque *ω*

IV

Rémulis sensím celox ab óppido procésserat.

Nonius 533, 5 'celox est nauigium breue, dictum a celeritudine ... Turpilius Lemnis: remulis' e. q. s.

remulis Sensim *Bothius, quod verius, si* tacitis remulis *vel tale quid, ut suspicabatur Kiesslingius, coniunxit poeta: septenarium dedit Grautoffius* *Possint etiam inter duos versus distribui:* celox Ab o. p.

V

Lémbi redeuntés domum duae ad nóstram adcelerarúnt
ratem.

Nonius 534, 7 'lembus, nauicula breuis piscatoria ... Turpilius Leucadia ... idem Lemnis: lembi' e. q. s.

duae (due *W*) *ω*: *cf. Priscianus p.* 658 *P.* duo *Iunius* ad nostram *Grautoffius* ad nos certam (ceram *P*) *ω* (*cf. coroll.* XXXV) certatim ad nostram *Bothius senarios dimensus*

VI

Numquam únius me cómparaui séruire elegántiam.

Nonius 256, 21 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt .... Turpilius in Lemniis: numquam' e. q. s.

numquam me unius *AM(ontisp.): cf. Ritschelius opusc II* 693 eligantiam *A M cf. v.* 39 elegantiae (*vel* elig.) *φ*

## LEVCADIA

*Λευκαδία* Menandri. Hanc fabulam enarravi in annall. philoll. LXIX 34 sqq. orsus a Servii Dan. in Verg. Aen. III 279 loco hoc: 'Varro enim templum Veneri ab Aenea conditum, ubi nunc Leucas est, dicit: quamuis Menander et Turpilius comici a Phaone Lesbio id templum conditum dicant. qui cum esset nauicularius, solitus a Lesbo in continentem proximos quosque mercede transuehere, Venerem mutatam in anuis formam gratis transuexit: quapropter ab ea donatus unguenti alabastro cum se inde totum ungueret, feminas in sui amorem trahebat, in quis fuit una, quae de monte Leucate, cum potiri eius nequiret, abiecisse se dicitur: unde nunc auctorare se quotannis solent qui de eo monte iaciantur in pelagus.' (Leucas est scripsi, ut postea Hagenus leucasem Bern. anuis scripsi nauis Bern. anus Masvicius inde totum vel inde corpus et uultum conieci in dies inditum Bern. inlitum vid. in inditum latere.) Cf. praeterea Lucianus dial. mort. 9, 2 *μῶν καὶ σύ τινα ὥσπερ ὁ Φάων τὴν Ἀφροδίτην ἐκ Χίου διεπόρθμευσας, εἶτά σοι εὐξαμένῳ ἔδωκε νέον εἶναι καὶ καλὸν ἐξ ὑπαρχῆς καὶ ἀξιέραστον;* et Aelianus v. h. XII 18. Finxit autem Turpilius adulescentem ab amata, quae navicularium deperit, desertum, Phaonem vero, quem olim omnes fugerant, iam ipsum fastidientem et puellae illius amores spernentem. Quae vel desperans vel iussa ab eo in mare se proicit, unde ab adulescente fortasse servata ad antiquam consuetudinem redit. Iam restat ut personis suis distribuantur reliquiae: adulescentis I, cum alio sermocinantis II III IV V (cf. Enn. Thyest. VIII) VII, amicam fortasse frustra mulcentis VI, puellae (Dorcii puta conl. XVI) de Phaone VIII, confabulantis cum eodem IX X, deinde propter litus, priusquam undis se committeret, oberrantis XI, adulescentis et amici XII XIII, eius qui luctantem expiscatus erat XIV, puellae frigore laborantis XV, adulescentis in gratiam cum amica redeuntis XVI. Denique nuptiae parantur fr. XVII

### I

Quem olim óderat, sectátur ultro ac détinet:
Ille ínsolens autem út fastidit cárnifex!

Nonius 322, 21 'insolens rursum non solens . . . Turpilius Demetrio . . . idem Leucadia: quem' e. q. s.

2 fastidit *Junius* fastidia ω

II

Víden tu Phrugis incéssum? quam est confídens! di istunc pérduint.

Nonius 262, 13 'confidentia rursum temeritas, audacia . . . Turpilius Leucadia: uidentur' e. q. s.

*Iambicum septenarium olim dederam, nunc CFWMuellerum secutus trochaicum notavi.* uiden tu Frygis *Lipsius, qui* Frygis *recte genetivum esse voluit.* uidentur (uidetur *G H*[1]) frigus ω

III

. . . . . uíden ut fastidít mei?

Nonius 496, 18 'genetiuus casus positus pro accusatiuo . . . .'

uiden ut *Fr. Dousa* uide nunc ω

IV

Ei périi! uiden ut ósculatur cáriem? num hilum illa haéc pudet?

Nonius 21, 25 'caries est uetustas uel putrilago . . .'

perii *Gulielmius* peri ω num] non, *suprascr.* ū, *H* num illum illa haec pudet *W* num illum illaec pudet φ, *probavit Bue mus. Rhen.* 18, 392 num illum illaec? pudet *Lachmannus ad Lucil.* 236 num hilum illaec pudet *x mus. Rhen.* 23, 697, *fort. recte*

V

. . . . . . . sed quam lónge est? eccum isti ílico.

Nonius 325, 3 'ilico, illo. Turpilius Leucadia: sed . . . cum isti. Ilico, in eo loco.'

*Nescio an post* est *persona mutanda sit* eccum isti ilico *scripsi* cum isti (est *L*[1]) ω (*v. supra*) istim ilico *Bothius* isti ilico *Grautoffius cf. coroll.* XXXVI

VI

. . . . . . . . ne me áttigas! apage aúfer
Manum. — Heía quam ferócula est!

Nonius 75, 30 'attigat, continget.'

1 ne me] nonne *W* attigas *Junius* attigat $FH^1L^2$ atiga $L^1$ attiga φ apage *conieci coroll.* XXXVI atque ω *Personas distinxit Bothius* *Fortasse* feroculust *verum fuit Senarii tales* ne me áttigas. ⸢ Atqui aúfero manum. heía quam ferócula es *Buechelero placent*

VII

. . . . arrípuit colubram mórdicus.

Nonius 201, 25 'colubra feminini . . .' (Turpidius m. 1 F H L)

VIII

Intércapedine ínterficior, désiderio dífferor:
Tu es míhi cupiditas, suáuitudo et méi animi expectátio.

Nonius 173, 5 'suauitudo pro suauitas . . .'

2 tu es mihi *scripsi* tua mihi ω tu mea *Grautoffius* tuo mi (*pro* mea) *Bergkius opusc.* I 395 *continuata post v.* 109 *oratione*

IX

Iam égo istam tibi tristítiam exorbebo . . . . . . .

Nonius 102, 32 'exorbebo pro exorbeam. Plautus . . . exorbebo sanguinem. (exsugebo codd. et Non. p. 479, 20) Turpilius Leucadia: iam' e. q. s.

X

Véritus sum, ne amóris causa cum ílla limassés caput.

Nonius 334, 11 'limare etiam dicitur coniungere . . . . .'

uerita *conieci* limasses *ed. a.* 1476; *cf. coroll.* XXXVII limasset *Bern. ABM* limassit $GH^1$ limassis (massis *W*) φ

XI

míseram terrent me ómnia:
Maris scópuli, sonitus, sólitudo, sánctitudo Apóllonis.

Nonius 174, 2 'sanctitudo pro sanctitas ....'

1 me miseram terrent *Grautoffius, fort. recte* 2 scopoli *F*[1] apollonis *HL*[1] apollinis *φ*

XII

. . . . . sí quidem sit quisquám deus,
Cuii égo sim curae

* * *

Heu me ínfelicem! — Sánusne es, qui témere lamentáre?

* * *

Te, Apóllo sancte, fér opem, teque, omnípotens Neptune, ínuoco,
Vosque ádeo, uenti! . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . nam quíd ego te appellém, Venus?

Cicero Tusc. disp. IV 34, 72 'sin autem est aliquis amor, ut est certe, qui nihil absit aut non multum ab insania, qualis in Leucadia est: si quidem ... curae. At id erat deis omnibus curandum, quem admodum hic frueretur uoluptate amatoria. Heu me infelicem! Nihil uerius. Probe et ille: sanusne ... lamentare? Hic insanus uidetur etiam suis. At quas tragoedias efficit! te Apollo ... uenti! Mundum totum se ad amorem suum subleuandum conuersurum putat, Venerem unam excludit ut iniquam: nam quid ... Venus? Eam prae lubidine negat curare quicquam. Quasi uero ipse non propter lubidinem tanta flagitia et faciat et dicat.'

1 quidemst *Vsenerus* 2 cuii *scripsi: cf. Caecilius v.* 261 cui *ω, quo servato trochaeos olim notabam* 4 te] et *Reg. Gud. Brux.* tequea *Reg. Gud. Brux. m.* 1 teque o *idem m.* 2 amnipotens *Woelfflinus per epist. Post* 6 *talia fere ex Ciceronis verbis elicias:* quae praéter te nil quícquam omnino cúras prae libídine

XIII

121
122 . . . tumúltu uecordí uagas

Nonius 467, 27 'uagas pro uagaris ... Accius Bacchis ... percitatae tumultu. uecordi uagas insania. Turpilius Leucadia: uultu uecordi uagas insania.' Cf. ad Acci v. 236 adnotata.

tumultu: *v. supra* uultu *olim servabam*

XIV

. . hortari coépi nostros ílico,
Vt célerent lembum.

Nonius 534, 4 'lembus, nauicula breuis piscatoria . . .'

1 coepi nostros *Bothius* nostros coepi ω 2 ceperent $A^1$ celarent *P* cederent χ hortári nostros ilico coepi, ut celerarent (*vel* accelerarent) l. *x*

XV

<'O> utinam nunc ápud ignem aliquem mágnum adsidam! . . .

Nonius 522, 26 'cum apud iuxta significet . . .'

XVI

'Ante facta ignósco: mitte trístitatem, Dórcium.

Nonius 182, 1 'tristitas' (tristitias libri, correxit Scaliger) 'pro tristitia Pacuuius Atalanta [XI] Turpilius Leucadia: ante facta' e. q. s.

ignosco, mitte *Grautoffius* igne committo ω igni committo *Bothius* tristitatem *Guietus* tristitia (tristia *H*) an te ω tristitiam hance *Grautoffius* dortium *L*

XVII

Etiam ámplius illam ápparare cóndecet,
Quandó quidem uoti cóndemnata est . . .

Nonius 277, 8 'damnare et condemnare pro liberare positum est . . . .'

1 etiam amplius *scripsi* (*cf. Pompon.* 54 *coroll.* XXXVII) etiam plus *Palat.*, *quibus olim ad supplendum versus initium* immo *praemiseram.* et amplius φ et iam plus illanc *Bue* apparere ω *praeter Palat.* 2 *An* quando equidem *ut* 158? (*cf. de part. lat. p.* 41)

XVIII

hoc quaero, ignóscere
Istíc solentne eás minoris nóxias,
Erúm si forte, quási alias, uiní tago?

Nonius 408, 29 'tangere etiam circumuenire. Turpilius Demetrio . . . idem Leucadia: hoc quaero' e. q. s.

2 † istic ista *Ba* eas] as ω has *Mercerus* meas *coni. Kiesslingius* 3 quasi alias (alas *P*) res ω: res *ut glossema eieci, sed poeta fortasse nil aliud quam* galeola *scripserat.* quas galiolas *Cuiacius* qua amphora *Bue mus. Rhen.* 29, 198 qua fiala *Quicherat* cum agitat (agit *Ed. Becker*) alias res *Grautoffius* quasi alias, *sc. non nunc, ludibunde* tago *Cuiacius* cauo ω

## XIX

. ínuitauit plúsculum hic se in prándio.

Nonius 321, 22 'inuitare significat repleri . . . Turpilius Epiclero . . . idem Leucadia: inuitauit' e. q. s.

*Fort.* an *praemittendum* inuitauit uiri (uir *P*) *B G H*¹ *P*. *Num* inuitauit uini *primo septenarii pede deficiente?* inuitauit heri *Rothius, quae ut versui accommodarentur, transponenda erant.* uino inuitauit *Bergkius opusc.* I 388, *tamen ut* uini *non plane repudiaret.* inuitauere *x* hic (*quod pro nom. plur. haberi iubet x*) . . prandio *om. B* sese ω hic inuitauit plusculum se *Bothius: transponi etiam sic* sese inu. pl. hic in prandio *poterat*

## LINDIA

Ad primam scaenam pertinere videntur I. II. IV, lenonem audio in V. VI, patrem VIII. IX, adulescentem VII, servum X.

## I

abhinc triénnium
Sacérrimum domicílium hoc quidam cóntulit
Lenó.

Nonius 397, 30 'sacrum etiam scelestum et detestabile, ita et consecratum . . . Turpilius Demetrio . . . idem India: abhinc' e. q. s.

2 sacerrumus *Bothius, fort. recte* hoc, *i. e.* huc (*cf. Servius Aen. VIII* 423) ω huc *Turnebus*

## II

Consílium hoc cepi: lítteras misi ád senem
Nostrúm, processe nóbis ex senténtia
Mercáturam.

Nonius 212, 35 'mercatura feminini . . . .'

1 cepi *edd.* coepi *ω* 2 nostram *Grautoffius* processe *Gifanius* prodesse (prodeesse $L^{1}$) *ω* nebis $F^{1}$ *L*

III

Nauta

Di s⟨éro⟩ aduenièntem perdánt: hic quidém
Nos pérdit. festum ésse hice quártum diém
Hodie íterant: ita conuéntum.

Priscianus de metris com. CGL III 426 K. 'Terentius trochaico mixto uel confuso cum iambico utitur . . . ut in Andria: adhúc, Archylís, quae adsolént quaeque opórtet' e. q. s. 'Similiter Plautus in Truculento eodem metro usus est . . . . Turpilius in Lindia nautae personam inducit hoc metro loquentem: di' e. q. s.

1—3 *baccheos cum clausula iambica constitui, quales in ceteris exemplis a Prisciano laudatis leguntur.* 1 di sero *scripsi* diis *Regin. Parr. AR Leid. V* dis *Vrbinas* dii *vulgo* aduentantem *fortasse melius* hic *edd.* hi *Regin. Parr. AR Leid. V* si *Keilius* 2 perdidit *edd.* esse] *an* ecce? hice (*an* hunce?) quartum diem *scripsi* diem hic quartum *ω* 4 ita *om. Regin.* *Anapaesti* di aduénientem p. h. q. Nos pérdidit. hic festum ésse diem Quartum hódie iterant: ita cónuentumst *Grautoffio aliquando placuerant: ipse olim in eisdem numeris, qui facile in aures cadunt, elaboravi.*

IV

Profécto ut quisque mínimo contentús fuit,
Ita fórtunatam uítam uixit máxime,
Vt phílosophi aiunt ísti, quibus quiduís sat est.

Priscianus l. l. 425 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis', (scil. in prologis et primis scaenis trimetris utitur iambicis) 'ut in Lindia: profecto' e. q. s.

V

Compérce uerbis uélitare: ad rém redi.

Nonius 3, 10 'uelitatio dicitur leuis contentio, dicta ex congressione uelitum . . . .'

comparce *F* $H^{1}$ dedi *Ba*

VI

Me uís potiri: fác ego potiar quód uolo.

Nonius 482, 5 'sic potior illam rem pro illa re potior — — — Turpilius Lindia: me' e. q. s.

meam *Dziatzko mus. Rhen.* 31, 379 potiar *edd.* potior *ω* quodquod $H^1$

VII

Miseró mihi mitigábat sandalió caput.

Nonius 343, 15 'mitis est maturus . . . Turpilius India: misero' e. q. s. (Lindia Nic. Loënsis I 9) cf. Ter. eun. 1028.

mitigauit *Palat.*

VIII

Quin móneam, quin clamem ét querar tua uítia, quae te uílitant.

Nonius 185, 30 'uilitant, uilem faciunt.'

IX

Quíbus rem rebus déspoliasti, foéde dum in lustrís lates.

Nonius 333, 14 'lustra etiam lupanaria dicuntur . . .' (lympidia $W^1$ lymdia $W^2$)

rem *om. Palat.* senem *Aldina* rebus *om. B G* dispoliasti *G H L W* dispoliare *Palat. cf. coroll.* XXXVII *sq.* foede dum *Mercerus* dum *Palat.* fedum $H^2$ foedum *φ* lates *Gebhardus Antiq. lect. p.* 52 latet *ω*

X

ego ínterim in turbá foras
Subdúxi cum hac me, néque sat numero míhi uidebar cúrrere.

Nonius 352, 21 'numero significat cito . . . Turpilius Demetrio . . . idem Lyndia: ego' e. q. s. Idem 399, 19 'subducere est surripere. Turpilius Lyndia: ego . . . cum hac me.'

2 neque sat *B G H* neques ad *φ* uidebar *ed. Bas.* uidebat *ω*

## PAEDIVM

Cf. *Παιδίον* Menandri Apollodori Posidippi. Inducebantur adulescentes duo, quorum alter longo itinere (advenientem parasitus salutat fr. I) reversus puellam optimam (IV. V) olim a se amatam (VI. VII), quacum iam nuptiae ei constitutae fuerant, fastidit (IX. X), alter meretrici cuidam mancipatus est (VIII. IX). Crudelitas illius fr. XI, puellae autem mansuetudo et sibi diffidens modestia fr. V tangitur. Fr. IX consilium memoratur rei ita componendae, ut meretricis amicus alterius vice puellam repudiatam ducat in matrimonium.

I

Cuius áduentu insula hódie clarét Cypros.

Nonius 85, 21 'claret, clara est' ('sit' x) 'uel clareat.'

hodie *ω*: *mensuram defendi coroll.* XXXVIII hocedie *Bergkius opusc.* I 112 da claret *x* conclaret *proposueram*

II

Ego praéstolabo illi óscitans ante óstium?

Nonius 475, 30 'prestolat pro prestolatur.'

illi oscitans ante ostium *Bothius* (*interrogandi signum addidi*) lico cicant optitũ *Ba*[1] illi ut citanti opi sim *ms. Fabri* illi eo citante opitium (opicium $H^1$ *P*) *φ*

III

. . . . . . . progrediór foras
Visére quid hic tumúlti

Nonius 489, 30 'tumulti . . .'

1 praegredior $L^1$ 2 hic *Bothius* hi $L^1$ hinc *H W* in *Ba* $L^2$ *P* tumulti ante fores *ω*, *nisi quod* an *pro* ante *W*: *eieci glossema*

IV

iam désine
Meminísse illius fórmam.

Nonius 500, 6 'accusatiuus pro genetiuo . . . .'

1 *sq. trochaeos statuit Grautoffius: cf. Ritschelius opusc. II* 688

V

Neque mírum: educta, ut pár est, expars málitiis, metuéns sui

Nonius 500, 22 'ablatiuus pro genetiuo ...' Idem 501, 5 'genetiuus pro datiuo ...'

uirum *ω p.* 500  expars *Ba* $H^1$ *L p.* 501 expers $H^2$ *W p.* 501 expartem *Ba* $L^1$ *W p.* 500 expertem *H* $L^2$ *P p.* 500  miliciis *Ba p.* 501 alicuius *ω p.* 500  metuens sui *om. ω p.* 500 metuens uiri *Mercerus*

VI

Quando équidem amorem intércapedine ípse leniuít dies.

Nonius 522, 4 'diem uolunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare, masculino diem ipsum: nos contra inuenimus. Turpilius Pedio: quando ... dies; id est, ipsum tempus.'

equidem $H^2$ *W* (*vide de particulis latinis p.* 41) et quidem *Ba* $H^1$ *L P* quidem *Fruterius*  lenibit *Gebhardus*

VII

Tamen óculi ex longa intércapedine ádpetunt cupide íntui.

Nonius 470, 29 'intui et contui pro intueri.'

oculi ex *scripsi* oculis *ω*, *quod pro nom. pluralis forma haberi posse monui.* oculi *Gulielmius*  cupida $L^1$

VIII

quaéso omitte ac désere hanc
Meretrícem, quae te sémel ut nacta est, sémper studuit pérdere
Detégere despoliáre opplereque ádeo fama ac flágitis.

Nonius 305, 33 'fama est rursus infamia ....'

1 ac desere *Vrbin.*, *Acidalius* hac deserite *φ*  2 te semel ut nacta est *Bothius* te semel inacta (nacta *H*) est *ω* semel te nacta *Acidalius*  3 deterere *Bothius*  fame $G^1$ $L^1$ flagitis *Bothius* flagitiis *ω*  famae ac flagiti *C F W Mueller: cf. coroll.* XXXIX, *Leo Pl. F.* 327

IX

Vt ille hác sese abstinéret, ego supérsederem núptiis.

Nonius 40, 7 'supersedere, manere, perseuerare, quasi in uoluntate et consilio sidere. Turpilius Pedio: ut' e. q. s. 'Plautus Epidico: supersede istis rebus iam ... Sisenna ... proloqui supersederunt.' Vana docere Nonium monuit Grautoffius.

hac] ac *H*

X

Núptias abiéci, amicos útor primorís uiros.

Nonius 497, 15 'accusatiuus positus pro ablatiuo ... Turpilius Epiclero ... idem Pedio: nuptias' e. q. s.

primoris] *cf. Lachmannus in Lucr.* 57

XI

Quare ésse dicat quísquam illum hominem aut quídquam facere humánitus.

Nonius 514, 15 'humaniter.' (immo humanitus, ut ed. princ.) 'Turpilius Pedio: quare' e. q s. 'Cassius Hemina ... humanitus' ('humanit' Bamb.) 'aguntur. Afranius ... ferre humana humanitus.'

dicas $L^1$ dica *P* humanitus *Ba* humaniter *φ*

XII

. . . . . . age tu hymenaeum íncrepa!

Nonius 255, 23 'crepare iterum incantare.'

tu *om.* $BGH^1P$ increpe $H^1$

PARATERVSA

Speculatricem audire videmur fr. IV et V.

I

Cum antehác uidebam stáre tristis, túrbido
Vultú, subductis cúm superciliís senes

Nonius 399, 28 'subducere etiam susum ducere, leuare.' (paratelusa Gen. Harl.$^1$ Leid.$^1$)

II

Meritíssimo te mágni facio.

Nonius 139, 17 'meritissimo.'

merettissimo *Leid.* 116 magni ficio $FH^1L$

III

Ego nóndum etiam hice uílicabar, Phaédria.

Nonius 186, 4 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse . . . .'

hice *x et Bergkius* huic $EFH^1L$ hic $H^2W$ nondum hic etiam *Bothius* étiam nondum *Grautoffius*

IV

Eho díc mihi, an oblita, óbsecro, es eius crébras mansiónes
Ad amícam, sumpti lárgitatem?

Nonius 132, 15 'largitas pro largitione. Turpilius Parateruse: o dic' e. q. s.

1 eho *Junius* o *post* Parateruse *ω*

V

Dum égo conixi sómno, hic sibi prospéxit uigilans uírginem.

Priscianus p. 866 P. 'coniueo, quod etiam coniuo secundum tertiam protulerunt ueteres, praeteritum tam in ui quam in xi habuit . . . Turpilius uero in Paraterusa: dum' e. q. s.

VI

Cáput offendi ad límen edepol . . . . . . .

Nonius 358, 23 'offendere est percutere.'

caput ut $H^2LW$ ad limen edepol *scripsi* adimere pol *ω* ad limen pol *Pius*

PHILOPATOR

Cf. Φιλοπάτωρ Antiphanis et Posidippi. Obsequentem parentum imperiis audis fr. IV. Praeterea puellae gravidae (III), quae fortunas suas cum matre lamentatur (II), et meretricis

procacis (VI) et adulescentis luxuriosi (VII) personae internoscuntur. Epistula amissa et ab alio clam sublata (XII. XIII) facile fieri potuit ut magni in res vel intricandas vel expediendas momenti esset.

I

miserúm puto,
Si etiam ístuc ad malam aétatem accessít mali.

Nonius 1, 25 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt . . . Turpilius Filopatro: miserum' e. q. s. (Filopatro libri ubique, ut olim persuaserim mihi hybridam Philopater formam a poeta admissam fuisse)

II

. . . . geme meás fortunas, máter. — Hem!
Qua caúsa huc opere máxumo conténditur?

Nonius 260, 8 'contendit proripuit uel direxit significat...'

1 geme meas *Mercerus* gemmeas ω *Personas distinxi*

III

Dispérii misera: ⟨ut⟩ úterum cruciatúr mihi!

Nonius 229, 32 'uterus . . . neutro . . .'

disperii *edd.* diisperi ω ut *Grautoffius*, *om.* ω

IV

Certum ác deliberátum est me illis óbsequi.

Nonius 282, 10 'deliberatum, complacitum uel definitum.' Idem 429, 21 'cogitare est dubitare, deliberare confirmare. Turpilius Boethuntibus: quaeso cogita ac delibera. idem Filopatro: certum ac' e. q. s. ('delibera . . . certum ac' om. Bamb.)

V

Locus ípse inuitat hércle hic Veneris . . .

Nonius 321, 14 'inuitari est delectari . . . Turpilius Thrasyleone . . . idem Filopatro: locus' e. q. s.

locus *BL* lucus φ

VI

Ecce aútem, mihi uidére tuo more, út soles,

Aegre íd pati, quia hós dies conplúsculos
Intércapedo súmpti faciundí fuit.

Nonius 484, 27 'sumpti pro sumptus . . .' Idem 525, 31 'quotiens per accusatiuum casum annos uel dies loquimur, iuges annos uel dies significamus: quotiens per datiuum, per interuallum interiectis aliquibus annis uel diebus. Itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos melius dixerint . . .'

1 mihi uidere tuo more ut soles *Bothius* tuo (tuu *p.* 484) more ut (uti *p.* 484) soles uidere mihi *ω*, *quae mutato* mihi *in* mi *servanda esse censet Bue eademque edidit Quicherat: cf. coroll.* XXXIX ut soles, aegre id pati Videre mihi *x* 2 id *om. ω p.* 525 hoc *ω p.* 484 cũplusculos *Ba p.* 484 3 faciendi *Ba p.* 484

VII

forte eó die
Meretrícis ad me délenificae ut 'Atticae conuénerant
Condíxerantque cénam apud me, Tháis atque Erótium,
Antíphila, ⟨Lais,⟩ Pýthias: ego éxtra cubui dóminia.

Nonius 281, 26 'dominus rursum appellatur conuiuii exhibitor, unde et dominia conuiuia . . .'

2 meretricis *nominativi plur. formam mutare nolui* delenificae *Junius* delenitate *ω*, *nisi quod* delinitate *G H* delicatae *Bothius* ut Atticae *Grautoffius* Atticae ut *ω* definito ante Atticae *Bue* 2 *sq.* conuenerant condixerantque *Junius* conuenerat (cum u. $H^2 L W$) quo (quod $H^2 L$) dixerant quae *ω* 3 Tais *ω* 4 exira $G H^1$ dextra accubui *Lipsius* dominia *testatur Nonius* domina *ω*

VIII

. . . . . míra lenitúdine
Ac suáuitate abúndat.

Nonius 132, 1 'lenitudine pro lenitate.'

IX

. . cum te sáluom uideo, ut uólui, gliscor gaúdio.

Nonius 22, 13 'gliscit est congelascit et colligitur uel crescit uel ignescit.'

X

'Vtinam possim tíbi referre grátiam, ut de mé meres!

Nonius 468, 17 'meret pro meretur . . .'

possim *edd.* possint ω gratiam *Bothius*, *commendat P. Langen Beitr.* 12 gratias (*sed* s *in ras. Leid.* 116) ω gratis *x* gratias ut demeres *scripseram*

XI

Deínde cum ad te rédierit res ólim post mortém patris

Nonius 358, 4 'olim temporis futuri . . .'

post] preter *B* propter *P*

XII

Simul círcumspectat: úbi praeter se néminem
Videt ésse, tollit aúfert: ego clam cónsequor.

Nonius 422, 19 'inter tollere et auferre est diuersitas: tollere est leuare et erigere, auferre leuatum transferre . . .'

2 tulit $H^1 L$

XIII

Me míseram! quid agam? intér uias epístula excidít mihi:
Infélix inter túniculam ac strófium conlocáueram.

Nonius 538, 8 'strofium est fascia breuis, quae uirginalem horrorem cohibet papillarum.'

1 uias *genetivum interpretatur Bue lat. decl. p.* 32 2 mi *inserendo hiatum sustuleram* ac] a *Ba* conlocaueram, *ut scripseram*, *GP* conlocaram $Ba\,L^1$ collocaram $H\,L^2$ quam collocaueram *Junius* *Septenarios cum Buechelero efficias* mi *et* conlocaram *scribendo: prob. Luchs stud.* I 73

## THRASYLEON

*Θρασυλέων* Menandri? Formae nominis in libris praeterea Trasuleon Trasileon Trasoeleon indicantur.

I

di me díuitant.

Nonius 95, 10 'diuitant pro diuites faciunt . . . Turpilius Transilione: di m. d.'

deuitant $EFH^1L$

II

Nemo úmquam uidit ébrium ire intér diu
Neque túrbam facere néque fores exúrere.

Nonius 524, 27 'turbam et turbas diuersam uolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. Nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam . . .'

2 fecere *L* uxurare *W*[1]

III

Corónam mensam tálos uinum, haec huíus modi,
Quibus rébus uita amántum inuitarí solet.

Nonius 321, 11 'inuitari est delectari. Virg. Georg. lib. I: inuitat genialis hiems . . . Turpilius Trasyleonem: horonam' e. q. s. 'idem Filopatro [V]'

1 coronam *Mercerus* horonam ω: choronam *aliquando scriptum fuit* uinum *Lipsius* uinus in ω 2 uita amantum inuitari solet *Lipsius* uitam amattum inuitari solem ω

IV

Dat últro ac munerátur quod ab illo ábstulit.

Nonius 477, 18 'muneratur pro munerat' (sic Bamb. 'munerat pro muneratur' ceteri).

muneratur *Bothius* munerat ω al *W*

V

Vidére cupio uóstrum mercimónium.

Nonius 213, 9 'mercimonium neutri . . .' (trasuleone Vrbin. 308)

nostrum *L* uestrum φ

VI

Non ést mediocris rés, neque ⟨est⟩ uulgária
Fallácia haec.

Nonius 488, 26 'uulgariam pro uulgarem . . .' (transyleonē Bamb.)

1 res *del. x* haec res *prob. Studemundus* 2 haec fallacia *Bothius trochaeos numerans*

VII

'Age age egredere, atque ístuc utinam pérpetuum itiner sít tibi!

Nonius 482, 29 'itiner dictum pro iter ....' (transeleoonea Ba traseoleone L[1])

istuc utinam *Bothius* utinam istuc ω, *quod olim ut servarem initium versus mutilum statueram.* istuc perpetuum itiner sit utinam *Havet*

VIII

Nóbilitate, fáctione frétus interdícere

Nonius 304, 26 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem .....'

nobilitate factione *om. BGH*[1] nobilitate *Junius* nouilitate ω interducere *B*

IX

. . cum interea níl quicquam a me est praémi neque fructús tuae
Benígnitati atque óbsequellae.

Nonius 215, 30 'obsequium neutro genere ... obsequella feminino' (obsequentia Bothius) ... Turpilius Epiclero ... idem Thrasileone: cum' e. q. s.

1 nihil ω praemii ω fructus *scripsi* erat ω 2 benignitati *x* benignitatis ω, *def. Leo Pl. F.* 286 obsequentiae *Bothius Septenarios iambicos* praémi Neque erát, tuae *e. q. s. commendat Bue, fort. recte*

X

Hoc te óro, ut illius cónmiserescas míserulae orbitúdinis.

Nonius 146, 18 'orbitudinis pro orbitate ...'

utilius *F*[1]*L* miserulae, *quod olim proposueram, non inprobavit Ritschelius opusc. II* 688 miserae ω: *hiatum tolerat Leo l. l.* 327 ut illius miserae commiserescas *Grautoffius* ut miserae illius commiserescas *Bothius* illius c. ut miserae *Havet*

XI

Cesso óccupare et me ín colloquium cónferre horum? ...

Nonius 355, 13 'occupare est proprie praeuenire ...'

ferre *B L* iam conferre *olim scripseram* .

## EX INCERTIS FABVLIS

I

Sóla res quae hominés absentes ⟨nóbis⟩ praesentés facit.

Hieronymus epist. 42 (I p. 94 a ed. Amst.) 'Turpilius comicus tractans de uicissitudine literarum sola, inquit, res est quae homines absentes praesentes facit. Nec falsam dedit quamquam in re non uera sententiam. Quid enim est, ut ita dicam, tam praesens inter absentes quam per epistolas et alloqui et audire quos diligas?' Cf. Philemonis ex Apolide versus: *οὐχὶ μόνον οὗτος εὗρε πῶς λαλήσομεν Αὐτοῖς, ἀπέχοντες πολὺν ἀπ' ἀλλήλων χρόνον, Οὐδ' ὃν τρόπον μηδέποτε μηδὲ εἰς πάλιν Ἐπιλήσεθ' ἡμῶν μηδέν, ἐμβλέψας δέ που Τἀκ τοῦ χρόνου τοῦ παντὸς εἴσετ', ἀλλὰ καὶ Ψυχῆς ἰατρὸν κατέλιπεν τὰ γράμματα.* Nam de epistula apud utrumque sermo est.

*In constituendo versu Kiesslingium secutus sum:* sola res est quae praesentes h. absentes facit *Grautoffius*

II

. . . quasi cum uéntus fert nauem ín mare
Secúndus, si quis própedem misít suis
Velís ministrum.

Isidorus Orig. XIX, 4 'propes funis, quo pes ueli alligatur, quasi prope pedes. de quo Turpilius: quasi . . . ministrum.'

1 con *German. uterque* uentis *Germ.* 806 uentis *Wolfenb. Monac. Germ.* 805 fert] est *ed. pr. altera* nauim *Par.* mari *Monac.* 2 secundis *Paris. Gu. a* sedens *Zitt.* propedon *Wolfenb. Monac. German. uterque* suis uelis ministrum *conicci* si ueli ministrum *Zitt.* si ueli (uelis *Germ. uterque*) sinistrum *Wolfenb. Monac. Germann. Audacius in haec consuluit Grautoffius, qui hos senarios temptavit:* quasi cúm secundus uentus fert nauim in mare Si quís sinistrum misit ueli propedem

III

glabrum tapete

Nonius 229, 5 'tapete generis neutri. Turpilius et Caecilius: g. t.' Idem 542, 18 'tapete, tegmen unite pictum de coloribus uariis . . .' Cf. Festus p. 351 M. (Demetr. XVII)

IV

. . . . . léctus ⟨somno móllior⟩

Servius Danielis in Verg. ecl. VII 45 'somno mollior; turpilius lectus.' (Extant in cod. Lemovicensi Danielis.)

## VATRONIVS

BVRRA

Placidus gloss. CGl. V 8. 50 G. — 'Burrae Vatroniae, fatuae ac stupidae, a fabula quadam Vatroni auctoris, quam Burra inscripsit, uel a meretrice Burra.'

Burram Bue mus. Rhen. 33, 309 sq. interpretatur Πύρραν, quo nomine Diphili fabula nota est.

## INCERTORVM POETARVM

ADELPH . . .

Festus p. 317 M. '[Sep]lasi aut Se[plasium — — . . . . . . . . . in Adelph . . . . . . . . . . . . . feri Anti . . . . . . . . . . . . tum sit q . . . . . . . . . . . . unde ung̃ . . . . . . . . . . . . est.'

HYDRIA. GEORGOS

Quintilianus XI 3, 91 'cum mihi comoedi quoque pessime facere uideantur, quod etiam si iuuenem agant, cum tamen in expositione aut senis sermo, ut in Hydriae prologo, aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula uel effeminata uoce pronuntiant.'

Ὑδρία et Γεωργός fabulae Menandri, Ὑδρία etiam Antiphanis.

EX INCERTIS INCERTORVM FABVLIS

De huius delectus instituto ac ratione dixi in coroll. p. XLII sqq.

I

'Tibi ego, 'Antipho, has sero' ínquit: seniumst,
cum aúdio.

Cicero de orat. II 59, 242 'in re est item ridiculum, quod ex quadam deprauata imitatione sumi solet . . . ex hoc genere est illa Rosciana imitatio senis: tibi . . . audio.' (inquit poetae reddidit Bergkius opusc. I 218 coniunxitque hunc locum cum Caecil. Syneph. II: immo vide supra ex Hydriae prologo adlata.)

has *om. Erlang. b* senium . . audio *fuerunt qui a Ciceronis interlocutore addi statuerent*

II

Athénis Megaram uésperi aduenít Simo;
Vbi aduénit Megaram, insídias fecit uírgini;
Insídias postquam fécit, uim in loco áttulit.

Rhet. ad Herenn. I 9, 14 'ne bis aut saepius idem dicamus cauendum est; etiam ne quid nouissime quod diximus deinceps dicamus, hoc modo: Athenis' e. q. s.

1 mecarum *M(utili)*, *item v.* 2 2 fecit insidias *Bamb.* uirginis *Herbip.*

III

In Vénere sapere dídicit ni mirúm Solon,
Qui lége cauit, uítia uti transcénderent
Auctóris poenae: núlla poena acérbior
Excógitari pótuit uxorís malis.

Charisius p. 246 P. 'aliis ita placuit definire per hyperbolen: in . . . malis. Quod etiam in schemate dianoeas inuenies de hyperbole.' Hunc locum omissum in excerptis Leid. uncis inclusit Keilius. Idem p. 253 P. 'per hyperbolen, hoc est: in . . . malis.' Cf. Caecilii Plocium et Philemonis fr. 4.

1 Venere *scripsi* uentre *cod. p.* 253 uentrem *cod. p.* 246 didicit sapere *cod. p.* 246 2 cauit ut uitia *cod. p.* 246 cauit *in versu extremo omissis ceteris cod. p.* 253 3 auctores (i *suprascr.*) *cod. p.* 246 a *in versu extremo nec quidquam praeterea legitur p.* 253 poena nulla *edd.*

IV

Nam quíd modi factúrust risu dénique?
Nisi píctor fieri uúlt, qui risu mórtuust.

Festus p. 209 'pictor Zeuxis risu emortuus, dum ridet effuse pictam a se anum γραῦν. cur hoc loco relatum sit a Verrio, cum de significatu uerborum scribere propositum habuerit, equidem non uideo, cum uersiculos quoque ea de re rettulerit et ineptos satis et nullius auctoris' ('praetoris' cod., corr. Augustinus) 'praetexto nomine, qui tamen sunt hi: nam' e. q. s. Fortasse de anu in matrimonium ducenda agitur.

1 facturus *cod.* risu] *an* ista? *cf. coroll.* XL 2 mortuus est *cod.*

V

Quínque Thasii uíni depromam ⟨ámphoras⟩, binás Falerni.

Plinius nat. hist. XIV 14, 16 'sic quoque postea diu transmarina in auctoritate fuerunt et ad auos usque nostros, quin et Falerno iam reperto, sicut adparet ex illo comico uersu: quinque' e. q. s. (comici Par. E) Ad Sullana tempora versum a Plinio referri monuit Lachmannus in Lucr. 327.

quina *coni. Mayhoff* binas *scripsi* bina *Hard.* uina *Vatic.* $D^2$ uini φ quin Thásii uini déna promam, bína Falerni dólia *dubitanter Lachmannus hexametrum I. Beckeri quasi Lucilianum* quinque Thasi uini depromam, bina Falerni *repudians.* uín Thasii uiní depromam, uín Falerni? . . . *Bue*

VI

. . qualem démens iste chlámydem disperdít? . .

Tertullianus de pallio 4 'prorsus si quis Maeandrico fluxu delicatam uestem humi protrahat, audiat pone se quod et' (ait?) 'comicus: qualem' e. q. s.

VII

. . . . . . . . hui uíctrix Venus, uidésne haec? 13/14

Varro de l. l. V 62 'et horum uinctionis uis Venus; hinc comicus: hui' e. q. s. 'non quod uincere uelit Venus, sed uincire.' (comicus Laetus comicos Flor. comites Vindob. Basil. apud comicos L. Spengelius)

hui *Lachmannus Lucr. p.* 311, *qui septenarii iambici alterum dimidium agnovit.* huic ω, *deleri vult Spengelius* uidesne haec *ad Varronis verba trahit Spengelius*

VIII

Spondén tuam gnatam fílio uxorém meo?

Varro de l. l. VI 70 'spondebatur pecunia aut filia nuptiarum causa ... nam ut in comoediis uides dici: sponden' e. q. s. Cf. Lachmannus Kl. Schr. 174, Spengelius de emend. Varrone p. 31, Thilo ann. philoll. 1855 p. 529. Non satis probabiliter Dziatzko ann. philoll. 1876 p. 238 ipsum Varronem quasi sollemnem in comoediis formulam versu adstrinxisse suspicatur.

sponden t. gnatam *Rholandellus* sponde t. agnatam ω

IX

Ammianus Marcellinus XXVIII 4, 27 'cumque mutuum illi quid petunt, soccatos et (sic Ritschelius opusc. III 319, CFWMueller ann. philoll. 1873 p. 360 soccos et codd. soccatos, del. et, Dziatzko mus. Rhen. 31, 379) Micionas (sic Dziatzko micaunas codd. Miciones Gelenius Miconas vulgo) uidebis et Lachetas: cum adiguntur ut reddant, ita cothurnatos et turgidos, ut Heraclidas illos Cresphontem et Temenum putes.' Micio adelphon Terentii intellegitur, Lachetes praeter Terentianum Hecyrae plures noti (cf. Ritschelius l. l. 318 sq.).

X

Lachétem audiui pércussisse Démeam.

Quintilianus VII 9, 10 'accusatiui geminatione facta amphibolia soluitur ablatiuo, ut illud: Lachetem' e. q. s. 'fiat: a Lachete percussum Demeam.' Ibidem VIII 2, 16 'uitanda in primis ambiguitas, non haec solum, de cuius genere supra dictum est, quae incertum intellectum facit, ut Chremetem audiui' e. q. s. Fortasse fictum exemplum est.

Lachetem *loco priore* Chremetem *altero Quintilianus* Demean ψ dameam *Argentor. utroque loco*

XI

Si quís per omnis mĭhi deos iurét patrem Lachétem

Marius Victorinus CGL VI 135 K. 'comicus apposito sesquipede in ultima sede uersus adaeque trimetri reddetur tetrametrus, ut: si quis' e. q. s. Fortasse et hic et sequens versiculus conficti sunt.

XII

Quid aís, Epidice? tĭbi facilior érit amor

Marius Victorinus l. l. 79 K. 'huius' (trimetri) 'mensura . . . incipit a duodecim syllabis et crescit ad septemdecim . . . item septemdecim syllabarum: quid ais' e. q. s. fragm. Sangall. CGL VI 639 K. 'tribrachys'

Epidice *Gaisfordius* epidia *ω: fortasse hinc persona mutanda*

XIII

Amáre nolo néc dolere, Clínia.

Marius Victorinus l. l. 62 K. 'acatalectum autem, cui, ut supra diximus, neque deest ad integram coniugationem neque abundat quicquam, ut est hoc trimetrum: amare' e. q. s. Atilius Fortunatianus l. l. 287 K. 'trimetrum acatalectum: amare' e. q. s.

XIV

Thylacus 19[1]

Donatus in Ter. Andr. I 3, 21 'semper . . . nomina comicorum seruorum aut a nationibus sunt indita ut Mysis Syrus, aut ex accidentibus ut Lesbia, uelut ebriosa a Lesbo insula, quae est ferax suauissimi candidissimique uini, aut a moribus et uernilitate ut Pseudulus, aut ex negotio ut Chrysalus, aut ex qualitate corporis ut Thylacus, aut ex specie formae ut Pinacium.'

chilacus *Par. A*

Subiungo statim reliquos comici coloris versiculos, de quibus tamen singulis decernere non ausim, cui potissimum fabularum generi sint ascribendi.

XV

. . . halofántam mendacém uelit 20

Nonius p. 120, 12 'halofantam . . . Plautus (Curc. 463): halofantam aut sycophantam magis esse dicam. et alius

nobilitatis obscurae: halofantam m. u.' Cf. M. Hertzius annall. philoll. 1862 p. 725.

XVI

Parúnculis ad lítus ludit céleribus.

Isidorus origg. XIX 1, 20 'paro nauigium piratarum usui aptum . . . Cicero: tunc se fluctigyro tradit mandatque paroni. et alibi: parunculis' e. q. s. Cf. annall. philoll. 1866 p. 399.

XVII

Conténdit oculos: dérepente abiít celox.

Nonius 518, 8 'derepente Turpilius . . . Ennius . . . Afranius [v. 199 sq.] idem [v. 223] Contendit' e. q. s. 'Accius . . . Nouius . . . Terentius . . . Pomponius . . . Ennius . . . Varro . . .' (Idem: contendit Lipsius; post exilit ultimum praecedentis exempli verbum excidere item potuit; an Titinius? 'poetam ueterem' dicit Bentleius ad Hor. epist. I 1, 28)

abiit *scripsi, item Luchs stud.* I 70 abit *Ba* habit *G H L* celox *Lipsius* colo *ω* colos *Rothius* loco *Maehly*

XVIII

Vínnulum sensílocum . . . . . . . . .

Nonius p. 186, 10 'uinnulum sensi locum, id est inlecebrum. Plautus Asinaria . . . oratione uinnula uenustula' (inlecebrosum Quicherat, ut ipse conieci. inlecebram x, cf. ann. philoll. 1868 p. 429)

sensilocum (*h. e.* sensim loquentem: *cf. coroll.* XL) *Par. O continuat* sensi locum *φ* sensiculum *Onions.*

XIX

26 Ea est séditiosa, ea cúm uiro bellúm gerit.

Cicero ad Atticum II 1, 5 'ego illam' (Clodiam) 'odi male consularem: ea est enim seditiosa, ea cum uiro bellum gerit, neque solum cum Metello, sed etiam cum Fabio' (ea utrumque seclusit Baiterus. est enim s. et Schuetzius, bene, si Ciceronis sermo esset). Comicum versum primus enotavit Orellius, eumque secutus est Bue, qui Coni. Lat. 19 'uel Caecilium uel Afranium in imperiosae descriptione coniugis hoc usum esse' senario coniecit. Conferri idem iubet Axionici fr. 6, 9 οἷον φίλερίς τίς ἐστι καὶ μάχεταί τί μοι ex Chalcidico et Menandri fr. 302, 6 K. (ἐκ τῶν Κυβερνητῶν).

*Paulo leniores numeros* ea seditiosast, cum *vel* est s. et cum *Ciceronis verba praecludere videntur*

XX

. . . . ómni modo ames quá ioco qua sério.

Fronto epist. ad M. Caesarem I 8 p. 24 Nab. 'uale et me, obsecro, omni modo' e. q. s.

omni modo, *non* omnimode, *in cod. scriptum esse testatur Studemundus ad Klussmanni emend. Front. p.* XXIV *Senarium explere* med *addendo nolui*

XXI

. . Fortunae súnt committenda ómnia:
Sine spé conamur úlla.

Cicero ad Att. X 2, 2 'λαλαγεῦσα iam adest, et animus ardet,' (cf. Caecil. 230) 'neque est quicquam, quo et qua . . . res sunt inexplicabiles. Fortunae' e. q. s. 'Melius si quid acciderit, mirabimur.' Poetae verba non agnoverunt.

XXII

Artém ne pudeat próloqui quam fáctites.

Cicero orat. 43, 147 'me autem siue peruolgatissimus ille uersus, qui uetat artem pudere proloqui q. f., dissimulare non sinit quin delecter, siue tuum studium hoc a me uolumen expressit' e. q. s. Fortasse mimicus versus est.

*Versum e Ciceronis verbis conformavi*

XXIII

Ain tándem, leno? . . . . . .

Quintilianus IX 3, 16 (de figuris in particularum, velut 'sed enim', 'nam quis', 'tam magis . . . quam magis' usu disserens) 'pleni talibus antiqui sunt. initio Eunuchi Terentius: quid igitur faciam? inquit. alius: ain tandem leno? Catullus in Epithalamio: dum innupta manet' e. q. s. (alius: ain Halmius. alius in Ambr. Bamb. allusit Monac. Argent. In alius litteris Atilius vel Caecilius, immo Statius, latere suspicatur Woelfflinus.)

XXIV

Séd sibi cum tetulít coronam ob cóligandas núptias,

Tíbi ferebat; cúm simulabat sé sibi alacritér dare,
Tum ád te ludibúnda docte et délicate détulit.

Cicero de orat. III 58, 219 'aliud uoluptas: effusum et tenerum, hilaratum ac remissum: sed sibi' e. q. s. Num ex Naevii Tarentilla?

1 sibi *M(utili)* mihi *L(aud.)* colicandas *M* collocandas *L* coiugandas *x cf. coroll.* XL 2 se sibi *M* sese *L* alacriter *scripsi* alacri *Pal.* aiaci *M* adalaci *Ottob.* amaranti *vel* iam facis *praeter alia temptavi;* a iactu *Bue* 3 tum, *ut scripsi*, *Erl. b* cum *ψ* a te (*i. e.* at te) *Abrinc. Erl. Leid.* te *Ottob.*

XXV

'Exiliuit quási petulcus quídam, pedibus cónuibrauit.

Festus p. 206 M. 'petulantes et petulci — — Afranius in Ida — interdum pro ueloce usi uidentur antiqui, ut hoc uersu intellegi potest: exiliuit' e. q. s.

exiliuit *Aldina* exiluit *cod.*

XXVI

Agite ⟨íte⟩! quid dubitátis hilareis dáre choros?

Pseudoacro in Horatii epod. 1, 1 'comicus' (trimeter) 'erit, qui frequentes tribrachos habet, ut: agite' e. q. s. 'Satyricus medius ut: Musae Iouem laudate et hilares date choros.' Eadem fere commentator Cruquii: exemplum omittere nolui, quamquam facile potest in scholae usum confictum videri.

XXVII

Tánta laetitia aúctus sum, ut nil cónstet . . . . .

Cicero de fin. II 4, 14 'modo intellegas inter illum qui dicat tanta' e. q. s. 'et eum qui: nunc demum mihi animus ardet' (Caecil. 230), 'quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur, esse illum medium . . . qui nec laetetur nec angatur.' Eadem si tanguntur in Tusc. disp. IV 15, 35 'quae si quando adepta erit id quod ei fuerit concupitum, tum fertur alacritate ut nihil ei constet quod agat', Trabeae sunt (cf. fr. II).

*Exitum fortasse* nec quid agam sciam *ex Ciceronis verbis supplere licet. Integrum senarium elicies transponendo:* tantá sum laetitia aúctus, ut constét nihil

XXVIII

difficile ést loqui.

XXVIII—XXX Cicero epist. ad fam. II 9 'cum gratulor, tum uero quibus uerbis tibi gratias agam non reperio, quod ita factus sis, ut dederis nobis, quem admodum scripseras ad me, quem semper ridere possemus.' (cf. VIII 3, 1. 9, 1 II 10, 1) 'Itaque cum primum audiui, ego ille ipse factus sum — scis quem dicam — egique omnis illos adulescentes, quos ille actitat' (sic Victorius iactitat Med., item infra). 'Difficile est loqui. Te autem contemplans absentem et quasi tecum coram loquerer: non edepol . . . feceris. Quod quia praeter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud: incredibile' e. q. s. 'Repente uero incessi omnibus laetitiis laetus' (Caecil. 252), in quo cum obiurgarer, quod nimio gaudio paene desiperem, ita me defendebam: ego u. a. nimiam.' (Trabea fr. II) 'quid quaeris? dum illum rideo, paene sum factus ille.' Difficile est loqui ipsa quoque adulescentis cuiusdam exultantis verba esse conieci. Repetitur haec epistola post VIII 5.

XXIX

Non édepol quantam rem égeris neque quántum facinus féceris

rem egeris *Med. altero exemplo* egeris rem *cod. hic*

XXX

'Incredibile hoc fáctum obicitur . . . . . . .

factum *ed. antiq. signata A apud Orellium, Martyni-Laguna* factu *Med. cod. hic,* facto *Harl. Par.*

XXXI

nec múlieri
Nec grémio credi opórtet.

Festus p. 165 M. 'nec mulieri nec gremio credi oportere prouerbium est, quod et illa incerti et leuis animi est et plerumque in gremio posita, cum in obliuionem uenerunt exsurgentium, procidunt.' Comoedia respici visa est M. Hertzio Philol. I 612.

1 *sq. Cum omnino incertum sit, num in comoedia haec locum habuerint, tum de numeris certi nihil adfirmari licet: possis e. c. uno versu continuare* nec múlieri nec grémio oportet crédier

XXXII

Módo pueros, modo ádulescentes ín cursu a tergo ín-
sequens
Néc opinantis ádsecuta est.

Cicero Tusc. disp. I 39, 94 'quae uero aetas longa est, aut quid omnino homini longum? Nonne modo . . . adsecuta est senectus?'

1 *sq. versus agnovit Bentleius De synecphonesi in* pueros *Lachmannus in Lucr.* 129 *dixit; cf. Liv. tr.* 26. púeros modo *Fleckeisenus.*

XXXIII

Sentín senem esse táctum trigintá minis?

Cicero de orat. II 64, 257 'saepe etiam uersus facete interponitur uel ut est uel paululum inmutatus, aut aliqua pars uersus, ut . . . [Caecil. inc. fab. IV] Nam in Caelio sane etiam ad causam utile fuit tuum illud, Antoni, cum ille a se pecuniam profectam diceret testis et haberet filium delicatiorem, abeunte iam illo: sentin' e. q. s.

satin *Bue*

XXXIV

Nón tu scis? si quás ⟨quando⟩ aedes ígnis cepit ácriter,
Haúd facilest defénsu qui ne cómburantur próxumae.

Charisius p. 176 P. 'acriter Crispus III ** non tu scis' e. q. s. Comico poetae tribuit versus Keilius idemque constituit.

1 nonne *Keilius, qua particula Terentium certe usum esse constat, de Plauto dubitatur* quando *add. Fleckeisenus ann. philoll.* 1872 *p.* 365 2 facile est *Keilius* facile sunt *cod.* faciles sunt *G. Wagnerus ephem. gymnas.* 1855 *p.* 192

XXXV

Felícitas est quám uocant sapiéntiam.

Quintilianus VI 3, 97 'adiuuant urbanitatem et uersus commode positi, seu toti, ut sunt . . . seu uerbis ex parte mutatis; ut in eum, qui, cum antea stultissimus esset habitus, post acceptam hereditatem primus sententiam rogabatur: hereditas est quam uocant sapientiam, pro illo: felicitas est.' (falicitas, corr. felicitas Ambros. facillitas Monac. facilitas ceteri libri) Contulit Hauptius Herm. IV 35 ex Me-

nandri Hypobolimaeo fr. 482 K. *παύσασθε νοῦν ἔχοντες· οὐδὲ γὰρ πλέον Ἀνθρώπινος νοῦς ἐστιν ἄλλο τῆς τύχης*, sed propius etiam accedit versus sive Menandreus sive Euripideus syllogae Vrbinatis, quam ed. Guil. Meyer (1880) p. 51 *τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.*

felicitas *scripsi, cui substitui totidem syllabis* hereditas *posset, item Hauptius* est *Ambros.* esset *Monac. Argent.*

XXXVI

Med ésse acerbum síbi, uti sim dulcís mihi.

Cicero epist. ad fam. III 8, 8 'cum et natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior et temporibus, quibus alii mouentur, isdem ego mouear, me esse' e. q. s.

med *Martyni-Laguna* me *cod.* uti *scripsi* ut *cod.* dulcis *Harl. Par.* pulcis *Med.*

XXXVII

aégre faciam fíliis

Charisius p. 176 P. 'aegre . idem in eadem: aegre f. f. subaudiri debet uerbum, ut sit. aliter Plautus in Bacchidibus' e. q. s. Dedi locum qualem constituit Aem. Baehrens ann. philoll. 1872 p. 365. 'aegre f. f. idem in eadem subaudiri debet uerbum, ut sit aegre' cod. Lacunas, quibus et nomen et versus poetae, cuius verba priore loco relicta sunt, exciderunt Keilius indicavit.

XXXVIII

Si núnc redire pósset ad superós pater,
Qui té tutamen fóre sperarat fámiliae
Domuíque columen, nónne ⟨tibi⟩ sic díceret?
'Cur té dedecoras, fámam cur maculás tuam?
Cur rém dilapidas, quám miser extruxít labor?'

Charisius p. 252 P. 'per prosopopoeiam, cum loquentes finguntur qui nulli sunt, tamquam: si nunc' e. q. s.

2 fore sperarat *Lindemannus* fore sperare *cod.* fore parare *ed. pr.* fore putarat *Fabricius* 3 nonne tibi *scripsi* n̄ *cod. litteris tribus vel quattuor in lineae fine deletis, quamquam etiam plus intercidisse possit.* nonne potes *ed. pr., in quibus tamen* potes *errore confictum videtur H. Keilio: nam in cod. cum verbo* redire *terminetur linea, ei additum sed signo* ⌊ *disiunctum legi* p . . ., *quod cum ad superiorem lineam referri debuerit, falso*

*postea pro inferioris exitu habitum esse.* nonne putas *Fabricius* non putas *Studemundus* nonne haec tibi *Keilius* 4 dedecoras *Fabricius* dedecores *cod.* famam *Fabricius* familiam *cod.* maculas *ed. pr.* macules *cod.* 5 dilapidas *Fabricius* dilapides *cod.* quam *ed. pr.* q . . . . *cod.* miser] meus *coni. Kiesslingius et Bue, quod si verum est (cf. coroll.* XLI), *ex forma* mius *vel* mis (*de qua vide Ritschelii opusc.* IV 465 *sq.*) miser *videtur ortum esse*

XXXIX—XLI

Tutáre amici caúsam, partis súscipe.
Obícitur crimen cápitis: purga fórtiter.
In amíci causa es? ímmo certe pótior es.

Charisius p. 253 P. 'per apologismon, siue ultro dando, cum aliquid adversario nostro ultro damus, quo uti eum scimus non posse, tamquam: tutare' e. q. s. Olim disiunctos tres versiculos edideram, qui Keilio quoque cohaerere videntur.

1 partis *Bue* patris *cod.* potis es *Keilius* 2 purga *ed. pr.* p . . . . . *cod.* 3 es, immo certe potior es *scripsi. Cf. Ter. eun.* 812 potior ē immo certe potior est *cod.* potior immo certior *Fabricius* nimio certe potior es *coni. Kiesslingius. An* potis certe: immo potior es *scribendum?*

XLII

Prórsus aequum est. pátere, Daue: mé poenae oppone . . .

Charisius p. 253 P. 'per commutationem: prorsus' e. q. s. 'hic non ut coepit sententiam finit: nam aiebat Daue, deinde subiecit me, cum ipse sit Dauus.' Cf. Plauti Amph. 598.

patere *scripsi imperativum* (petere *olim*). pectore *cod.* oppono *Bue cf. coroll.* XLII

XLIII

. . . . egone íllam? — pudor est éloqui — quam cómperi —?
— Relínqui num potuít? — Non perpetiár, non ⟨non⟩ eam pérferam.

Charisius p. 254 P. 'per apoclisin: egone . . . perferam. consulto uerbum uel uerba praetermittit et quiddam suspicionis silentio colligit.' Coniunxit et ad comoediam rettulit H. Keilius; personas ego distinxi: cf. coroll. XLII.

2 relinqui (*puncto sup.* n) *cod.* num *scripsi* n̄ (*i. e.* non) *cod.* Non *e. q. s. respondentis sunt* non non *bis posui,*

*semel cod.*   eam *scripsi* e (*in fine versus*) *cod.* etiam *ed. pr.*
*An* non ego istam p.?   réici non pótuit? non perpétiar, non eam pérferam *Bue*

XLIV

Tertullianus de anima 20 'comici Phrygas timidos inludunt.'

Cf. Apollodori Citharoedus: *οὐ πανταχοῦ Φρύξ εἰμι· τοῦ ζῆν ἣν ὁρῶ Κρεῖττον τὸ μὴ ζῆν, χρήσομαι τῷ κρείττονι.* Aliter se gerit Turpilianus v. 102.

XLV

Viden út cinaedus órbem digito témperat?

Suetonius Oct. 68 'sed et populus quondam uniuersus ludorum die et accepit in contumeliam eius et assensu maximo comprobauit uersum in scaena pronuntiatum de gallo matris deum tympanizante: uiden' e. q. s. Ad togatam (cf. Attae Megalensia) aut ad mimum (cf. Galli Laberii) pertinere uidentur.

*Cf. Lobeckius Aglaoph.* 1016

XLVI

Di ínmortales! quás ego pugnas, quántas strages édidi!

Cicero epist. ad Att. I 16, 1 'di inmortales! quas ego pugnas et quantas strages edidi! quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci! quo modo sum insectatus leuitatem senum, libidinem iuuentutis!' Seruum vel parasitum in comoedia gloriantem et tragicum colorem adfectantem illa praedicare potuisse suspicatus sum.

di inmortales *ut adsumerem suasit Bue*

XLVII

. persuasit ánimo uinum, déus qui multo est máximus.

Festus p. 153 M. 'metonymia est tropos, cum ab eo quod continet significatur id quod continetur, aut superior inferiore, aut' ('et' cod.) 'inferior superiore. Quae continet quod continetur, ut Ennius — ab eo quod continetur id quod continet, ut cum dicitur: epota amphora uini. a superiore inferior, ut Ennius — ab inferiore superior, ut: persuasit' e. q. s. Poetae anonymi Graeci (1274 K.) *οἰνός μ' ἔπεισε δαιμόνων ὑπέρτατος* comici an tragici versus sit incertum dicit Meinekius.

*Initio* ita *suppleas*   animo *om. Spengelius senarium dimetiens*

XLVIII

65 Líberi bellária

Gellius XIII 11, 7 'uina quoque dulciora est inuenire in comoediis antiquioribus hoc nomine appellata dictaque esse ea Liberi bellaria.'

XLIX

66/7 Clítellae boui súnt inpositae: pláne! non est nóstrum onus.

Cicero epist. ad Att. V 15 'est incredibile, quam me negotii taedeat. Non habet satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi et industriae meae praeclara opera cessat .... clitellae' e. q. s. 'sed feremus.' Ammianus Marcellinus XVI 5, 9 'cum exercere proludia disciplinae castrensis philosophus cogeretur ut princeps, artemque modulatius incedendi per pyrricham concinentibus disceret fistulis, uetus illud prouerbium: clitellae boui sunt impositae, plane! non est nostrum onus Platonem crebro nominans exclamabat.' Quintilianus V 11, 21 'παροιμίας genus illud, quod est uelut fabella breuior et per allegoriam accipitur: non nostrum, inquit, onus, bos clitellas.' Pertinet ad proverbiorum genus, quod exemplis post Hauptium opusc. II 395 inlustravit O. Crusius mus. Rhen. 44, 448. 459 sq.

*Septenarium constituit Bue Coni. Lat.* 17 plane *Ammianus, quod* 'plana et aequabili uia, plano gressu' *interpretor: insolito onere pressi boves non se nisi lente et moderate incedere posse clamant.* illane *Med. corr.* illa *m. pr.*

L

Quási ⟨si⟩ messor pér messim unum quémque spicum cóllegit

Festus p. 333 M. 'spicum masculine antiqui dicebant, ut hunc stirpem et hanc amnem. uersus est antiquus: quasi' e. q. s.

per messim *del. x de versu Sat.* 81, *ut senarius evadat* collegit *cod., i. e.* colligit

LI

Tám perit quam extréma faba .......

Festus p. 363 M. 'tam perit quam extrema faba in

prouerbio est, quod ea plerumque aut proteritur aut decerpitur a praetereuntibus.' Comoedia respici visa est M. Hertzio Philol. I 612.

LII

. . prior ire lúci claro nón queo.

Nonius p. 210, 15 'lux ... masculino Plautus .. luci' ('luce' Leid.) 'claro .. Varro .. luci claro ... idem ... luci claro ... M. Tullius de officiis lib. III: et cum ⟨primo luci Pomponi domum uenisse dicitur...⟩ prior ire luce claro non queo.' Vncis inclusa Ciceronis verba 31, 112 una cum poetae nomine excidisse vidit Mercerus.

et cum *praemisit Bue, item Quicheratius: v. supra.* luci *E* $F^3$ *H, Fleckeisenus; genetivum* lucis *esse vult Bergkius symb. I* 148 *sq.* luce $F^1$ *L W*

LIII

Clámor lapides fústes gladii: haéc inprouisa ómnia.

Cicero ad Att. IV 3, 3 'cum sacra uia descenderem, insecutus est me cum suis' (Clodius). 'Clamor' e. q. s. 'discessimus in uestibulum Tettii Damionis.' Numeros indicavi.

et haec *Jensoniana*

LIV

Quíd clamorem exórsa uerbis páruam rem magnám facis?

Cicero pro Caelio 15, 36 'eum' (minimum fratrem) — 'putato tecum loqui: quid tumultuaris, soror? quid insanis? quid clamorem' e. q. s. Versum esse vidit Beierus.

clamorem *scripsi* clamore *ω* clamare *C F W Mueller*

LV

Obstrúdant obsatúllent

Festus p. 193 M. 'obstrudant obsatullent, ab auide trudendo in gulam, non sumendo cibum.'

*Potest etiam septenarii iambici exitus fuisse* obsatullent *O. Muellerus* obsatulent *cod.*

LVI

aúdio, haut auscúlto.

Varro de l. l. VI 83 M. 'ab audiendo etiam auscultare declinatum, quod hi auscultare dicuntur, qui auditis parent, a quo dictum poetae: audio, haut ausculto.' Cf. Caecil. v. 196.

haud *Turnebus* aut *ω* obsculto *Flor.*

## LVII

74[1] 'Vsque donicum éffligatur

Charisius p. 178 P. 'efflictim Naeuius in Corollaria [I], ubi Probus: usque d. e.' Sed haec non grammatici, sed poetae verba esse monuit Ritschelius opusc. II 241.

## LVIII

Vílla est patrui. hic áger est ubi stas. póne uersum illác mare est.

Charisius p. 191 P. 'pone uersus M. Cato ... item idem ... hostium * uilla est' e. q. s. Comoediae adsignavit septenarium x

## LIX

'Insanum aliter suá sententia átque aliarum múlierum

Charisius p. 175 P. 'aliter pro alias Sallustius historia I: sanctus alias ... item in eadem: insanum' e. q. s. Turbato titulorum ordine, de quo monuit Keilius, factum est ut et Sallustii exemplum perperam huc intruderetur, cum olim infra (in titulo 'alias pro aliter') locum habuisset, et cum nominibus verba quoque eiusdem poetae comici eiusdemque fabulae exciderent, cuius nostra sunt. Quod perspexit x mus. Rhen. 24, 242.

## LX

iniurius

Servius in Aen. IX 107 'hinc est apud comicos iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris.'

## LXI

. . . . Scytálosagittipélliger

Tertullianus de pallio 4 'tametsi adoratur a uobis, qui erubescendus est, Scytalosagittipelliger ille, qui totam epitheti sui sortem cum muliebri cultu compensauit.'

*Fortasse melius* Scýtaloságittipélliger *efferri monuit Bue*

## LXII

Sui quíque mores fíngunt fortunam hóminibus.

Cornelius Nepos vita Attici 11, 6 'itaque hic fecit, ut uere dictum uideatur: sui' e. q. s. Cicero Parad. 5, 35 'cui etiam quae uim habere maximam dicitur Fortuna ipsa cedit, sicut sapiens poeta dixit: suis ea cuique fingitur moribus.' Nonius 526, 24 'si prisca sententia philosophica accipit intellectum, quae ait: sui . . . fingunt, omnipotens fortuna esse desinit.' Tota Nonii disputatio inde a p. 526, 16 usque ad 527, 10 ex commentario aliquo Vergiliano ad Aen. IV 696 sumpta est: cf. Servius et Gellius XIII 1. Versus noster inter Publilii Syri sententias referebatur: et 'mimicum versum' dicit Lachmannus quoque, sed mimum dubito num Cicero 'sapientis poetae' nomine ornaverit. Cf. Plauti Trin. 363.

sui quique *scribendum esse post Fleckeisenum demonstravit Lachmannus in Lucr.* 94 sui quoique *Haenel.* sui cuique φ *Nepotis, Nonius* suis ea cuique *Cicero* mores fingunt *Nepos et Nonius, nisi quod* funguntur *Monac. Haen. Nepotis* fortunam hominibus *om. Nonius* hominibus *om. cod. collegii Rom., Leid. Voss. ab* omnibus *suprascr. in Gifan. Wolf. Sang. Vrbin. Ottob. Alex. Patav. Haen.* suis fingitur fortuna cuique moribus *apud Ciceronem scribit Lachmannus.*

## LXIII

Onus ést honos qui sústinet rem públicam.

Varro de l. l. V 73 'honos ab honere siue onere, itaque honestum dicitur quod oneratum, et dictum: onus' e. q. s. Fortasse versus popularis fuit ut ille apud Varronem de re rust. III 2, 1 et Gellium IV 5, 5 'malúm consilium cónsultori péssimumst', de quo cf. coroll. XLVIII Buechelerus mus. Rhen. 41, 2 Baehrens FPR praef. p. 23.

## LXIV

Non ést beatus, ésse se qui nón putat.

Seneca epist. 9, 21 'apud poetam comicum inuenies: non est beatus' e. q. s. Publilio suo ascripsit Guil. Meyer p. 46.

Retinui hoc loco olim adiunctas sententias quas Seneca laudavit, quamquam quaedam earum etiam in sylloge quae Publilii Syri nomine fertur extant nec minus probabiliter aliae quoque ad mimum referuntur.

## LXV

Is mínimo eget mortális, qui minimúm cupit.

LXV sq. Seneca epist. 108, 11 'de contemptu pecuniae multa dicuntur ... magis tamen feriuntur animi, cum carmina eius modi dicta sunt: is minimo' e. q. s. 'quod uult' e. q. s. 'cum haec atque huius modi audimus, ad confessionem ueritatis adducimur.' Publ. Syr. sent. 242. 443 R[1] (I 56 Q 74 M.)

minimum *Fris. Syri*

LXVI

Quod uúlt habet, qui uélle quod satis ést potest.

LXVII

In núllum auarus bónus est, in se péssimus.

Seneca epist. 108, 9 'non uides quem admodum theatra consonent, quotiens aliqua dicta sunt quae publice adgnoscimus et consensu uera esse testamur? [Publ. Syr. sent. 121 R[1] = 236 W. I 7 M.] in nullum' e. q. s. 'ad hos uersus ille sordidissimus plaudit et uitiis suis fieri conuicium gaudet.' Publ. Syr. sent. 224 R[1] = 234 W. I 5 M.

nullo *Syri ω*

LXVIII

Auárus animus núllo satiatúr lucro.

LXVIII sq. Seneca epist. 94, 43 'quis autem negauerit feriri quibusdam praeceptis efficaciter etiam inperitissimos? uelut his breuissimis uocibus, sed multum habentibus ponderis: nihil nimis' (Terent. Andr. 61) 'auarus' e. q. s. (= Syr. 37 R[1], A 55 M.) 'ab alio' e. q. s. (= Syr. 1 R[1], 2 W., A 2 M.) 'haec cum ictu quodam audimus nec ulli licet dubitare aut interrogare: quare?' Lactantius div. instit. I 16, 10 'non illepide Seneca in libris moralis philosophiae: quid ergo est, inquit, quare apud poetas salacissimus Iuppiter desierit liberos tollere? utrum sexagenarius factus est et illi lex Papia fibulam imposuit? an impetrauit ius trium liberorum? an tandem illi uenit in mentem [LXIX] et timet ne quis sibi faciat quod ipse Saturno?' Ael. Lampridius de Alexandro Severo 51 'clamabatque saepius quod a quibusdam siue Iudaeis siue Christianis audierat et tenebat, idque per praeconem, cum aliquem emendaret, dici iubebat: quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris. Quam sententiam usque adeo dilexit, ut et in Palatio et in publicis operibus praescribi iuberet.' Anthol. epigr. lat. 192, 3 B. 'ab alio speres, altero quod f.' Ex Iudaica sapientia sententiam repetit Jac. Bernays op. I 274 sqq., Syri non memor.

LXIX

Ab álio expectes álteri quod féceris.

LXX

Benefícia in uolgus cúm largiri instítueris,
Perdénda sunt multa, út semel ponás bene.

Seneca de benef. I 2 'beneficia' e. q. s. 'in priore uersu utrumque reprehendas: nam nec in uolgus effundenda sunt et nullius rei, minime beneficiorum honesta largitio est ... sequens sensus mirificus est, qui uno bene posito beneficio multorum amissorum damna solatur.' Cf. Publilii Syri sent. fals. 287 p. 130 W.

1 statueris *Henk.* 2 ut unum semel *Vratisl.*

LXXI

quid? tu non intéllegis 85
⟨Benefíciis⟩ tantum grátiae te démere,
Quantúm morae adicis? 86

Seneca de benef. II 5, 2 'quare uerissimum existima, quod ille comicus dixit: quid?' e. q. s.

2 gratiae, *om.* te, *Tross.* te gratiae *φ* *Septenarium* tántum g. te d. adicis quantum morae *commemoravi coroll.* XLII tantúm te adimere g. q. morae | adicis *Leo Pl. F.* 327

LXXII

Póstea nolí rogare, quom ínpetrare nólueris.

Seneca epist. 95, 1 'scio te in bonam partem accepturum, si negauero. eo magis promitto et uerbum publicum perire non patior: postea' e. q. s. 'interdum enim enixe petimus id, quod recusaremus, si quis obferret.' Cf. Pseudoseneca de mor. 33.

quom *scripsi* quod *ω* imperare *Vatic. α Palat. Π Alexandr.* nolueris *ω, quod si verum est, consonantis vice* u *fungitur ut in Luciliano illo* 'quem uisere nolue|ris, cum debueris.' non uelis *commendavi coroll.* XLII

LXXIII

Iniúriarum rémedium est oblíuio.

Seneca epist. 94, 28 'numquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit uersus? Iniuriarum' e. q. s. (Publ. Syr. sent. 222 R¹ = 250 W. I 21 M.)

## LXXIV

Sat céleriter fit quídquid fiet sátis bene.

Suetonius Octav. 25 'crebro itaque illa iactabat: σπεῦδε βραδέως et ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης et: sat celeriter fieri q. fiat s. b.' Fortasse haec quoque mimo reddenda sunt.

*Verba in numeros redegi*. . sát c. f. q. fit sátis bene *Luchs stud.* I 70 sát c. ⟨scito⟩ fieri q. f. s. b. *Dziatzko*

## LXXV

'Vbi ⟨iam⟩ non es quí fuisti, non est cúr uelis uíuere.

Cicero ep. ad fam. VII 3, 4 'mortem mihi cur consciscerem causa non uisa est, cur optarem multae causae; uetus est enim, ubi non sis qui fueris, non esse cur uelis uiuere.' Scaenici poetae versiculum esse intellexit Schneidewinus Philol. III 132, qui de tragico cogitaverat, inter comoediae reliquias ipse recepi. Sed de genere fabulae incerta ariolatio. (Cf. quae Teuffelius monuit ann. philol. 1875 p. 432.)

**90** *sq. sententiam numeris suis includere alii aliter conati sunt.* úbi non sis qui fueris, non est cur uelis ⟨iam⟩ uiuere *Bue mus. Rhen.* 11, 511 (ibi *inseruit Fleckeisenus annall. philoll.* 1861 *p.* 141, 1866 *p.* 628 *sq.*) ubi non es ⟨is⟩ qui fuisti, non est cur uelis uiuere *Havet*

## LXXVI

Saépe qui miseréri potuit, rógitat misericórdiam.

Seneca controv. IX 27 p. 274 B. Versum esse intellexit Andreas Schottus.

rogitat misericordiam *poetam scripsisse suspicor* misericordiam rogat *Seneca.*

## LXXVII

. . . homo locum órnat, non hominém locus.

Charisius p. 254 P. 'per antimetabolen: homo' e. q. s. Simillimam, sed colore diversam sententiam protulit Accius v. 272. Nostra ad quod scaenicae poesis genus pertineat ambiguum

est, sed cf. Philemonis fr. 189 οὐχ ἡ πόλις σου τὸ γένος εὐγενὲς ποιεῖ, Σὺ δ' εὐγενίζεις τὴν πόλιν πράσσων καλῶς.

locum ornat *scripsi* ornat locum *cod.*

LXXVIII

Odí puerulos praécoqui sapiéntia.

Apuleius apol. c. 85 'est ille poetae uersus non ignotus: o d i' e. q. s. 'sed enim malitia praecoqui puerum quis non auersetur atque oderit?' Cf. Publilii Syri sent. fals. 265 p. 129 W.

LXXIX*

Quid trístiorem uídeo te esse quam ántidhac,
Lampádio? numquid fámiliaris fílius
Amát nec spes est aúxili argentária,
Ideóque scapulae métuunt uirgindémiam?

Nonius 187, 10 'uirgindemiam, ut uindemiam, hoc est uirgarum adparatum uel demptionem uel decerptionem ob uerbera. Varro Agathone: quid' e. q. s. Sed potest vel Varro de comoedia locum saturae inmiscuisse vel eius exemplum una cum comici poetae nomine in Nonii libris excidisse. Adsensum tuli Vahleni Coni. p. 13, Buecheleri mus. Rhen. 14, 424, Roeperi Philol. XVII 89, Riesii Varronis rell. p. 97, quorum illis, Vahlenum et Buechelerum dico, prior, altera coniectura praeplacuit Roepero et Riesio. Lampadionem comoediam Naevius scripsit, quem tamen horum versuum auctorem fuisse numquam adfirmavi (cf. Leo Pl. F. 19).

1 antidhac *Carrio* angit hac (hanc *H*) *ω*  2 numquid *Mercerus* nemquid *ω*, *h. e.* nimquid, *de qua forma dixi in corollario ad tragicos p. LXXVI*  3 nec *Carrio* haec *ω*  argentarii *Carrio*  4 uirgindemiam *ed. a.* 1476 uirgarumdemiam *ω*

LXXX

Quód dedi datúm non uellem: quód relicuomst nón dabo.

Plautus Cistell. 506 'intér nouam rem u e r b u m usurpabo u e t u s: Quód dedi' e. q. s. Ambiguam huius dicti originem esse sensi olim in quaest. scen. p. 353: adiunxi olim quasi responsum n é d a r e s, n e p o l l i c e r e s. q u o d d a t u m e s t ⟨n o n r e d d i t u r⟩ (Varronis sat. fr. 41 B.), sed nunc omisi ut nimis incertum.

## LXXXII

102 Símilem habent labiaé lactucam cómedente asino cárduos.

Hieronymus ad Chromatium I 7 'secundum illud, de quo semel in uita Crassum ait risisse Lucilius: similem' e. q. s. Septenarium restituit x mus. Rhen. 24, 249 (cf. ad Lucil. inc. CXLI) auditum a Crasso in comoedia fuisse coniciens.

labiae *Bue* labra *Hieronymus* lactucam labra *x* asino carduos comedente *Hieronymus, quae transposuit x*

Vt fr. LXXIX Varro, item Lucilius vide an praeter versiculum modo prolatum scaenae debeat etiam hos duos:

Caede óstium, Gnatho, úrge. restant? périimus.
et
Gnathó, quid actum est? — Dépilati omnés sumus.

Laudat priorem Nonius p. 272, 15 'caedere, frangere ... Lucilius lib. XXVIIII: caede' e. q. s. et 417, 31 'urgere, insistere. Lucilius lib. XXVIII: caede' e. q. s. alterum idem p. 36, 25 'depilati dicitur rarefacti. Lucilius lib. XXIX: nato' e. q. s. Varia librorum scriptura haec:
1 reistam p. 272 Fortasse restant et periimus inter duas personas distribuenda; item v. 2 distinxi personas

## LXXXIII

Quae pótero tangam: tú mihi legés tene.

Excerpta Bernensia in Hageni anal. Helv. p. CCXXXI, 14 (Iulianus Toletanus p. 9): 'da ubi supposita' (liquescat s): 'quae' e. q. s.

tumia *Iulianus* *Conici possit* tú mihi leges béne tene *Pentametrum grammatico visum esse putat Bue*

## LXXXIV

uae mihi, matér mea!

Excerpta Bern. in Hageni anal. Helv. p. CCXXVIII et Iulianus Toletanus p. 103 'ue est coniunctio ... quando fuerit praepositiuum et cum commotione animi dictum, ut puta, uae mihi m. m., erit interiectio dolentis.' Etiam ex tragoedia sumpta esse possunt.

LXXXIV[a]

uix pedém
Pedí praestruít, otióse it, remorátur.

Festus p. 313 M. 'struere antiqui dicebant pro adicere, augere — — — ali gradum augere, ali minuere ac uix pedem' e. q. s. Cf. coroll. trag. LXIII.

2 praefert *cod.* ac uíx pedem pedi praéstruit *suadebat Studemundus, ac similiter* (*ut pergat* ótiose it ét r. *in altero versu*) *Bue, sed idem legum XII interpreti nescio cui mavult tribuere.*

LXXXV

⟨Sátis⟩ est: reuoca frátrem ⟨eodem stírpe gnatum:⟩
plaúdite!

Festus p. 313 M. 'stir[pem in masculino gene]re antiqui [usurparunt pro eo quod est fe]mina, met[aphorico uocabuli usu,] quae nunc in [femineo profertur gene]re. Liuius — — [Ennius] — a stirpe supremo .......... est reuoca fratre ......... plaudite.'

*Supplementa Vrsini sunt* gnatum *O. Muellerus*

Ex Pompeianis versiculis unum exemplum hic excerpere satis habui, n. 1896 Z. = carm. lat. epigr. 33 B.

ubi pérna cocta est, sí conuiuae appónitur,
non gústat pernam, língit ollam aut cáccabum.

Ex Atellanae aut mimi memoria in murum transcripta esse Bue quoque statuit. De comoediae frustis quae apud Ciceronem latere suspicatur Fleckeisenus ann. philoll. 1892 p. 209 sq. non satis mihi persuasit. Senarium inseruisse videtur Cicero in epist. ad Att. IV 10 'sed de illa ambulatione

fors uíderit aut sí qui est qui curét deus.'

Glossarum congeriem reliqui in coroll. LI sqq.

# FABVLA TOGATA

# TITINIVS

## BARBATVS

BARBATVS inscribi iussit Mercerus. Cf. Varro de l. l. V 119 'nanus cum Graeco nomine, et cum Latino nomine, Graeca figura barbatus.' Pauli Festus p. 176 M. 'nanum Graeci uas aquarium dicunt humile et concauum, quod uulgo uocant situlum barbatum, unde nani pumiliones appellantur.' Cf. CGl. II 28, 22 G. bardatus νάννος τὸ σκεῦος. Sed fortasse aliud nescio quid in vestigiis barato barrato barnato baratto varrato varro latet.

### I

. . inauratae átque inlautae múlieris · ·

Charisius p. 181 P. 'inauratae pro non auratae. Titinius in barrato: inauratae' e. q. s. Cf. Plauti Men. 801.

mulieres *intellegi mavult Leo Pl. F.* 327.

### II

. prius quam auró priuatae púrpuramque aptaé simus

Charisius p. 212 P. 'a pro ad ('ap pro a' Bue) 'Titinius in barato: prius quam' e. q. s. 'nam et apes quasi aptae sunt, quod inuicem colligantur.' (titinnius Par. barnato Par. barathro ed. pr.)

Quám meretricie ém lupantur nóstro ornatu pér uias!

Nonius 133, 12 'lupari, ut scortari uel prostitui.'

quam *conieci* cum ω  meretricie em *scripsi* meretricae e *FHL*² meretrice e *PW* meretricae $L^1$ metrice *Ba* meretrices *Mercerus* meretriculae *Onions* meretrices hae *Kochius* meretricie *Bue*  nostro (nũo *Vrbin.* 307) ornatu per uias lupantur ω lupantur n. o. per u. *Bue* (*sed idem* cúm lup. n. o. p. u. meretricie *praefert*)  enostro (*sc. purpureo*) ornatu *Stowasser in Woelfflini arch.* I 592

### II

'Aquae ita muginántur hodie. — 'Atqui ego fontem occlúsero.

Nonius 139, 5 'muginari, murmurare ... Atta quis caldis: atque' e. q. s.

aquae ita *Quicheratius et Bue* atque eia (eta *W*) ω atque ita *Junius* atque etiam *Bothius*  *Personas cum Bue distinxi*  atqui *scripsi* atque ω  fontem occlusero *Bothius* oculsero (occulsero *H* culsero $W^1$) fonteme (fontem $H^2W$) ω occlusero fontem *edd. ante Mercerum*

## CONCILIATRIX

. . . ursum sé memordisse aútumat.

Gellius VI (VII) 9, 8 'sed Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit ... item Atta in Conciliatrice: ursum' e. q. s. Nonius 140, 22 'memordi peposci pepugi spepondi in ueteribus lecta sunt. Accius in honiliaatrice: ursum' e. q. s. (Atta in Conciliatrice Lud. Carrio emend. I 14)

## GRATVLATIO

Nihílne te populí ueretur, quí uociferere ín uia?

Nonius 496, 32 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet .... Acta Gratulatione: nihilne' e. q. s.

*An* nilne?

## LVCVBRATIO

Cum prímo luci hódie ut exornáta sit,
Atque aúspicetis: crás est communís dies.

Nonius 468, 23 'auspicaui pro auspicatus sum . . . Acta Lucubratione: cum primo' e. q. s. Dies communis qualis sit Macrobius docet Sat. I 16, 3.

1 lucid *scripseram* hocedie *Bergkius olim, sed idem in symb. I p.* 147 *nihil mutandum censet.* illa hodie *olim conieceram* 2 atque ut auspicetis ω, *quibus servatis mutili septenarii fiunt quales olim praeter senarios proposui.* utque a. *Scaliger*

## MATERTERAE

Vtrum Materterae an Matertera nomen fuerit incertum.

Comm. Cruq. ad Horatii epist. II 1, 80: recte necne crocum floresque perambulet Attae Fabula] 'quae inscribitur Matertera recte necne perambulet crocum floresque, id est in scenam recepta sit, quae floribus et croco spargitur.'

Futtilia protulerunt Porphyrio 'Atta togatarum scriptor est, qui in fabula quae inscribitur Materterae ita florum genera enumerat, ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem' et Pseudoacro 'uel quia est Attae fabula, quae Matertera inscribitur, in qua flores enumerat.' Disputavit de Horatii loco O. Crusius mus. Rhen. 47, 68 sqq.

## MEGALENSIA

Nempe ⟨ádstat⟩ sinus ápud mensam, ubi sermó solet
Suboríri seditiósus.

Asper in schol. Veron. ad Verg. ecl. 7, 32 'sinum ergo uas patulum, *quod et masculine* sinus uocitatum, hic autem sinum lactis uas quodcumque lacte onustum. Varro . . . . Atta [in Megalensibus nempe — sinus apud mensam] ubi' e. q. s. Vncis inclusa nec Keilius nec Herrmannus legere potuit. Servius Lemovic. in l. l. 'sinus genus est uasis, quod cum significamus, si producitur: cum uero gremium significamus, si corripimus. Varro . . . Atta in Megalensibus: nempe' e. q. s.

1 nempe . . . sinus apud mensam *schol. Veron.: supplevi.* nempe ad mensam *Servius* sermo de sinu solet *Servius*

2 seditiosus *om. Servius* némpe ad mensam, ubi sérmo de sinú solet Suboríri *secundum Servium Hermannus*

## NVRVS*

. . inter se dégularunt ómnia. 11[1]

Charisius p. 80 P. 'gulam, ut Iulius Modestus ait, per u scribemus, non per y, quae Graecis uocabulis necessaria est et saepe in u transit, ut in sue mure. Atta in nuro: inter s. d. o.' (sic scripsi coniectura scil. incertissima. in suemur ait cod. in sue mure * ait M. Hertzius mus. Rhen. 7, 480, postquam in sue mure. Att. Lipsius coniecit. Suecius Putschius Sueius x dubitanter Titinius Ritschelius, Iuuentius ipse olim conieci, inserueram autem inter inc. poet. pall. frusta. Atreo Lipsius Mida Putschius Varo Ritschelius) De nominis nurus usu et notionibus disseruit Hauptius ind. scholl. Berol. 1868/9 p. 8 sq.

## SATVRA

uertamus uómerem,
In céra mucrone aéque aremus ósseo.

Isidorus Orig. VI 9 (= Mai auct. cl. VI 578) 'ceram ferro ne caedito. Postea institutum ut ceram ossibus scriberent, sicut indicat Atta in satyra dicens: uertamus' e. q. s. (satura Wolfenb. Mon.)

1 quasi *praemittendum esse suspicor* uomeres *gloss.* 2 mucrone aeque *scripsi* mucroneque *Isidorus* mucronique *Hauptius* uero neque *gloss.* mucrone exaremus *prop. Bue*

## SOCRVS

Ad hánc fortunam accéssit fortuna eí paris.

Priscianus p. 764 P. 'paris pro par. Atta in Socru: ad' e. q. s. (Ata, t sup. m. alt., Halb. Reg. ≐ta (at sup.), eras. i, ut vid., Bong. Ata Bamb. ita Barb. Erl. a idem (om. in) Grut. Sang. Carolir. socrum Reg.)

fortuna ei *Bothius* ei fortuna ω

## SVPPLICATIO

Nucémque Thasiam adde ét fauum quantúm libet. 15/6

Macrobius Sat. III 18, 8 (II 14) 'nux Graeca haec est quae et amygdale dicitur, sed et Thasia eadem nux uocatur.

testis est Cloatius . . . cum sic ait: nux Graeca amygdale. Atta uero in Supplicatione: nucem Graecam, inquit, fauumque' e. q. s. Medicus loqui videtur: cf. Celsus med. III 17, 4.

nucem Graecam fauumque adde quantum libet ω. *Puto ipsum Macrobium verborum ordinem immutasse:* Thasiam *autem* nucem *aliquo modo inferendam esse pro certo habeo: cf. coroll.* LXIV

## TIRO PROFICISCENS

Pater uílicatur túus an mater uílica est?

Priscianus p. 828 P. 'a uilico etiam uilico uel uilicor dicebant antiqui . . . Atta in Tirone proficiscente: pater' e. q. s.

*Senarium esse posse monuit Muellerus prosod. Plaut.* 130 pater Víllicatur *ceteri* an *scripsi* iam ω uilicata (ta *del. m. alt.*) *Bong.* uilicat *si legatur, haud displiceat*

## EX INCERTIS FABVLIS

### I

Annúm nouum uoluérunt esse prímum mensem Már-
tium.

I. II. Servius Lemovic. in georg. I 43 'et sciendum est decem tantum menses fuisse apud maiores. Martium autem anni principium habere uoluerunt . . . Atta [I] et alibi [II]'

### II

maiores Mártium
Prímum habuerunt.

### III

. pro populo flúctus caecos fáciunt per discórdiam.

Suetonius apud Isidorum de naturis rerum 44 p. 74 ed. G. Becker (in Suetonio Reifferscheidiano p. 244) 'caecus fluctus tumens' (ita H. Langensiepen 'tamen' cod.) 'necdum tamen canus, de quo Atta in togata sic ait: populo' e. q. s. (Atta Gronovius atita Bamb. A, Bern. M aota Bodl. cato Basill. CD)

*Primam syllabam* i *vel* hi *vel* qui *vel* si *explere potuit* pro populo (polo *Basil. D*) ω: pro *fort. delendum aut* porro *corrigendum* illi in populo *Langensiepen* fluctos *Bodl. Bern. M*[1] discordia *Bamb. A Bern. M*

IV

tum germanás meas 23
Vespéra oriente cláncululm ferri ád specum: inde leno —

Nonius 231, 21 'uespera feminino. optatum germanus' e. q. s. (Atta Mercerus incerta coniectura Oppius Junius Turpilius Dotata Scaliger Nouius Dotata Quicheratius)

1 germanas *Junius* germanus ω manus *Scaliger* 2 ad specum (*cum Junio*): inde leno *scripsi inperfecta sententia* ad speciem delino ω

V

Festus p. 238 M. 'pueri im[puberes . . . . . . . . . . . . . . . . . . ntur Atta . . . . . . . . . . . . . . . . .] uersibus docet . . . . . .' Cf. Varro apud Censorinum de die nat. 14.

Dubium iudicium est de loco Nonii p. 202, 28 'crines genere masculino Vergilius . . . feminino Plautus Mustellaria [226]: gerundum morem censeo et capiundas crines tibi. Atta in epigrammatibus: praeterea tu sis desoluta crine capillus.' crines. Atta . . . Cinna in epigr. Quicheratius Atta: crines tibi . . . Caluus (s. alius poeta) Bue Versiculum duce Mercero Hauptius Herm. III 341 correxit: 'praeterea fusis resoluta crine capillis'.

# L. AFRANIVS

## ABDVCTA

I

Quam sénticosa uérba pertorquét . .

Festus p. 339 M. 'sentes cum constet esse spinas et Afranius in Abducta dixerit: quam senticosa' e. q. s. 'pro spinosis accipi debet.' Paulus p. 338 M. 'sentes spinae. Afranius: quam' e. q. s. 'hoc est spinosa.'

senticose *Hermannus* pertorquet turba *Festi cod. et Paulus* p. tua *Hermannus. Sed videtur* turba *antecedentis* uerba *potius dittographia quam novi versus initium esse. Concludat senarium* sua *vel* puer *vel* pertorques tua

II

Dispértiantur ⟨út⟩ patris paritér bona.

Nonius 375, 1 'pariter, ex aequo . . . Afranius Abducta: dispertiantur' e. q. s.

ut *ex. causa posui, om.* ω pariter *Bothius, om.* ω, *sed testatur Nonius* *Ludi varia possunt*

III

Néscis, Numeri, me ómnem melius rém callere quám uolo.

Nonius 257, 31 'callet significat scit, a calliditate, quae est urbana scientia . . . Afranius Abducta: nescis' e. q. s.

numero $H^1$, *Studemundus* me *scripsi* meo $G\,H^1$ mei φ, *quod nolim* mi *interpretari* rem callere *scripsi* calli rem ω rem calleri *x* mei omnes m. callent hanc rem *partim cum Bothio Hermannus*

AEQVALES

Cf. Alexidis *Συντρέχοντες*.

I

Iste, ut tú rem narras, bóna comest cotídie.

Nonius 81, 16 'comest pro comedit ..... Afranius Aequalibus: iste' e. q. s.

*Senarium nunc septenario praetuli* narres *W* bona *Douza* dona ω domini bona *Onions* mea bona *proecd.* comest hic $P^1$ comes hic φ hic comest *proecd.* cotidie hic *Hermannus* hic quot dies *G. Goetz act. soc. Lips.* VI *p.* XI

II

4[1] spattaro

Charisius p. 214 P. 'spattaro; Afranius in Aequalibus, quam uocem frequenter apud eum positam ait Paulus *ἐξουθενισμοῦ* uim sensumque sufferre.' Cf. Onom.: spatarro *ἐπὶ ἐξουθενισμοῦ*.

AVCTIO

I

Simul límen intrabo, ílli extrabunt ílico.

Nonius 104, 20 'extrabunt pro exibunt. Afranius Auctione: simul' e. q. s. (actione W)

II

. adeste, si híc absente nóbis uenierít puer.

Nonius 76, 20 'absente nobis et praesente nobis pro praesentibus et absentibus nobis ... Afranius Auctione: adeste' e. q. s.

uos *praemittas* adeste *IVFranckius* adest ω ades *Junius* hic *Mercerus* hac ω heic *x* inuenierit *W* uenerit $H^1$ puerit $F^1$ *L*

III

Haut fácul, ut ait Pacúuius, femina ⟨úna⟩ inuenietúr bona.

Nonius 111, 21 'facul pro faciliter .... Afranius Auctione: aut' e. q. s. (Actione W) Vide Pacuvii v. 426.

haud $F^2 H^1$ aut φ una *Lachmannus in Lucr. III* 400, *om.* ω inuenitur $F^1$

AVGVR

I

Modo póstquam adripuit rábies hunc nostrum aúgurem,
Mare caélum terram rúere ac tremere díceres.

Probus in Verg. ecl. VI 31 p. 20 K. 'plane trinam esse mundi originem et Lucretius confitetur dicens ... Afranius etiam in Augure: modo' e. q. s.

II

Quamquám non istis éxercetur ín locis
Hic nóster, delabórat cum puerá statim.

Nonius 393, 14 'statim producta prima syllaba a stando, perseueranter et aequaliter significat .... Afranius Augure: quamquam' e. q. s.

1 exircere (i *corr.*) *L* 2 delaboran $P^1$ puera *Ritschelius opusc.* IV 277 puer ω puero *Quicheratius*

III

Hac haéret, at haud clamór oritur, sed spíritum firmiter ínflat.

Nonius 512, 22 'firmiter pro firme . . . Afranius Augure: hoc heret' e. q. s.

*Anapaestos agnovit Neukirchius* hac *scripsi* hoc ω hic *Neukirchius* at haud *scripsi* ut haud *Ba* ut aut φ utut *Neukirchius* spiritu' *Neukirchius* inflat *scripsi* instat ω hoc h. ita ut . . . instat (*h. e. urget ut intercipiat*) *Bue*

IV

Quid pródest istuc té blaterare atque óbloqui?

Nonius 78, 32 'blaterare, confingere per mendacia.'

prodest $F^3 H^1$ est φ oblioqui $H^1$ obliqui $F^1 L$

V

Vóltus est falláci aspectu páries pictus pútidus.

Nonius 152, 28 'putidum, putre . . . Afranius Augurius: et' e. q. s. (Auguribus Bentinus: cf. coroll. LXV)

uoltus *vel* corpus *vel* facies *in tituli corrupti exitu latere conieci* risus *praeter alia Bue* est *scripsi* et ω partes $F^1 L$ parties *E* pictas $F^1$ putidis $H^1$ pitidus $F^1$

BRVNDISINAE

Donatus de comoed. 'omnium autem comoediarum scripta ex quattuor rebus omnino sumuntur, nomine loco facto euentu: nomine, ut Phormio Hecyra Curculio Epidicus, loco, ut Andria Leucadia Brundusina' e. q. s. Vnde proficiscendum in constituenda inscriptione ratus Neukirchius ceteros auctores nihili habuit.

I

Quis tám sagaci córde atque ingenio único —?

Festus p. 321 M. 'sagaces appellantur multi ac sollertis acuminis. Afranius in Brundisina: quis' e. q. s.

II

'Equidem nunc resipíui, postquam péctus est laetítia onustum.

Priscianus p. 879 P. 'sapio tam sapui uel sapii quam sapiui protulisse auctores inueniuntur . . . . Caper utrumque in usu esse ostendit. Afranius in Brundisinis: equidem' e. q. s.

resipiui *Grut.* resip=ui (*eras.* i) *Reg.* resipui φ laetitiae *Reg.*

III

'Immo iam dudum ócculuisse, dégulasse opórtuit.

Nonius 97, 29 'degulasse est gulae dedisse. Afranius Brundisini: immo' e. q. s. (Brundisinis Bentinus)

occuluisse *conieci* occubuisse *H*² hoccubuisse φ accubuisse *ante Madvicum conieceram*

IV

. . in parte ínferiore hic ínplicabatúr caput.

Nonius 123, 14 'inplicare positum pro ornare. Afranius Brumdisio: in parte' e. q. s.

in *om. Neukirchius* huic *Quicheratius*

CINERARIVS

Cineraria titulum commendat Woelfflinus mus. Rhen. 43, 309, sed caret togata huius formae exemplis. CGl. II 100 G. cinerarius, δοῦλος ἑταίρας. Varro l. l. V 129.

I

. . . . . Sexte fráter, mi sálue:
Quom sáluus uenís meliusque ést, gratulór dis.

Priscianus p. 804 P. 'gratulor, gaudeo pariter cum alio et gratias ago.' Nonius 116, 33 'gratulari, gratias agere . . . . Afranius Cinerario: quod saluus' e. q. s.

1 *Baccheos agnovit x* 2 cum *Priscianus* quod *Nonius* que *om. Nonii* ω

II

. . . . id mé celabat. — Cúccuru.

Charisius p. 214 P. 'cuccuru Afranius in Cinerario: id me c. c. An nomen est, ut ueru genu?' Galli cantilenam esse docet carmen de philomela (anthol. Lat. II n. 762 R.) v. 25 'cucurrire solet gallus.' Cf. Suetonii fragm. 161 de naturis animantium p. 251 R. et Petronii c. 59 'cocococo'.

cu^c^curu *cod.*

III

alius ést Amor,
Aliús Cupido.

Servius Dan. in Aen. IV 194 '(cupidinem) ueteres inmoderatum amorem dicebant. Afranius neraria: alius' e. q. s. [Omen I] Cinerario Ambros., probavit Hermannus. Minus probabilia coniecit Ritschelius opusc. II 328. Cf. Catonis or. p. 47, 14 J. 'aliud est, Philippe, amor, longe aliud est cupido.'

## COMPITALIA

Prologo desumpta I II III, ut iam Neukirchius monuit.

I

. . . fateor, súmpsi non ab illó modo,
Sed út quisque habuit, cónueniret quód mihi,
Quod mé non posse mélius facere crédidi,
Etiam á Latino.

Macrobius Sat. VI 1, 4 'Afranius enim togatarum scriptor in ea togata, quae Compitalia inscribitur, non inuerecunde respondens arguentibus, quod plura sumpsisset a Menandro, fateor, inquit, sumpsi' e. q. s. Cassiodorus de amicitia prol. 'iterum in libro Saturn. Affranius togatar. scriptor in ea togata quae Compitalia inscribitur, suis respondens detractoribus dicentibus eum de libro Menandri non solum sententias, sed uerba integra transsumpsisse, transsumpsi, inquit, sed ea quae melius me posse inuenire non credidi.' Indicavit hunc locum Vsenerus.

1 illo solv̄ modo *Paris.*, *nec displicebat Hermanno, qui* solo *legebat, item Kochius, qui* fatebor *forma versum explebat* 2 quisquis *Par.* conueniret quod *Bothius* quod conueniret ω quod conueniebat *Hermannus* 3 *del. Bentleius* quod *Bothius* quodque ω, *servari vult Skutschius l. l.* 153, *sed cf. coroll.* LXV

II

Terénti numne símilem dicent quémpiam?

Suetonius vitae Terenti c. 5 p. 33 R. 'hunc Afranius quidem omnibus comicis praefert scribens in Compitalibus: Terenti' e. q. s.

Terenti *Ritschelius opusc.* III 262 terentii *Paris. A* terentio

*φ* numne similem *Ritschelius* non similem *ψ* similem non *Neap.* "similem" non *Regin.* dicent (*adversarii scil.*) *Ritschelio persuasi, qui in textu* dicas *posuerat.* dicens *ω* dices *Aldina* similem non (*volebat* num) dicetis *suaserat Bue* quempiam *contra Nipperdeium vindicavi coroll.* LXV *sq.*

III

. . . . ut quícquid loquitur, sál merum est!

Priscianus p. 659 P. 'hic et hoc sal . . . Afranius in Compitalibus: ut' e. q. s. (competalibus Sang. Grut. Barb.) anonymus Bern. in Hageni anal. Helv. p. 112, 4 et cod. Cusanus p. 103 Kl. 'Afranius: quicquid' e. q. s. Alcuinus gramm. p. 2091 P. 'hic et hoc sal. Cato . . . Africanus: quod loquitur sal merum est.'

v cq'd
ut quid *Grut.* Et quød (*corr. m. alt.*) *Barb.* quod *Alcuinus* merust *Studemundus*

IV

⟨Ego⟩ sí non uerear, némo uereatúr tui.

Nonius 496, 25 'cum sit: ueretur illam rem . . . ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus: si' e. q. s.

uereare *Mercerus*

V

Praetérea nunc corpús meum piláre primum coépit.

Nonius 39, 25 'pilare dictum est ut plumare, pilis uestiri. Afranius Compitalibus: praeterea' e. q. s.

corpus meum nunc *Vrbin.* 307: *poterat* corpus nunc meum *ordinari*

CONSOBRINI

Cf. *Ἀνεψιοί* Menandri. Nonius 557, 15 'consobrini ex duabus editi sororibus. De quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus et maxime in Afranio et iuris uetustissimis scriptoribus.'

I

Em istó parentum est uíta uilis líberis,
Vbi málunt metui quám uereri se áb suis.

Gellius XV 13, 3 'utor et uereor et hortor et consolor communia uerba sunt, ac dici utroqueuersus possunt: uereor

te et uereor abs te . . . Afranius in Consobrinis: hem' e. q. s. 'hic uereri ex ea parte dictum est, quae est non usitatior.'

1 em *scripsi* hem ω uita uilis *Lipsius* uitabilis ω 2 ab] a *Germ. Lugd.*

II

Pol mágis istius témulentae fútilis

Festus p. 364 M. 'temetum uinum — temeti — — temulentum — temulentas — Afranius in Consobrinis: pol' e. q. s.

III

Scis hábitum ita ut nunc óbtinet. — Praefíscine!

Charisius p. 189 P. 'praefiscine Afranius in Consobrinis: scis' e. q. s. 'per e, non per i.' (afrā cod.)

IV

cúm mitris calaúticis

Schol. Bobiens. in Cic. p. 336 Or. 'calautica] ornamenti genus, quo feminae capita uelabant, hoc nomine ferebatur. Et Afranius meminit in Consobrinis ita dicens: cum mitris calauticis. Impudico igitur habitu erubescendi decoris quaedam figura describitur.' Cf. CGl. II 95 G. 'cacautica, εἶδος ζώνης' (calautica Vulcanius) Hildebrandus gloss. Par. p. 241.

V

Nón sum apud me. — Hem léntus lente quaé rogabo . . .

Charisius p. 183 P. 'lente Afranius in Consobrinis: non' e. q. s.

*Responsi signum* R *extat in cod.* hem *scripsi* em *cod.*
te
lenteque *cod.* lenteque te *ed. pr.* lente te *Bothius* *Additum fortasse fuit* dic mihi

VI

. . . . . . uaha, retinét nunc linguam mórdicus.

Charisius p. 184 P. 'mordicus Afranius in Consobrinis: uaha' e. q. s.

uaha *fort. in extremo versu collocatum fuit:* uah *Plautum et Terentium usurpavisse docet P. Richter in Studemundi stud.* I 636 nunc *cod.* homo *ed. pr.*

## CRIMEN

De comoedia p. LVIII W. 'omnium autem comoediarum inscripta ex quatuor rebus omnino sumuntur: nomine loco facto euentu. . . . euentu ut Commorientes, Crimen, Heautontimorumenos.'

I

. . . . . órbitatem tuaé senectutí malam
Metuí, quod in solúm non uenit caéco ac dementí tibi.

Nonius 124, 17 'insolum, insolitum.' Ineptit: cf. v. 342 Varro sat. fr. 90 B. (p. 117 R.) Cicero de nat. deorum I 23, 65 ad fam. IX 26, 2.

1 tuae senectuti *Bothius* senectuti tuae *ω* 2 in solum *Mercerus* insolum *antea* dementi tibi *Bentleius* demetibi (adme tibi $F^1$) *ω*

II

Quós inpune dépopulatur déspoliatur dédecus

Nonius 480, 12 'spolor pro spolior. Afranius Crimine: quos' e. q. s. 'Quadrigarius annali: ita per sexennium . . . agrum Campanum . . . expolabatur.' (spolabatur Ba expoliabatur $H^1$ expolabatur *φ* expoliabantur Junius)

despoliatur (*del.* et) *Bothius* et dispolatur *ω*, *sed nugatur Nonius: cf. Turpil.* 149 *cum coroll.* XXXVII *sq.* et dispoliatur *ed. a.* 1471, *cf. Prisc.* 796 *P.*

III

Haéc ieiuna iéientauit.

Nonius 126, 13 'ieientare. Afranius **** Buccone adoptato . . . Afranius Crimine: haec i. i.'

haec] *an* nec? ientauit $EH^2W$

## DEDITIO

. . . . . quía quadrati súnt sagi.

Charisius p. 81 P. 'sagum neutro genere dicitur. sed Afranius in Deditione masculine dixit: quia q. s. s.' CGL V 591 K. 'sagus, gen. masc., ut Afranius: quia q. s. s.'

quia *anon.*, *non prorsus certum in Charisii cod.* quod *ed. pr.* quadratis sagi *anon. Monac.*

## DEPOSITVM

Cf. *Παρακαταθήκη* Menandri et aliorum.

dí sunt irati tibi,
Qui cónciere cógites tantúm mali.

Nonius 90, 10 'conciere, cum perturbatione conmouere . . . Afranius Deposito: di' e. q. s.

1 *An* sint? 2 cogitas *Vrbin.* 307

## DIVORTIVM

Argumentum quale sit apparet maxime ex fr. I et IV. Noverca odiosa notatur fr. VI, cum fastidio memorantur cognati humiles fr. V, contra laudatur benigna et prudens materni animi mulier fr. VII. Praeterea meretriculae mores agnoscas fr. VIII: de exponendo partu dicitur fr. IX. Magnas turbas rerumque vicissitudines produnt fr. X et XI.

### I

qui conére noctu clánculum
Rus íre, dotem né retro mittás, uafer,
Honéste ut latites ét nos ludas diútius.

Nonius 20, 1 'uafrum est callidum et quasi ualde Afrum et urbanum . . . Afranius Diuortio: qui' e. q. s.

2 rus ire *Gulielmius* brusire (bursire *Vrbin.* 307) *ω* retro mittas *scripsi* remittat $F^1 L$ repromittat (*puncto supra ult. litt. H*) *φ* repromittas *Gulielmius* 3 inhoneste *Onions* non est *x* ludas $F^3 H^1$ laudas *φ*

### II

Cum téstamento pátria partissét bona

Nonius 475, 20 'partiret pro partiretur.'

partis et *Ba* partis sed *P* partiret *x*

### III

Quod uúlt diserte páctum, haut dictum . . .

Nonius 509, 22 'diserte et consuetudine dicitur et Afranio auctore in Diuortio: quod' e. q. s.

haut *scripsi* aut *ω* *Supplendum esse e. c.* temeriter *conicio*

IV

O dígnum facinus! ádulescentis óptumas
Bene cónuenientes, ⟨béne⟩ concordes cúm uiris
Repénte uiduas fáctas spurcitiá patris!

Nonius 394, 1 'spurcum, saeuum uel sanguinarium . ? . . Afranius Fratriis . . . idem Diuortio: o dignum' e. q. s.

1 o indignum *Delrio* 2 concordesque *Junius* et concordes *Bothius* concordantes *x* uiris *Muretus* uires ω, *ut fortasse* uireis *scriptum extiterit* 3 factas *W? Guietus* facias ψ

V

plebeiúm genus,
Cognátiones mórborum cognómines

Nonius 87, 21 'cognomines' (sic $F^2$ ut vid. cognomen est φ) 'eiusdem nominis.'

1 plebeium *conieci* laetium *Ba* letium φ leti omne *Lipsius* letum, *i. e.* letorum *Hermannus* letum enim *Bothius* bliteum *Onions* leti *olim probabam* 2 cognominationis morborum cognominis ω: *cf. coroll.* LXVI cognationis morborum est cognomine *Hermannus* létum genus cognátionis morborum cognóminis *Bue sententia difficili*

VI

Muliér, nouercae nómen huc adde ímpium,
Spurcá gingiuast, gánnit hau dicí potest —

Nonius 393, 25 'spurcum, saeuum uel sanguinarium.'

2 *Non plane absoluta sententia facile tamen suppletur, e. c.* quam odiose spurca gingiuestigia (uestigi *Gen.* $H^1$ uestiga $L^1$) aut (ut *B*) dici ω, *ubi* gingiua *Junius*, haud *ed. a.* 1480 spurcá magis gigni béstia (*vel* bestia aút gigni) aut dici haú potest *CFWMuellerus* spurca magis bestia hau d. aut fingi p. *Bue mus. Rhen.* 29, 199

VII

Quam pérspicace, quám benigne, quám cito,
Quam blánde, quam matérno uisast péctore —!

Nonius 515, 30 'perspicace.' Idem 513, 19 'perspicace pro perspicaciter. Afranius Diuortio [59].'

1 perspicate $H^1$ *p.* 515 perspice $W^1$ *p.* 513 2 uiast *Ba* uias (*an* uisa's?) φ uiuis *Iunius* *Deest verbum*

VIII

Vigiláns ac sollers, sícca sana sóbria:
Virósa non sum, et sí sum, non desúnt mihi
Qui ultró dent: aetas íntegra est, formaé satis.

Nonius 21, 34 'uirosae mulieres dicuntur uirorum appetentes uel luxuriosae. Lucilius satyrarum lib. VII: dixi. ad principium uenio. uetulam atque uirosam Vxorem caedam potius quam castrem egomet me. Afranius Diuortio: uigilans' e. q. s.

2 uinosa *Iuntina* et si sim *Stephanus, fort. recte* desint *Quicherat*

IX

Ecpónitor, uorrúncent cum syrmá simul.

Nonius 185, 28 'uerruncent, id est uertant . . . Afranius Diuortio: et ponito' e. q. s. Luditur in verbo 'uorruncent', quasi dictum sit de verrendo.

ecponitor, uorruncent *scripsi* et ponito auorruncent ω

X

Dispérii, perturbáta sum, iam fláccet fortitúdo.

Nonius 110, 13 'flaccet, languet, deficit . . . Afranius Diuortio: disperii' e. q. s.

sunt *L*

XI

'O diem scelerósum, indignum!

Nonius 174, 29 'scelerosi pro scelerati . . . Afranius Diuortio: o diem s. i.'

XII

Immo ólli mitem fáxo faciant fústibus.

Nonius 343, 22 'mitis est tranquillus et lenis . . . mitis est maturus . . . Afranius Diuortio: immo' e. q. s.

illi mitem $G^2H^1$ illi molitem $BG^1$ illi limitem $H^2W$ limitem *L* paxo $BG^1L$ faciant *om. B*

XIII

⟨Clam⟩ nóbis dictes, quaéso, ne ille indaúdiat.

Nonius 126, 25 'inaudire, audire .... Afranius Diuortio: nouis' e. q. s.

ita *suppl. x* nobis *Lipsius* nouis *ω* dictes *Lipsius* dictis *ψ*, *om. L* dicatis *Neukirchius* ne bis dicatis *Bue* indaudiat *scripsi* inaudiat id *voce* id *compuncta L* inaudiat *φ*

## EMANCIPATVS

I

nudiustértius
Tute áduenisti? — Quám diluculo.

Charisius p. 185 P. 'nudiustertius ... Afranius in Emancipato: n. t. t. a. Significat autem: nunc est dies tertius.' Idem p. 192 P. 'quam diluculo.'

2 quom (*i. e.* cum) diluculo *contra Charisii testimonium x, qui in exitu illa versus post unius trochaei lacunam poni voluit* (*respondens e. c.* sane *praemittere poterat*) núdiust. t. a.? quam diluculo? *Bue*

II

.... quod héri ualetudo óbstetit.

Charisius 180 P. 'heri ... quidam here putant dici debere. here quamdiu, heri quando. Afranius tamen in Emancipato: quod heri ualetudo, inquit, obstitit.'

obst$\overset{i}{e}$tit *cod.*

III

post narráuero,
Nunc ést distentus ánimus ut negótiis,
Porro aútem propero.

Charisius p. 190 P. 'porro pro in futurum ... Afranius in Emancipato: post' e. q. s.

2 ut *cod.: conici* tot *possit*

IV

paulό prius
Hinc ábiit.

Charisius p. 191 P. 'paulo prius Afranius in Emancipato: paulo' e. q. s. 'nos paulo ante dicimus.'

1 *sq.* paúlo p. h. a. *trochaei praeplacebant Studemundo*

V

⟨Síc⟩ sollicito córde corpus nón potitur núnc quie.

Priscianus p. 703 P. 'quies quietis. Vetustissimi tamen hoc quoque secundum supra dictam proferebant declinationem. Afranius in Emancipato: sollicito' e. q. s. Anon. Bern. in Hageni anal. Helv. 132, 33 'uetustissimi quies quiei secundum quintam declinationem proferebant, unde Afranius dixit: sollicito . . . quie.'

potitur (tur *in ras.*) *Halb.* nunc *del. Bothius, ut senarius fiat*

VI

Cur nímium adpetimus? — Némini nimiúm bene est.

Charisius p. 185 P. 'nimium.'

adpetimus. R *cod.*

VII

. . ne tu summátim rationém putes.

Charisius p. 194 P. 'summatim.'

rationem *Fruterius* ratio *cod.* putas *Fabricius, Fleckeisenus Philol. II* 65

VIII

Maló pudenter métientem

Charisius p. 190 P. 'pudenter . . . Afranius Emancipato: malo p. m.'

mentientem *Fabricius, fortasse recte*

IX

Idcírco haec agere técum secreto ínstiti.

Charisius p. 196 P. 'secreto.' (afrā cod.)

h̄ (*i. e.* haec) *cod.*

X

Vt sínt repentino ápparandae núptiae.

Charisius p. 193 P. 'repentino, pro repente . . . Afranius in Emancipato: ut' e. q. s.

XI

Deós ego omnis út fortunassínt precor.

Nonius 109, 17 'fortunare est prosperare et omnibus bonis augere ... Afranius Emancipato: deos' e. q. s.

fortuna sint *W*

XII

Princípium hoc oro in ánimo ut sic statuás tuo,
⟨Me⟩ offíciis cogi ut ábs te seorsus séntiam
De uxória re.

Charisius p. 195 P. 'seorsus.'

1 principio *Fruterius* ut sic statuas tuo *Bothius* ut sistuo sta ... s *cod.* ut sic tuo statuas *ed. pr.* 2 me *addidit Maehly, om. cod.*

XIII

Quam lénte tractat me átque inludit! . . .

Charisius p. 183 P. 'lente Afranius in Consobrinis [V] idem in Emancipato: quam' e. q. s.

XIV

Idem és qui semper, ídque ut rite intéllegas
Te fácere

Charisius p. 193 P. 'rite.'

XV

. . . . te fácere conpecto ómnia

Charisius p. 177 P. 'conpecto.' (conpacto excerpta Bern.) Fortasse fr. XIV et XV cohaerebant.

conpe[a]cto *cod.*

XVI

Viden út facunde cóntra causarís patrem?

Nonius 89, 9 'causari, causam dicere uel defendere ... Afranius Emancipato: uidet' e. q. s.

uiden ut *scripsi* (*an* uideo?) uidet *ω* uide ut *Bentinus* iudex *Bue* (*nec* uindex *longius aberat*) lepide et *Bergkius* (*an* callide *in septen. mutilo?*) causeris *Junius*

XVII

Sic ést orator, sí quod oretúr, tulit.

Festus p. 182 M. 'oratores — — — alias pro deprecatoribus, ut Terentius: orator uenio, facite exorator siem. Item et Afranius in Emancipato: sic est orator, si qui oritur .... alias' e. q. s.

oretur, tulit *scripsi* oritur tale *cod.*

XVIII

Vetuít me sine mercéde prosum Paúsias
Remeáre in ludum.

Festus p. 277 M. 'remeare redire — — Afranius ut in ea mancipato: uetuit' e. q. s.

1 prosum uetuit *coniunge* Pausias *scripsi, nam Graecis nominibus usus est Afranius v.* 136. 189, Thaide *in cognomine fabula.* paucius *cod.* Paccius *Scaliger*

XIX

Hém quid ais? — Mane, Sérui, quaeso, nísi molestum est, paúca sunt
Técum quae uolo.

Charisius p. 214 P. 'hem.'

1 serua *ed. pr.*

XX

au, quíd me censes, óbsecro?
Nón audisti?

Charisius p. 214 P. 'au; Afranius in Emancipato [XXIV] idem in eadem: au quid' e. q. s.

1 *sq.* obsecro *respondenti tribuit Hermannus, sed cf. coroll.* LXVI *sq.*

XXI

Optándum uxorem, quaé non uereatúr uiri.

Nonius 496, 28 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus

[IV] idem Simulante [II] et in Emancipato: optandum' e. q. s. (eamancipato H¹L¹W: an ecmancipato?)

## XXII

<O> quám beatae scénicae mihí uidentur múlieres,
Quae iúrgio terrént uiros desúbito et beniuoléntia

Nonius 517, 17 'desubito .... Afranius Emancipato: quam' e. q. s.

1 scentae *L* scente *Ba* scentce *Par. C* mihi uidentur *Brugmanus p.* 19 uidentur mihi *ω* 2 terrent (*vel* torquent) uiros desubito et beniuolentia *x*: mulcent *sententiam explevisse puto.* et beniuolentia terrent (fient *Palat.*) desubito uiros *ω* et desubito beniuolentia terrent uiros *olim dederam caesurae legitimae defectum polysyllabo excusans.* iurgio uiolentiaque terrent desubito uiros *Passeratius* quám beatae s. Vidéntur mulierés mihi, quae iúrgio Et béniuolentia úrunt desubitó uiros *Bue*

## XXIII

'O! — Quid clamas?

Charisius p. 214 P. 'o dolentis est, ut ... Afranius in Emancipato: o! quid clamas?'

*Possunt etiam ex medio versu sumpta esse*

## XXIV

Au, mí homo! immo edepol uós supremum meúm concelebretís diem.

Charisius p. 214 P. 'au.'

mi homo *ed. pr.* m omo *cod.* *Inter duas personas sic distribuenda et corrigenda esse* au, mí homo. ⌈ immo edepol uos, s. m. concelebrantis diem *Bergkius censebat. Exclamationis sensum, ad quem sequentia necessario pertinent, Terentius adelph.* 336 *declarat*

## EPISTVLA

Supparo indutus (XII), id est puellam mentiens (XIV) adulescens in amatae domum irrepsit, ubi sero nescio quibus turbis intercedentibus agnoscitur a matre irata. Id enim narrat filia fr. XV.

I

quís tu es uentoso ín loco
Soleátus, intempésta noctu súb Ioue
Apérto capite, sílices cum findát gelus?

Nonius 207, 32 'gelu ... masculini Afranius Epistula quis' e. q. s.

2 nocte $F^1$, *Junius*: *de* noctu *forma disseruit Bergkius symb. I p.* 79 sub Ioue *scripsi* (*cf. coroll.* LXVII *sq.*) sub diuo *ω* sub niue *Lachmannus* sub dio *Mercerus* sub diu *defendit Bue mus. Rhen.* 20, 432 *et* 41, 312 subdius *Bergkius* 3 findit *Quicheratius*

II

. cómissatum prótenis rectá domum
Digrédimur.

Nonius 376, 6 'protinus ubicumque lectum est, contra usum intellectus communis, quo statim significare creditur, positum inuenitur, ut sit protinus porro ac sine intermissione, continuo, quod iunctum tenus eius significantiam confirmat aduerbii ... et quoniam non nulli ueterum pro eo, quod protinus est, protinam uel protenis conuerterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt. Afranius Epistola: comissatum' e. q. s.

1 *sq. redii ad librorum memoriam, auctore Ritschelio opusc.* II 245 *sic* ⟨índe⟩ com. p. r. digredimur domum *transposuerant*: *nec refragor, si quis ut Bue septenarium iamb. continuare maluit* protenus $G^1$ protinus $W^1$

III

Huc uénit fugiens ténebrionem Tírrium.

Nonius 19, 3 'nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant; aut quibus ad fugam et furta haec erant accommodata et utilia .... Afranius Epistula: huc' e. q. s.

tenebrionem *edd.* tenebrione *ω* Tirrium: *nomen firmat tit. Praen. in ephem. epigr.* I 20 *n.* 53 tyrrium *P* Thurium *Guietus*

IV

Itaque ádeo extundo: ex ófficio datur míhi custodiéndus.

Nonius 102, 15 'extundere est extorquere uel inuenire.'

1 *sq. Septenarium iambicum commendavit A. Luchs stud.* I 69 itaque adeo: *cf. Ter. hec.* 201 atque adeo *Aldus* exficio $F^2 L$, *quod* exfaecio *interpretabar.* exfacio $F^1$ mandatur *in senario x* ídque ab eo extundo: éx officio míhi datur custódiendus *Bue*

V

Hunc Tírrium autem mária Tyria cónciet

Festus p. 355 M. 'Tyria maria in prouerbium deductum est; quod Tyro oriundi Poeni adeo potentes maris fuerunt, ut omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa. Afranius in Epistola: hunc' e. q. s.

Tirrium *scripsi ut v.* 109. serrium *cod.*, *Serranum interpretans servari suadet Bue* ferreum *Lipsius* Seruium *vel* seruulum *Bothius* *Sententiam e. c.* ut opprimat *concludere poterat*

VI

Ita íntricauit húius hanc rem témeritas.

Nonius 8, 28 'tricae sunt inpedimenta et inplicationes: et intricare inpedire, morari .... Afranius Epistula: ita' e. q. s.

intricauit, *suprascr.* t impediuit *Ba* hanc *om. W*

VII

púlchre hoc incendí rogum.
Ardét, tenetur: hóc sepulcro sépeliet

Nonius 221, 23 'rogus ... neutri Afranius Epistula pulchre' e. q. s.

2 hic se pulchre *Neukirchius* *Nescio an* sepulcrum *praestet* sepe (saepe) licet $H^2 W$ sepelietur *Aldina* sepeliar *Guietus* sepelietur: ilicet *Onions*

VIII

Nám proba et pudíca quod sum, cónsulo et parcó mihi,
Quóniam comparátum est, uno ut símus contentaé uiro.

Nonius 256, 25 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt ...... Afranius Epistola: nam' e. q. s.

2 quom, *in mg.* quoniam, *H*

IX

. . . . nón licet me quá contendi sémita
Péruenire.

Nonius 260, 15 'contendit proripuit uel direxit significat .... Afranius Epistola: non' e. q. s.

1 contendi *Gulielmius* contendis ω  nón licet me quá contendi péruenire sémita *Bue*, *item*, *nisi quod* peruenire qua contendi, *x*

X

Iactábit sese. — Iáctet. — Mihi erit trístior.

X. XI Nonius 410, 1 'tristis, iratus. Afranius Epistola: iactauit ... tristior, id est iratior. idem in eadem: idem natura t. p.'

iactabit *Passeratius* iactauit ψ iactat $L^1$

XI

Idém natura trístiori paúlulo

id est *GHL*: *an* is est? paulato $G^1H^1$

XII

tace!
Puélla non sum, súpparo si indúta sum?

Nonius 540, 13 'supparum est linteum femorale' (immo 'femineum') 'usque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat ... Afranius Epistula: tace' e. q. s. Festus p. 310 M. 'supparus ............ uestimèn — —' Paulus p. 311 M. 'supparus uestimentum puellare lineum, quod et subucula, id est camisia, dicitur. Afranius: puella' e. q. s. Schol. Bern. B Lucani II 364 p. 72 U. 'supparum est uestimentum puellare lineum. quod et subucula ·i· camisia dicitur. Afranius: puella non sumus. est autem uestis quae restringit umeros, ne repugnet puella.' (scr. 'ne repugnent papillae').

1 te $H^1P$ *Trochaei* ∴ tace! puélla *e. q. s. Studemundo placebant*

XIII

Quamquam ístaec malitiósa non tam cálleo,
Tamén fefelli.

Nonius 482, 9 'sic et callet illam rem pro illa re ... Afranius Epistula: quamquam' e. q. s. (Afranius Epistula om. Bamb.)

1 ista haec *L W* ista *P* 2 tamen non fefelli ω: non *delevi, nisi tamen latet in eo vel* uos *vel ut Bue coniecit* hunc. tam non fefellit *Bothius*

XIV

. . . succrotílla uoce sério

Festus p. 301 M. '[succrotilla] tenuis diceba ........... Titinnius — [Afra]nius in episto ........... tilla uoce serio.'

XV

Ego mísera risu clándestino rúmpier,
Torpére mater, ámens ira féruere.

Nonius 382, 20 'rumpere, defetigare ... Afranius in Epistola [127].' Idem 503, 14 'ab eo quod est feruit, breuiato accentu feruere facit, ut spernit spernere.'

1 misera risu $H^2$ *L W* miser risu $G^2$ $H^1$ miseri su $G^1$ miseri sub *B* miseri sum $P^1$ *p.* 382 miso (misso *P*) ω *p.* 503 rumpie *Ba H L p.* 503 2 torpere *Schegkius* torfere ω torqueri *Quicheratius* turgere *Bue, quod commendatur Plauti Most.* 699 *Casin.* 325 amens ira *Mercerus* amenstrua *Ba* amens tra φ

XVI

Me auctóre, mater, ábstinebis. — Quíd nisi?

Festus p. 257 M. 'quid nisi usurpauisse antiquos testis est Afranius in Epistula: me' e. q. s.

quod nisi *cod.* quid nisi *alteri personae tribuit Bothius*

XVII

Amáre, habere púerum depositúm foris

Nonius 279, 12 'deponere est commendare ... Afranius Epistola: amare' e. q. s.

habere *om. B*

XVIII

⟨uento per⟩culsám ratem

Festus p. 273 M. 'rates [uocantur tigna inter se colligata,] quae per aquam agan[tur, quo quidem uocabulo] interdum etiam na[ues ipsae significantur.] Afranius in Epistula ............ culsam ratem.' Supplevit Scaliger.

XIX

⟨di te sóspitem⟩ seruént tuis.

Festus p. 301 M. 'sos[pes significat apud] omnes fere auc[tores saluum. sic] Afranius in Ep[istula: di te sospitem] seruent tuis.' Supplevit Scaliger.

## EXCEPTVS

Exceptvs ex mari a piscatore (IV—VIII) fortasse amoris miseriis ad consilium mortem sibi contrahendi adactus fuerat. Potest autem amica eius fuisse Moschis, de qua I—III, quaeque, ut reconciliaret desperantem, quasi de mortuo viro lamentari subauscultante eodem simulaverit (X—XII).

I

Meretríx cum ueste lónga? — Peregrino ín loco
Solént tutandi caúsa sese súmere.

Nonius 541, 10 'meretrices apud ueteres subcinctiore ueste utebantur.' Cf. Varronis sat. 302 B.

1 *Personas distinxit Bothius* 2 solant *P* causas ẽẽ *Ba* causa sese *** *P*

II

Consímili grassantúr uia, quibus híc est omnis cúltus

Nonius 316, 9 'grassari etiam dicimus ambulare ... Afranius Excepto: consimili' e. q. s.

grassatur *B* uia a quibus $H^2$ *L W* (*notabili ablatiui* uiaa *scriptura*) hic *supra add. L*

III

Vbi híce Moschis, quaéso, habet, meretríx Neapolítis?

Nonius 318, 2 'habere rursus habitare ... Afranius Excepto: ubi' e. q. s.

hice *Bergkius* hic *ω* moscis *ψ* morcis $G^1$ meretrix *ed. a.* 1471 meletrix *ω*

IV

´Abi tu: appellant húc ad molem nóstram nauiculam . .

Nonius 238, 24 'appellare est applicare.' Sed fugit Nonium coniunctivum modum esse: appellere Quicheratius.

*Numeros perspexit Hermannus ultimam tamen vocem* nauculam *pronuntiari iubens* *Suppleri posse* iube *monet Bue: sed obviam alia quoque sunt, e. c.* interim. *Cf. coroll.* LXVIII

V

Tum ínteribi locí conscendo cúmbam piscatóriam,
. . . . uénio, iacitur ánchora, inhibent léniter.

Nonius 535, 30 'cumba. Afranius Excepta: tum' e. q. s.

1 tum conscendo (conscendam *Ba*) cumbam interibi luci (interitus lucilius *P*) ω, *quae correxi*: loci *J. Fr. Gronovius* 2 ueno *P* uento *videtur scribendum esse, primam dipodiam e. c.* mox silente *explere poterat.* inuenio *Junii margo* leniter *Bothius* leuiter ω

VI

Proficíscor: res tempús locus, simul ótium hortabátur,
Vt óperatum illum dégerem sanctúm diem Diánae.

VI. VIII Nonius 523, 13 'operari est deos religiose et cum summa ueneratione sacrificiis litare uel conuiuari . . . Afranius Excepto: proficiscor' e. q. s. 'idem in eadem [VIII]'

1 *sq. numeros agnovit Bothius* templum *P* semul $L^1$
2 operatum $\psi$ operatam $H^2$ operam $H^1P$ operata *Bue* operans *Quicheratius* illum dianae (diane *L*) digerem (degerem $H^2L$ dierem *Ba*) sanctum diem ω, *qui ordo servari potest si septenarium trochaicum iambico sic adiungere non dubitabis* (*cf. coroll.* LXVII) illum degerem sanctum diem Dianae *Bothius*

VII

Conchás echinos, óstreas marínas . . . .

Nonius 216, 11 'ostrea generis feminini . . . Afranius Excepto: concas' e. q. s.

quod *praem.* $H^1$

VIII

Iubeo hóminem tolli et cónlocari et cónfoueri: sóluo
Operám Dianae.

Vide VI.

1 *In dispescendis versibus Studemundum secutus sum: post* tolli *versum priorem finiveram* locari *Ba* 2 opera Diane *Ba*

IX

Fít opus luculéntum hocedie: ⟨uíctus⟩ herbam
dét . .

Nonius 317, 19 'herbam ueteres palmam uel uictoriam dici uolunt .... Afranius Excepto: fit' e. q. s. Cf. Varro apud Servium Aen. VIII 128, Pauli Festus s. v. 'herbam do' p. 99 M., Plinius n. h. XXII 4, 4, Placidus s. v. 'herbam dedit' CGl. V 73, 20 G.

hocedie *Bergkius symb.* I 87 *tetrametrum creticum catal. dimensus.* hoc dici ω hoc die *Hermannus* hoc uici *Passeratius.* hoc diei *vel* hoc: dic ei *conieceram* *Ante* herbam *rasura in W* *Vel* uolo *vel* iube *addi licet* *Baccheos olim discripseram: item recepta Passeratii coniectura x*

X

De uíta ac morte dómini fabulábere
Aduórsum fratrem illíus ac dominúm suum — ?

Nonius 232, 25 'aduorsum rursum apud significat .... Afranius Excepto: de' e. q. s.

1 deuito $H^1$ diuita $L^1$ fabulabere *Bothius* fabulauere (fabulare $H^1$) ω fabulauerit *Neukirchius* 2 *et bis memoratus* dominus *molestus et* suum *quo referatur obscurum.* tuum *Bothius*

XI

. . si ille haec nunc séntit, facere illí satis
Vis, quánta illius mórs sit maceriés tibi?

Nonius 138, 13 'maceries' ('maceries maceratio' mg. HW) 'Afranius Excepto: si' e. q. s

1 illaec *Fruterius* nunc] *an* non? facere uis illi satis *senarium concludens Bothius* 2 fiet *idem*

XII

Quod uítae studium aut quód praesidium in pósterum
Mihi súpponebas, mé cum priuarés tui?

Nonius 498, 15 'genetiuus pro ablatiuo ... Afranius Excepto: quod' e. q. s.

2 priuares *scripsi* priuis *ω* priuasti *Mercerus*, *fort. recte* (*sed cf. coroll.* LXIX) priuaris *Quicheratius* tuis *Ba*

XIII

Audíte, pueri, paúca: uos succédite.

Nonius 403, 20 'succedere, ingredi ... Afranius Excepto: audite' e. q. s.

XIV

Et iám depellis míhi manum pa⟨térnam⟩ perpalaéstricos.

Nonius 154, 12 'palaestricos, quasi ex usu palaestrae.'

et iam *separatim scripsi*, *sed fortasse* em iam *verius* paternam perpalaestricos *conieci* paper alestricos *L* pape pa^c^lestrios *H* pape palestricos *EF*[3] perpalestricos *F*[1] paper palestricos *W* papae palaestricos *Junius* pater palaestricos *Mercerus* palaestricos *in senario Bothius* *Laudat adulescens callidum servum, qui poenam iramque paternam a se avertat* (*cf. coroll.* LXIX)

XV

Atque ádeo nolo núdo petiolo éxeas.

Nonius 160, 16 'petiolus, a pede diminutiue. Afranius Excepto: atque ... petiolo es pus. petigo ... porrigo ...' Fortasse quaedam ad 'pus' pertinentia librariorum turbis in nostrum locum irrepserunt.

exeas *conieci*, *sed incerta omnia.* es pus *ω* esse plus *Bothius* ire rus *Neukirchius* est opus *Guietus* hospites *Kochius* asperos (Transíre silices *s.* scopulos) *vel* asperas (Viás percurrere) *olim temptabam*; aes petas, *scil. mendicans*, *Bue*

## FRATRIAE

I

Formósa uirgo est: dótis dimidiúm uocant
Istí, qui dotis néglegunt uxórias:
Praetérea fortis.

Nonius 306, 17 'fortis rursum formosa. Plautus Milite ... fortis etiam diues ... Afranius Fratris: formosa' e. q. s.

1 midium *BGH*

II

Dat rústico nescío cui, uicinó suo
Perpaúperi, cui dícat dotis paúlulum.

Nonius 280, 25 'dicere etiam promittere ... Afranius in Vopisco [VII] idem Fratris: dat' e. q. s.

1 dat *Bothius* da ω det *Lipsius*

III

Pistóri nubat? cúr non scriblitário,
Vt míttat fratris fílio lucúntulos?

Nonius 131, 27 'lucuns ... Afranius Fratris: pistori' e. q. s.

1 nubat *W mg.*, *Lipsius* nouat *in litura, cum ante fuisset* uocat, *W* nouat (nouit *Vrbin.* 307) φ *Interpungendum post* nubat *et* scriblitarium *a* pistore *discernendum esse intellexit Neukirchius* scriblitario *tuetur Ritschelius nov. exc. Plaut. I* 118. scribilitario $H^2 P W$ (*cf. Petronii c.* 35. 66) scribitario $EFH^1L$ 2 lucuntulos *Bue* (*cf. Titin.* 166 *CGl.* III 316, 1 *G.*) lucunculos *Lipsius* liculentulentulus $F^1L$ luculentulus $EHP^2$ $W^2$ lucuentulus $F^3$ luculentus lus $P^1$ luculentus $W^1$

IV

Septémbris heri Kaléndae, hodie ater ést dies.

Nonius 73, 32 'atri dies dicuntur, quos nunc nefastos uel posteros uocant. Afranius Fratris: Septembris' e. q. s.

erant *inserit in sept. troch. Onions* here *Lachmannus in Lucr.* 388: *cf. Ritschelius opusc. II* 255 atri $F^2 H^1$ altri $F^1 L^2$ aliter $L^1$ est *Onions* e $P^1$, *om.* φ hodiest *vel* hocedie *olim conieceram: hiatum tuebatur Lachmannus*

V

Cómmemorabo, osténdam illius fácta et spurcitiam
ímprobi.

Nonius 393, 32 'spurcum, saeuum uel sanguinarium ... Afranius Fratris: commemorabo' e. q. s.

furta *x* spurcitiam *Junius* spurcitia *ω*

VI

retinébitur
Viri hác uoluntate única probábili,
Praegnátem quod non éxigat.

Nonius 291, 2 'exigere est excludere ... Afranius Fratris: retinebitur' e. q. s.

2 uiri hac *scripsi* uir ut *ω* uiri haec *Bothius* uiri ex *Neukirchius* unica *Fruterius* una *ω* unice *x* 3 pregnantem *BH*[1] quo *x* *Integri senarii duo* retinébitur uirí uoluntate última Probábili, praegnátem quod n. e. *Buechelero videntur, eosdemque numeros Bothius probaverat*

VII

. . nunc uide hóc quo pacto ego aúrum in medium
próferam.
Tú, †Castalia, cógita, tu fínge fabricare út libet.

Nonius 309, 16 'fingere, simulare mendacium. Afranius Fratris: nunc' e. q. s. Cf. Plauti Asin. 102.

1 non *BGH*[1] hoc *om. B* ego *Fruterius* eo *ω* 2 Castalia *nomen cum per se rarum tum in togata suspectum, sed quod confidenter eius loco reponas non suppetit, quamquam non pauca sunt obviam: e. c.* Caecilia Caltilia Cartilia Caruilia Catulla catilla catulastra; cata illuc *x*, consulta *Bue mus. Rhen.* 29, 200 *coniecit* ut *ed.* 1471 uti *ω*

VIII

. . . . nullám profecto accéssi ad aram, quín deos
Supplíciis sumptu uótis donis précibus plorans óbsecrans
Nequíquam defetígarem.

Nonius 398, 20 'supplicium rursus supplicatio ... Afranius Fratres: nullam' e. q. s.

2 uotis *Scaliger* uatis *ω*

IX

. . id aurum mé condonat lítteris.

Nonius 497, 29 'accusatiuus uel nominatiuus pro ablatiuo .... Afranius Vopisco [XXIV] idem Fratris: id' e. q. s.

X

. . . . sperátam non odí tuam.

X. XI Nonius 175, 1 'speratum, id est sponsum' ('speratam . . . sponsam' Scaliger) 'Afranius Fratris [XI] idem in eadem: speratam n. o. t.'

speratum $F^1$ odit $H^1$

XI

curre, núntia
Veníre et mecum ⟨mé⟩ speratum addúcere:
.Vide út puellam cúrent, conformént probe.

1 curre et *ω*, *delendum* et *vidit Kiesslingius*: *cf. coroll.* LXIX ecnuntia *x* 2 me *x*, *om. ω*, *ante* et *add. Lipsius*, *ipse* meam *ante* speratam *inserueram* (*cf. Ritschelii opusc. III* 190) adducere $EH^1$ adduce *φ* adduce speratam meam *Scaliger* 3 inde *conieceram* ut *Lipsius* at $H^2W$ ad $EFH^1L$ uideant *Onions* confirment *ed. a.* 1476 probe *Studemundus* iube *ω*

XII

Nón potest quin ílla stacta lónge quacumque ís olat.

Nonius 147, 1 'olat pro oleat. Afranius Fratris: non' e. q. s. Priscianus p. 838 P. 'oleo oles et olo olis. Afranius in Fratribus: non' e. q. s.

qui in *Bamb. Prisciani*, $EFH^1L$ *Nonii* illa tacta *Nonii* $H^2W$ illa est acta *Prisciani Reg. Bamb. Bong. Sang.* illa acta *Grut. Carolir.* quacumque is *scripsi*: *cf. coroll.* LXIX *sq.* que et cunctis *Priscianus* que et multis *Nonius* ol$^{a}$it *Barb. Prisciani corr. m. ant.* olit *Sangall. Grut. Carolir.* solat $F^1L$ *Nonii*

XIII

Mea nútrix, surge sí uis, profer púrpuram:
Praecláuium contéxtumst.

Nonius 64, 25 'praeclauium, pars uestis, quae ante clauum texitur. Afranius Omine [VIII] idem Fratris: mea' e. q. s.

2 contextumst *scripsi* contextus ψ contextum $F^3 H^1$

XIV

Dimíttit adsestrícem, me ad sesé uocat.

Nonius 73, 29 'adsestrix femininum est ab eo, quod est assessor. Afranius Fratris: dimittit' e. q. s.

se $H^1$ esse $W^1$

XV

. equidem prandére stantem nóbiscum incinctám toga

Nonius 540, 32 'toga non solum uiri, sed etiam feminae utebantur. Afranius Fratris: equidem' e. q. s. Cf. Plauti Stich. 765.

et quidem *P* se quidem *x* incincta $H^1$ toga *Bothius* togam *ω*

XVI

'Interim meréndam occurro: ad cénam cum uení, iuuat.

Nonius 29, 1 'merenda dicitur cibus, post meridiem qui datur. Afranius Fratris: interim' e. q. s.

ad merendam *x* in m. *Bue* accurro *Lipsius* accuro *scripseram* (*cf. coroll.* LXX) ad cenam *om.* $F^1 L$

XVII

. . . facile mánducari quí potest.

Nonius 477, 12 'manducatur pro manducat ... Afranius Fratris: facile m. q. p.'

*Ex* fratris *titulo elici posse quod ad supplendum versiculum usui sit, velut* panes tris, *scite monuit Bue*

XVIII

. . . . . ó sacrum scurram ét malum!

Nonius 397, 22 'sacrum etiam scelestum et detestabile; ita et consecratum. Afranius Fratribus: o' e. q. s. (corr. Junius).

scurram *Ald.* succurram (*vel* succuram) ω

XIX

Proin tú, cum quaeram, né requiram té uide.

Nonius 434, 14 'quaerere et requirere hoc differt, quoniam requirere est diu quaerere. Afranius Fratris: proin' e. q. s.

cum *ms. Fabri* tum φ

XX

. . . aquam ⟨úmquam⟩ ex ceno haurîre, qui lauerént manus.

Nonius 504, 17 'lauere etiam inde manauit ... Afranius Fratris: aquam' e. q. s.

*Expleri posse sententiam sic fere* án uidisti aquam umquam ex caeno h. *e. q. s. monui in coroll.* LXX coeno *ed.* 1511 sino *MOP*, *Scaliger* seno φ exs aëno *Bue* qui] qu *P*

XXI

187[1]. . . . . . labella bálineis

Nonius 544, 31 'lineas (lenis Junius), uasi genus. Afranius Fratribus: labella lenis. Laberius in Cofino: ... labella lenis.' Cf. coroll. LXXI.

balineis *scripsi* (*cf. Laberi v.* 38) lenis (lenes *CLP*) ω lineis *Nonius legisse videtur*

IDA?

Nostrum ín conuentum aut cónsessum, ludúm lapsumque petúlcum

Festus p. 206 M. 'petulantes et petulci etiam appellantur, qui proteruo impetu et crebro petunt laedendi alterius gratia. Vergilius — et Afranius in Ida: nostrum' e. q. s. (Idam puellam tuetur Hertzius annall. philoll. 1870 p. 760, qui olim mus. Rhen. 3, 621 Icta, i. e. Iureconsulta coniecerat. Ira comparata Menandri fabula Ὀργή Neukirchius. Servavi librorum scripturam, cum adfirmari nil possit.)

ut confessum *cod.* lapsum ludumque (lapsum *ut verbum sit*) *Bergkius* ludum lussumque *Bue*

## INCENDIVM

Suetonius vitae Neronis c. 11 'ludis quos pro aeternitate imperii susceptos appellari Maximos uoluit (Nero) . . . inducta est et Afranii togata, quae Incendium inscribitur, concessumque ut scenici ardentis domus supellectilem diriperent ac sibi haberent.' Menandri fuit fabula Ἐμπιπραμένη, sed de argumenti similitudine nihil proditur fragmentis.

I

. . . seruus ést mihi Nicásio,
Scelerátus curiósus, is cum fílio
Coiécerat nescío quid de ratiúncula.

Nonius 268, 1 'coicere, furari, auferre. Afranius Incendio: seruus' e. q. s.

2 curiosis cum *B G* $H^1$ *P* 3 coiecerat *scripsi* ei (*om. B G* $H^1$) coicere (cohicere *L*) ad (aut, *corr.* at *B*) *ω* ratiuncula *Junius* latriuncula *ms. Junii* latratiuncula *φ*

II

Expéiurabant, éxecrabant se ác suos.

Nonius 473, 24 'execrarent.'

expeierabant *suadebat Studemundus, non iniuria: cf. coroll.* LXXII

III

O púere puere, síne prospicere mé mihi.

Priscianus p. 697 P. 'hic et haec puer uetustissimi protulisse inueniuntur . . . Afranius in Incendio: o' e. q. s. (Africanius Bamb.)

prospicere mihi, *addito* me, *Reg. corr.* me prospicere memet *Sang. Grut.* mihi *παρὰ προσδοκίαν dictum censet Bue*

IV

Illúd memento, né quid inprudéntius
Blaterés.

Nonius 78, 33 'blaterare, confingere per mendacia. Afranius Augure [IV] idem Incendio: illud' e. q. s.

1 inprudentius *scripsi* in primis (inpris $W^1$) ω *quos secutus olim post* in primis *ultimum senarii pedem deesse statueram. Praeterea in coroll.* LXXII *octonarium* illúd m. inprimis, ne quid blateres inprudentius *proposui* ne quid inprimis blatis *Bothius* ne quid in primis blatas *vel* inprimis ne quid blateres *Hermannus*

V

'Itaque ⟨quia⟩ spissúm uidetur fíeri, non possúm domi
Meúm uirum expectáre, quem mihi stúdeo iam dudúm dari.

Nonius 392, 16 'spissum significat tarde ... Afranius Incendio: itaque' e. q. s.

1 quia (*vel* quom: *olim* nimis) *inserui. Conieci praeterea* idque quia *vel* itaque, nam spissum mihi uidetur *mavult Bue* possunt $BGH^1LP$

VI

Non úsque quaque idóneum inueniás locum,
Vbi dérepente cúm uelis faciás lutum.

Nonius 518, 6 'derepente ... Afranius Incendio: non' e. q. s.

1 inuenias *om. Ba* iocum $H^1LP$ locus $CH^2$ 2 lucrum *Lipsius*

VII

Atque étiam incedit hóc: procul concéssero.

Nonius 270, 6 'concedere, recedere uel cedere ... Afranius in Incendio: atque' e. q. s.

etiam] ideo etiam *B*: *possis* ac uideo incedit *conicere* ellam *Lipsius*: *cf. Caec.* 76 eccum *Gulielmius* incedit *Gulielmius* incendit ω hoc, *i. e.* huc ω huc *Lipsius*

INIMICI

I

Hoc óbsecro igitur ágite et me adiutámini.

Nonius 477, 27 'adiutatur pro adiutat ... Afranius Inimicis: hoc' e. q. s. (amicis $H^1$)

obsecro is igitur *Ba* ut me adiutemini *ed.* 1476 *Fortasse* et *omittendum*: *cf. coroll.* LXXII

II

Múlta atque molésta es: potin' út dicta facéssas?

Nonius 306, 25 'facessere est facere. Ennius ... dicta facessunt. Afranius inimis: multa ... dicta facesses?' (Inimicis Junius)

*Sotadeum agnovit Bue: cf. Hermannus Elem.* 454 *sqq. Leo cant. Plaut.* 38; *anapaestos* ... multa atqué m. es: p. út ⟨nunc⟩ dicta f.? *fecit x* es *add. H*[2] dicta] hinc *Hermannus* facessas *Junius* facesses *ω*

LIBERTVS

I

Nolo híc te uideat: dóminus est: puér, facesse hinc . .

Nonius 307, 3 'facessere significat recedere ... Afranius Liberto: nolo' e. q. s.

*Agnovit numeros Hermannus: finire versum* propere *potuit.* est] st! *Madvicus* en *x* set *Bue* uideat dominus *coniungens et* puer *vocativo senarium concludens*

II

'Eius monilis póssestricem

Nonius 150, 27 'possestrix a possidendo. Afranius aliberto tius m. p.' (alibertotius *ψ* a libertotus Vict., mss. Merceri aliter eius Scaliger Liberto: tui Mercerus). De forma nominis possestrix et similium cf. coroll. LXXII sq.

eius *Scaliger* (*vide supra*)

III

Meum sál, si bene uisúm mihi

Valerius Probus de nom. CGL IV 209 K. 'sal Fabianus causarum naturalium neutro genere dixit . . . idem masculino pluraliter . . . Afranius Liberto: meum sal, si bene uisum mihi, genere neutro.'

*Verba* si bene uisum mihi *utrum grammatici sint an comici ambigebat Endlicherus*

## MARITI

Meon óbsequere amóri? — Oboedibó tibi.

Nonius 507, 29 'oboedibo. Afranius Maritis: meo' e. q. s. (Materteris Junius)

*Personas distinxi* meon *scripsi* meo *Ba* meo ut φ obsequere *scripsi* obsequerer ω obsequar *ed.* 1480 obsequare *Neukirchius*

## MATERTERAE

Moriens olim mater sororibus suis puellam commendaverat (fr. I): quae iam adulta partes in hac fabula primarias habuit.

I

postquam sé uidet
Inibi ésse, gnatam páruulam soróribus
Çommméndat.

Nonius 124, 21 'inibi pro sic et mox.'

1 uidet *scripsi et senarios restitui* uidit ω 2 gnatam *scripsi* gignastum $H^1$ gignatum $F^1$ gignatam φ ignotam *Junius* ingratam *Neukirchius*

II

quo deféssa expectandó domi
Sédi, quod spissó uenire Mánius uisúst mihi.

Nonius 392, 19 'spissum significat tardum . . . Afranius Incendio [V] idem Matertera: quod defessa' e. q. s.

1 quo *Bue* quod ω: *vel deleri ut dittographia ortum vel* quom *corrigi licet* spectando *BGHP* 2 Manius uisust mihi *scripsi* uisum est mani mihi ω uisus est mani m. *Bothius* uisus e. nimium m. *A. Luchs stud.* I 68

III

Quid ístuc est? quid flés? quid lacrimas lárgitus?
Prolóquere.

Nonius 514, 30 'largitus pro large.'

1 quid ístuc *aut* sed quíd istuc *Bergkius*: *hoc ipsum acephalo versu indicare volueram.* quid istuc *Ba* qui istuc φ lacrimas *om. Ba* largitũ *Ba L* 213 *et* 214 *in unum versum*

proloquere. — perii! lacrimae l. s. *concinnari iubet Bergkius l. l.*: *mihi iuxta ponere frusta nullo testimonio coniuncta prudentius visum*

IV

. . . perii! lácrimae linguam saépiunt.

Nonius 41, 3 'saepiunt significat tenent, inpediunt ....'

V

. . . . ah tu éloquens ⟨es⟩: ílicet.

Charisius p. 180 P. 'ilicet pro nunc Afranius in Materteris, cum quis' (is codd., corr. Bothius) 'balbum supra modum disserere conantem laudaret: an tu eloquens ilicet? id est subito uel extemplo.'

ah *Neukirchius* an *cod.* ain tu? *Bergkius symb. I* 18 es *addidi*, *om. cod.* *Absque Celsi testimonio possis* scilicet *conicere*

VI

. . . causam cóicere hodie ad té uolo.
Ambón adestis? prófuturos árbitror.

Nonius 267, 32 'coicere, agere.' Cf. Rud. Schoell XII tab. rel. p. 101. 118.

2 ambo si adestis *Bothius* praefuturos, *scil.* praesentes futuros *Studemundus*

VII

. . . . ínguen plemen pápulam panum týmpanum

Nonius 149, 25 'panus ... tumor quoque inguinum ex formae similitudine sic uocatur. Afranius Matertera: inquem' e. q. s. Cf. Lucilius 1117 L.

inguen *Passeratius* inquem $H^2LW$ inquam $EFH^1$ plemen *Bue conl. CGl.* VII 99, 9 *G.*, *item CGl.* IV 145 V 474 *G.* plenam ω flemen *Onions* plenum *Passeratius* pabulam $F^1$

VIII

. . . . . exequias cántitant. 218[1]

Festus p. 161 M. 'naenia est [carmen, quod in funere laudandi] gratia can[tatur ad tibiam — — Afra]nius in Materte[ris ....... exe]quias cantit — —' Supplevit Scaliger.

cantitant *si scribis, exitum, si* cantitabant *Scaligeri praefers, principium versus habes*

## MEGALENSIA

át ego sero séntio
Te nón amare mé cordate ac sániter.

Nonius 515, 21 'saniter. Afranius Negalensibus: adesto' e. q. s.

1 at (*vel* ah) ego sero sentio *scripsi*. adesto assentio $HL^2$ $PW$ adesto adsentio (asentio *C*) φ. *Olim visum erat* adesto *dittographia ortum esse: in textu* ah sentio *scripseram*. at esto: assentio *Neukirchius*. at esto. — a sentio *x* 2 cordate *scripsi, item Bue coni.* adorate $Ba H^1 L$ adorare $H^2 W$ adoro te *P* suauiter *Palmerius, etiam in lemmate: cf. coroll.* LXXIII

## OMEN

### I

. . amabit sápiens, cupient céteri.

Nonius 421, 19 'cupido et amor idem significare uidentur, et est diuersitas. Cupido enim inconsideratae est necessitatis, amor iudicii . . . Afranius in Omine: amabit' e. q. s. Servius Dan. in Aen. IV 194 'cupidinem ueteres immoderatum amorem dicebant. Afranius Cinerario [III] . . . . amant sapientes, cupiunt ceteri.' (Excidit: idem in Omine.) Apuleius apolog. c. 12 p. 19 B. 'quapropter, etsi pereleganter Afranius hoc scriptum reliquit: amabit . . . ceteri, tamen' e. q. s.

amabit (*sic* $H^1$ ambit $H^2 L W$) sapiens *Nonius* amant sapientes *Servius* cupient *Servii quoque Bern.* cupiunt *Ambros. Servii, Daniel*

### II

Datátim uxorem ut lúdas . . . . .

Nonius 96, 17 'datatim, id est inuicem dando . . . Afranius homine: datatim' e. q. s. (hominem $H^1$L)

laudas *P*

### III

Atque ílle derepénte in iumentum éxilit.

Nonius 518, 8 'derepente ... Afranius Incendio [VI] idem in homine: atque ... exilit. Contendit oculos' e. q. s. Vide pall. inc. inc. 22.

IV

. . . . . . . . . bacíllum delicátum
Cornéolum poscit.

Nonius 78, 18 'bacillum' (ita Ba 'baccillum' φ) ... 'Afranius hominem: baccillum' e. q. s. (homines Bamb. cum ceteris classis δ)

1 *sq. numeri sunt Hermanni* *Ex* homines *titulo fortasse sibi eliciendum* bacillum $W^1$ baccillum φ delicatum δ deligatum φ 2 procit *Passeratius* procat *Bothius in senarii fine*

V

. . . tibi in utráque parte póllet et paritér potest.

Nonius 375, 5 'pariter, similiter. Afranius homine: tibi' e. q. s. (omnem B hominem GL)

*Septenarium* tíbi in utraque párte pariter póllet et p. p. *compleri iubet Bue* tibiis in utramque partem (*sic iam Bothius*) *x*

VI

Satis fórtiter, ⟨puéllae,⟩ palo uéstras scicidistís colus.

Priscianus p. 890 P. 'scindo scidi. Vetustissimi tamen etiam scicidi proferebant ... Afranius more antiquo dixit in Omine: satis' e. q. s. (homine libri 'colus τὰς ἠλακάτας' Ba)

palo *Bothius* paulo ω Paulla *Neukirchius* pol *in senario Bergkius*

VII

Ea mémoriter, cum uénero, confécta ut offendám . .

Nonius 359, 3 'offendere, inuenire ... Afranius Omine: ea' e. q. s. (omine, ne in ras., B homine GLW) Cf. Plauti Pseud. 163.

*Disposuit versum Hermannus* tene *in fine suppl. x* mémineris Ea mémoriter ... offendam domi *Bergkius*

VIII

Tértium diém praeclauium únum texere . . .

Nonius 64, 22 'praeclauium, pars uestis, quae ante clauum texitur. Afranius homine: tertium' e. q. s.

tertium] totum, *ut senarius fiat, Bue* unum te detexere *septenario x* unum solum texere *ipse proposui coroll.* LXXIII

IX

Ipsí me uelle uéstimenta dícito.

Priscianus p. 694 P. 'ipsi pro ipsius Afranius in homine: ipsi' e. q. s.

X

Cedo púrpurissum!

Nonius 218, 24 'purpurissum genere neutro. Afranius homine: c. p.' Conferri Plauti Most. 261 iussit Fleckeisenus.

PANTELIVS*

Pantelivs scripsi, Attin intellegens sive *Πανθήλιος* sive *Παντέλειος* cognomine fuit. Cf. Prelleri mythol. Rom.[2] II 392; olim Patelia, quam Patellam vel Patellanam (Prelleri l. l. II 223 sq.) intellegebam.

I

Contémnes? liber nátus est, ita máter eius díxit,
In Gállia ambos cúm emerem.

I—III Charisius p. 95 P. 'ambos Terentius in Adelphis ... idque Helenius Acron sic oportere dici in eadem Terentii fabula disputauit, Verriumque dicit errare, qui putat hos ambo dici debere; indifferenter autem locutos ueteres uberiora dabuntur exempla. Afranius in Panteleo: contemnes, inquit, liber' e. q. s. (Pantaleo ed. pr. Pantaleonte Junius. De *Παντελείῳ* cogitavit Lindemannus.) 'item idem in eadem [III] ... ambo Afranius in Panteleo [II]' (Pantaleo ed. pr.)

1 contemnens *ed. pr. An* contemnis? 2 ambos cum *Hermannus* cum ambos *cod.*

II

. . . reuocas nós ambo ad perículum.

periculum *cod.* praelium *ed. pr.* *Initium septenarii sit* réuocas nos ambo ád periclum

III

Séd eccos ambos

ecos *scribendum*: *cf. coroll. ad trag. p. LI et Fleckeisenus annall. philoll.* 1871 *p.* 812

IV

citer

Priscianus p. 607 P. 'citimus . . . Afranius tamen etiam positiuum eius citer protulit in Patelia teste Aruntio.' (patellea Bamb. Halb. Sang. Bong., a post. in ras. duarum litt. pos., patellea m. alt., Barb. patellia Grut. patelle . atesa (actra) Reg. Patella vulgo)

POMPA

I

Tenéto: in medio némo est. magnificé uolo
Fluctuátim ire ad illum. accípite hoc, tege tu et
sústine!

Nonius 111, 29 'fluctuatim, iactanter et solute.'

1 teneto *scripsi* tene tu (ten** $F^1$) ω, *quod ita olim servabam, ut primam syllabam (e. c.* em) *periisse statuerem.* tene tu hoc *Muellerus prosod. Plaut.* 471 tene tu, inquam *Onions* tenetur: nemo in mediost *prop. coroll.* LXXIII 2 fluctuatim *EFW*² flutuatim *PW*¹ fluctuat *HL* fluctatim *in scaena puto pronuntiatum esse*: *cf. Varronis sat.* 123, 3 *B.* illu* $F^1$ accipito *x*

II

ínterim
Túa clienta

Charisius p. 77 P. 'cliens communis generis est: inuenimus tamen et clientam apud Afranium in Pompa: interim t. c.'

PRIVIGNVS

I

Orbús uirili séxu adoptauít sibi

Festus p. 334 M. 'sexu, natura habituque, ex Graeco quam illi uocant ἕξιν. Afranius in Priuigno sic ait: orbus' e. q. s. (sic agit cod., corr. Vrsinus)

II

Vxórem quaerit fírmamentum fámiliae:
Sciás abesse ab lústris ingeniúm procul.

Nonius 333, 15 'lustra etiam lupanaria dicuntur ... Afranius Priuigno: uxorem' e. q. s. (praugno GH[1])

2 lustris *ed. pr.* inlustris ω

III

et própter patruelém tuam
Constítuit hilare anhélans, deiectá coma.

Nonius 514, 1 'hilare ... Afranius Priuigno: et' e. q. s.

2 deiecta *Aldina* delecta ω: *cf. coroll.* LXI disiecta *Bothius*

IV

Occásionem náncta mulier ínuolat
In cóllum, plorat órat, occurrít nepos
Pausíllus, neptis pórro de lectó frigit.

Nonius 308, 14 'frigere est [et friguttire] cum sono sussilire ... Afranius Priuigno: occasionem' e. q. s.

1 nacta *Mercerus* casta *B* captat *Vrbin.* 307 cartha φ captans *Bothius* cum aptast *M. Hertzius* occasione capta *Duebnerus*: *melius* rapta *placeret* 2 accurrit *x* 3 frigit: *cf. coroll. ad trag. p. LIX* fregit *W*[1]

V

Ni tántum amarem tálem tam meritó patrem,
Irátus essem ad quó liceret.

Nonius 76, 9 'ad quo pro in quantum. Afranius Promo [I] idem Priuigno: ni' e. q. s. (prouigno BaL)

1 tantum] tamen *Vrbin.* 307 2 iratus δ miratus φ aquo *EF*[1]*LPW* liceret δ licere φ

VI

Nemo ílla uiuit cárie curiósior.

Nonius 21, 28 'caries est uetustas uel putrilago ... Afranius Priuigno: nemo' e. q. s.

nemo illa *om.* $F^1L$ cari $F^1L$ cariosior *Vrbin.* 307, *Aldina* cariosa cariosior *Lachmannus ad Lucil.* 236

VII

Viuáx uetus quam dúriter nunc cónsulis tergó meo!

Nonius 512, 5 'duriter pro dure ... Afranius Priuigno: uiuax' e. q. s.

uibex *vel* uiuex *conici posse monet Bue* consulis *Junius* consulto ω consulito *Aldina* consulit o *Neukirchius* consulo *Mercerus* consulit *olim dedi*

VIII

Vixísti tristis dúrus difficilís tenax.

Nonius 407, 25 'tenacia, parsimonia.'

IX

Non égo te noui trístem saeuum sérium?

Nonius 33, 32 'serium, triste et quasi sine risu Afranius Priuigno: non' e. q. s. (risum afr. $FL^1$ risu men. afr. $H^1$ risu m. afr. $EH^2L^2PW$). Cf. idem 409, 19 'triste, seuerum. C. Afranius Priuigno de officiis lib. I' e. q. s.

saeuum *Stewechius* seruum ω seuerum *Bongarsius*: *sed vide Nonii p.* 409 *lemma. Cf. etiam Terentii adelph.* 866

X

. . quod si fecíssem paulo saépius,
Didicísset ferre et nón esse intolerábilis.

Nonius 125, 25 'intolerabilis, id est, quae tolerari' ('qui tolerare' Bongarsius) 'non possit.' Ergo de muliere sermo est.

2 didicisset *Scaliger* didicit esse is ω didicisset is *ed.* 1526 didicisses *Onions* inferre $F^1$ differre *P*

XI

. . . noui amícum atque aequalém meum.

Nonius 235, 29 'aequales rursum aequaeui .... Afranius Priuigno: noui' e. q. s.

XII

. . . . quam míhi sit grata illíus obsequélla

Nonius 216, 2 'obsequelam feminino .... Afranius Priuigno: quam' e. q. s.

obsequela *ω* obsequentia *Bothius*

XIII

Iucúnditatis plús inest in té mihi
Quam cómmercatis cónquisite edúlibus.

Nonius 28, 29 'flagriones dicti serui, quod flagris subiecti sunt, ut uerberones a uerberibus. Afranius Vopisco [XXV] Priuigno: iucunditatis' e. q. s. (Excidisse lemma edulia et Afranii nomen monet Mercerus.)

1 inest] est *W* 2 qua in $H^1$: in *post* quam *inseri opus non est* consequite *W*, *in quo* conquaesite *latet* (consequere *Vrbin.* 307)

XIV

Quae fácere nos solémus festiuó die,
Cotídiano ⟨tu⟩ ópere promisce ómnia:
Aequé profesto ⟨ac fésto⟩ concelebrás focum.

Nonius 434, 16 'profesti et festi dies discernuntur sic: profesti sunt a festiuitate uacui.' Festus p. 229 M. 'profesti dies — — Caecilius — — in Priuigno: ae ............'

1 festi (festis $H^1P$) facere nos solemus *ω*, *in quibus* festiuo *Junius agnoverat.* nos solemus facere festiuo *Scaliger* festo facere non solemus nos *Hermannus*, *in quibus* festo *praeivit Mercerus.* festo facere nos solemus in *Guietus* festi *locativum interpretatur Huschkius stud. Rom. I* 235 (festi .. de die coni. *x*), *praeterea* non *pro* nos *scribi iubens*: *illud credibilius esset*, *si de hoc ordine* quae non solemus facere nisi festi die *constaret* 2 cottidiano *L* tu *Hermannus*, *om. ω* operare *mavult Bue* promisce *scripsi* promiscit (primoscit $H^1$) *ω*

promiscue *ed. pr.* promisces *Junius* (misces *ferri poterat*) omnino $H^1P$ agis promiscue *Hermannus* 3 ac festo *Hermannus, om.* ω concelebrans $W^1$, *Gebhardus* concelebras φ, *quod participium haberi licet* forum *Huschkius*

XV

Dehinc témeritatem répudio uulgáriam.

Nonius 488, 28 'uulgariam pro uulgarem . . . Afranius Priuigno: dehinc' e. q. s. (prouigno Bamb.)

XVI

Ah fúlica, paene pérdidisti: dí te mactassínt malo.

Nonius 342, 15 'mactare malo adficere significat . . . Afranius Priuigno: a fulica' e. q. s. Procella in mari iactatus et vix servatus loquitur; nam procellas fulicam indicare Ciceronis de div. I 18, 14 versus docet.

a ω paene perdidisti *scripsi* pene peristi ω, *unde* bene peristi *olim feceram.* peristi paene *Bothius* tae *GH* mactissint $BH^1$

XVII

Vidísti ludos? — Hínc auscultauí procul.

Nonius 246, 17 'auscultare uidere, spectare.'

uidisti *Neukirchius* uidet ω: *an* uideres (*sc.* utinam)? uidi te *non mutata deinde persona Bue* auscultari $BGH^1P^1$

XVIII

. . interea uérba iactare ét labris
Intér se uelitári, uelificárier.

Nonius 3, 11 'uelitatio dicitur leuis contentio, dicta ex congressione uelitum . . . Afranius Priuigna: interea' e. q. s.

1 uerbis *Ba in ras.* *Fuit cum* uerbis lactare *conicerem, sed cf. coroll.* LXXIV 2 uelitarier, *om.* uelificarier *cum 'veteribus edd. ac membranis' Lud. Carrio* uelitari uellicarier *Gerlachius*

XIX

Siléntio opus est, núlla mi est parátio.

Nonius 219, 26 'paratio feminini Afranius Priuigno: silentio' e. q. s.

mi (*vel* enim) est *conicio* inest ω

XX

Hoc pótius, hoc nunc féruit animus, hóc uolo.

Nonius 503, 9 'feruit pro feruet . . . Afranius Priuigno: hoc' e. q. s.

huc nunc *W*[1]

XXI

Numero ⟨ó⟩ inepti pertímuistis cassám terriculam aduérsari.

Nonius 352, 25 'numero significat cito ... Afranius Priuigno: numero' e. q. s.

*Anapaestos agnovit Bue, idem* o *inseruit: octonarios troch. vulgo habuerunt* enepti *BGHLP*

XXII

Poématorum nón bonorum . . .

Nonius 493, 8 'poematorum pro poematum.'

PRODIGVS

Nam mé pudet, ubi mécum loquitur Númerius,
Aliquíd sufferre Graéce: irridet me ílico.

Nonius 397, 5 'sufferre significat dedere uel supponere ... Afranius Prodigo: nam' e. q. s. (Prodito Quicheratius)

1 pudet it *W* 2 sufferre *Bothius* suffero ω sufferre, Graece *Hermannus*

PRODITVS

Vnam tantum fabulam vel Prodigum vel Proditum fuisse suspicatur Stephanus.

I

Delíberatum est nón tacere ⟨me⟩ ámplius:
Amúnculas tacéndo periisse aúdio.

Schol. Veron. in Verg. Aen. X 564 'tacitis regnauit Amyclis. Adnotandum quod in catalogo huius non meminit. Amyclis ex prouerbio ... sumptum est, cuius Afranius meminit in Prodito: deliberatum' e. q. s. Cf. Servius in l. l. (item schol. Paris. in Statii Theb. IV 259 ed. a Phil. Kohlmann in progr. Posnan. 1873 p. 12) 'hinc est quod ait Lucilius: mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo periisse.' In quibus Lucilii nomen errore positum, cetera autem prava memoria puto destructa esse; Afranii verba laudasse Lucilium statuit R. Bouterwekius quaestt. Lucil. p. 29, qui certe numeros poetae non adsecutus est. Cf. pervigilium Veneris v. 92 'sic Amyclas, cum tacerent, perdidit silentium.'

1 me *Hermannus*, *om. cod.* 2 Amunculas *Hertzbergius mus. Rhen.* 13, 639 *persuasit Ritschelio opusc. II* 508, *qui* etiam Amyculas *temptaverat.* Amyclas *cod.* Amyclas enim *Hermannus* tacendo periisse *H. Keilius*, *cui in cod.* tacen ... erisse *apparuit*

II

Tu sénecionem hunc sátis est si seruás, anus.

Priscianus p. 618 P. 'senex senecio Afranius in Prodito: tu' e. q. s.

seruat *Bong.* sanus *Bamb.* ˢanus *Grut.*

III

. Remeligo a Láribus missa sum húnc quae cursum cóhibeam.

Festus p. 277 M. 'remeligines et remorae a remorando dictae sunt — ab Afranio in Prodito: remeligo a Laribus missa sum hanc quae cursum cohib[eam].' Cf. Roeperus Philol. IX 273 Remeliginem ipsam loqui recte O. Muellerus statuisse videtur.

*Explere initium versus nolui, quia varia ratione fieri potest:* nám Remeligo *aut* Rémeligo ergo, *alia ut mittam.* missa sum | Remelígo *e. q. s. Fabia revue de philol.* XVIII (1894) *p.* 142 hanc *cod.* huc *Vrsinus* cohibeam *Stephanus* cohib ... *cod.*

PROMVS

I

Vt scíre possis, ád quo te expediát loqui.

Nonius 76, 8 'ad quo pro in quantum.'
aquo *F*¹ *L*

II

cave ne péndeas,
Sí fuas in quaéstione.

Nonius 111, 14 'fuam, sim uel fiam ... Afranius Promo: caue' e. q. s.

III

. pro manibus crédo habere ego íllos tentipéllium.

Festus p. 364 M. 'tentipellium Artorius putat esse calciamentum ferratum, quo pelles extenduntur, idemque Afranium dixisse in Promo: pro' e. q. s.

*Vel* nam (*s.* pol) pro *vel* proque *initio versus fuisse potest*; hercle *ante* habere *inserebat Kochius*

PROSA?

I

Non súm tam criminósa, quam tu, uípera:
Ganníre ad aurem númquam didici dóminicam.

Isidorus differ. 86 'criminans autem, qui crimen inferat et cum suspicione quoque id faciat, qua re quis magis noxius uideatur, ut Afranius non sum, inquit, tam' e. q. s. Nonius 450, 11 'gannire cum sit proprie canum ... etiam humanam uocem nonnulli gannitum uocauerunt. Afranius Prosa: gannire ... didici.' (Persa ed. pr., probavit Neukirchius. Rosa Aldina)

II

Gallúm sagatum, píngui pastum táxea

Isidorus Orig. XX 2, 24 'taxea lardum' ('lardus' Wolfenb. Monac. German. 805. 806) 'est Gallice dictum. Vnde et Afranius in Rosa: gallum' e. q. s. (prosa Monac.)

sagatum *Gu. ab*, *ed. pr. II*, *Arevalus* saginatum *antea*

III

284[1] praeterea . . (reses)

Festus p. 281 M. 'reses — — — — in rosa: praeterea ........... Pacuius' e. q. s.

## PVRGAMENTVM

ita supérbiter
'Imperat

Nonius 515, 10 'superuiter. Afranius Purgamento: illa s. i.' (Pantaleonte Junius Priuigno: amanti Lipsius epist. quaest. V 25)

1 ita *scripsi* illa *ω*, *quod ut recte in versu stet*, *aut* enim *vel* sic *vel* nimis *vel aliquid ante* superbiter *inserendum aut cum Buechelero* illa imperat superbiter *ordinandum est*

## REPVDIATVS

I

. . . te istuc fácere officiosé scio.

Charisius p. 187 P. 'officiose.'

facere *ed. pr.* face *cod.*

II

Repástina sere, út senex frugís ⟨feras⟩.

Festus p. 281 M. 'repastinari ager is dicitur, ut Verrius existimat, cuius natura mutatur fodiendo, cum aut siluester excodicatur aut lapis mollitur frangendo, ut fiat pascuus uel pecoribus herba uel hominibus satione — — Afranius in Repudiato: repastina' e. q. s.

repastina serati senex fugis *cod. Restituere versum et sententiam quam lenissime conatus sum, quamquam plus una ariolandi via patet, velut in octonario* sere ⟨ánte iuuenis⟩, ut *In illo* serati *latere* sere, Atti *Bothius coniecit* repastinas sero, senex, fucis ⟨tuas tibi rugas⟩ *duce Studemundo A. Luchs stud.* I 68

III

quanto fácilius
'Ego, qui ex aequo uénio, adducor férre humana
humánitus.

Nonius 514, 18 'humanitus.' (sic ed. pr. humaniter

ut p. 509 ω) 'Turpilius Pedio [XI] Cassius Hemina ... humanitus aguntur. Afranius Repudiato: quanto' e. q. s.

1 fallacius *Ba* 2 aequo *Mercerus* equo ψ ego *P* ferre *ed. a.* 1476 fere ψ fore *P*

IV

. . . perdit íngeni inbecíllitas
Turbátque me, quo sétius me cólligam.

IV sq. Charisius p. 195 P. 'setius pro minus Afranius in Repudiato [IV] sequius idem in eodem [V].'

1 ingeni *scripsi* ingens *cod.* 2 turbatque me quo *conieci* tuā equo *cod.* ⟨nisi⟩ inpediret i. i. Metusque me quo *olim proposui* ingens ínpedit 'Imbecillitas tua me quo *Bue*

V

Sín, id quod non spéro, ratio tális sequius céciderit

sequius *anapaestum aequare demonstravit Fleckeisenus mus. Rhen.* 8, 222, *quem nec Corssenus symb. crit. p.* 7 *nec Muellerus prosod. Plaut.* 467 *refutavit*

VI

age cúrre cursim ad Númisium
Occúlto.

Charisius p. 186 P. 'occulto, ut falso.'

VII

pauxilló prius
Mé conuenit.

Charisius p. 191 P. 'pauxillo prius.'

VIII

Festus p. 334 M. 'sexagenarios de ponte — — — uanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmauit Afranius in Repudiato.'

## SELLA

I

Vsús me genuit, máter peperit Mémoria:
Sophiám uocant me Grái, uos Sapiéntiam.

Gellius XIII 8 'eximie hoc atque uerissime Afranius poeta de gignenda comparandaque sapientia opinatus, quod eam filiam esse Vsus et Memoriae dixit .... uersus Afranii sunt in togata, cui Sellae nomen est: Vsus me' e. q. s. Cf. inc. nom. I.

II

Pómum holus ficum úuam

Macrobius Sat. III 20, 4 (II 16) 'quid quod ficum tamquam non pomum secerni a pomis apud idoneos repperimus? Afranius in Sella: pomum' e. q. s.

*Possis elegantiores etiam iambos* pomum hólus f. u. *metiri*

## SIMVLANS

SIMVLANS acta a. 697 eisdem ludis quibus Accii Eurysaces. De argumento vide hist. poes. Rom. I² 207.

I

Saéuiter ferre haéc te simula et gnátam ab illo abdúcere.

Nonius 511, 7 'saeuiter pro saeue ... Afranius Simulante: saeuiter' e. q. s.

simula *Gulielmius* simul *ω*

II

tui

Verétur, me ad te mísit oratúm pater.

Nonius 496, 27 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus [IV] idem Simula: tui .. peteret idem in Emancipato' e. q. s. (simulat om. Ba simulta P Simulante: tui Junius peteret idem H²W peteret H¹L petere Ba pater. et Rothius, recte ut vid.)

1 *sq. septenarium* út tui *e. q. s. expleat* tui] ui *Ba* pater *Fruterius*, *Mercerus*: *v. supra*

III

304/5 Haéc, Tite, tua póstprincipia atque éxitus uitiósae uitae

Cicero pro Sestio 55, 118 'uoces quidem et palmarum intentus et maledictorum clamorem omnes profuderunt. Sed quid ego populi Romani animum uirtutemque commemoro libertatem iam ex diuturna seruitute dispicientis, in eo homine, cui tum petenti iam aedilitatem ne histriones quidem coram sedenti pepercerunt? Nam cum ageretur togata Simulans, ut opinor, caterua tota clarissima concentione in ore inpuri hominis inminens contionatast: huic ... uitae. Sedebat exanimatus: et is qui antea cantorum conuicio contiones celebrare suas solebat, cantorum ipsorum uocibus eiciebatur. Et quoniam facta mentio est ludorum, ne illud quidem praetermittam, in magna uarietate sententiarum numquam ullum fuisse locum, in quo aliquid a poeta dictum cadere in tempus nostrum uideretur, quod aut populum uniuersum fugeret aut non exprimeret ipse actor.' Schol. Bobiens. 'togata] Afranii scilicet, quo in tempore gloriatur tantum populi fuisse consensum, ut et maledicis uocibus insectaretur et uotum suum de Ciceronis reditu fateretur.' Cantores de caterva, qui Graecis χορευταί, intellexit G. Hermannus opusc. I 298. 302; gregis vel catervae in exitu fabulae epilogum Fleckeisenus ann. philoll. 1875 p. 547 sqq., cui sententiae adversari videntur Ciceronis verba 'cum ageretur togata' et 'eiciebatur.'

haec *scripsi* huic *ω* tite (uitae *Bern.*) tua *ω* hinc discitote *vel* haec intueto *Bue senarios dimensus a cantico scil. alienos. Ipse olim audacius* haec, taeterrime, Tua póstpr. a. e. ⟨malae⟩ uitiosae u. *conieceram. Septenarios trochaicos alii:* ⟨spéctatores,⟩ hinc conicite p. atque e. | uítiosae uitae ⟨atque⟩ *Fleckeisenus* huíc licet tua ⟨exaequare⟩ *e. q. s. Kochius* ⟨spéctatores, em⟩ uidete *e. q. s. G. Loewe ann. philoll.* 1875 *p.* 856

IV

Ne ego íllos uelitántis auscultó lubens.

Nonius 246, 15 'auscultare, audire.'

uelitantes *Junius* ueltantis *ω* lubens $H^2$ *mg.* libens $L^1$ liuens $GH^2P^1$ liues $H^1$

V

Offéndit fregit rúpit icit póculo.

Nonius 124, 5 'icit significat percutit, ab ictu .... Afranius Simulantem: offendit' e. q. s. (Simulante Bentinus)

*In* simulantem *titulo* me *latere potest, sed vide coroll.* LXXV fregit *scripsi* regit ω frangit *Junius* fligit *x* rupit *scripsi* rumpit ω

VI

Vellem ínteruenissem ánte; nam ut signa índicant,
Hi cóniecere uérba inter sese ácrius.

Nonius 267, 27 'coicere est iacere ... Afranius Simulante: uellem' e. q. s.

1 signant *GH*[1]*P* 2 conicere *W* coniacere *GH* coniaecere *L*[1] sese *Junius* se ω

VII

Nolí, mea mater, mé praesente cúm patre
Coícere. — Non, si noénu uis, ⟨o⟩ mél meum.

Nonius 267, 32 'coicere, confligere certare.'

1 noli, mea *Neukirchius* nolim ω noli *Mercerus* te nolim *Bothius* me] nae *B* 2 si noenu uis, o *scripsi.* sine nouis *BGH*[1] non uis (*om.* non sine) *L* sinen quis *P* sine non (non* *W*[1]) uis φ si me uiuum uis *Mercerus* si mori me non uis *Neukirchius* si tute non uis *x*

VIII

Me míseram! numero ac néquiquam egi grátias.

Festus p. 170 M. 'Panurgus Antonius haec ait: numero nimium cito, celeriter nimium — — Afranius in Simulantē emisera numero' e. q. s.

(in Simulante) me miseram *H. Keilius* (in simulantē) emisera *cod.* ei misera *Augustinus* nequicquam *cod.*

IX

Vtí seruorum cáptus est, facíllime
Domo átque nostra fámilia protrúditur.

Donatus in Ter. adelph. III 4, 34 'ut captus est seruorum] id est, ut se habet conditio seruorum. Afranius in Simulante: ut is' e. q. s.

1 uti *scripsi* ut his *Dresd.* ut is φ captis *Dresd. Lugd.* 2 protruditur *an* prouerritur (*cf.* 64) *scribendum sit dubito* prouenditur ω uenditur *Afranio non convenire docuit Lachmannus in Lucr.* 121

## SORORES

I

At púer est uescis ínbecillus uíribus.

Nonius 187, 3 'uescum, minutum obscurum (obstusum x) . . . Afranius in Sororibus: at' e. q. s. Philargyrius in Verg. georg. III 175 'uescas, teneras et exiles. nam uescum apud antiquos significabat macrum, et quasi quod escam non reciperet. Afranius in Sororibus: at puer' e. q. s.

an *Philargyrius* uescis *Nonii* ω uescus *Philargyrius* inbecillis *EFH*[1] *Nonii*

II

Nunc se óbsequentem atque hílare dixi praébeat.

Charisius p. 180 P. 'hilariter ab eo, quod est hilaris, hilare autem ab hilarus, ut Helenius Acron in Terenti adelphis ... sed et Afranius in Sororibus: nunc' e. q. s.

se *cod.* te *Fabricius, Bentleius in Ter. ad. II* 4, 23 hilare (*ut test. Acron*), *sc. obsequentem, Neukirchius* hilarem *cod.* hilaram *Bentleius. Cf. Lachmannus in Lucr.* 139 ut dixi *Fabricius, Bentleius* edixi *Maehly: sed cf. coroll.* LXXV dictis *Bue* praebeat *Lindemannus* praebeas *cod., Fabricius et Bentleius*

## SVSPECTA

Non adulescenti, sed adulescentis causa (I VI VII), si quid video, patri suspecta inducitur.

I

Ita ut huíc ero adulescénti, cui suspício me trádidit,
Qui mísere est animi exércitus.

Nonius 6, 8 'exercitum dicitur fatigatum, dictum ab exercitio ... Afranius Suspecta: ita' e. q. s.

1 ita] fida *aliquando volebam in trochaeis, et certe* fida *vel simile quid in sententia alicubi locum invenire debuit* ut. (*erasa litt.*) *H* aut *L*[1] suspicio me *conieci* suspicium ω suspectam

*vel* suspectum *Bothius*: *illud fuit cum probarem.* suspirium *Aldina* suspicionem *Neukirchius* supplicium *Madvicus* tradidi *Neukirchius* cui suspicio in me iram indidit *violentius videtur.* cui s. Curás dedit *in senariis Bue* 2 et qui *Neukirchius* misere *Fruterius*, *Bue* me ∞ mei *vel* med *Palmerius* nunc est *vel* meast causa *temptabam* exercitur $L^1$

II

Tamen ánimo ordire opórtet minime paúlulo ⟨rem⟩ paúlulam.

Nonius 39, 23 'ordire est ponere (promere x) incipere. Accius ... ordibor ... Afranius Suspecta: tamen' e. q. s. (ordiri $Ba^2F^2H^1$)

a minimo (*om.* tamen) *Bue* ordiri $F^2H^1L$ oportet minime *scripsi* oportet me (me oportet *Vrbin.* 307) ∞ paula paululum (paulum *P*) ∞ pausa p. *Bothius* in re paulula *vel* rem paululam *Bue* tamen a. o. o. paulo paulula *vel* tandem, anime, o. o. in re paulula *conieceram*, *in quibus* anime *Bothius praeiverat*

III

Perfálsum et àbs te créditum numeró nimis

Festus p. 170 M. 'Panurgus Antonius haec ait: numero nimium cito, celeriter nimium — — Afranius in Suspecta: perfalsum et abs te c. n. nimis, celeriter.'

IV

Nóli ex stultitiá multarum crédere esse animúm meum.

Nonius 519, 18 'ueterum memorabilis scientia paucorum numerum pro bonis ponebat, multos contra malos appellabant .... Afranius Suspecta: noli' e. q. s.

censere et arbitrari *post* stultitia *add. Ba aperto glossemate*

V

. . uiden tu láuere lacrimis mé tuum collúm, pater?

Nonius 466, 29 'lauare cum sit eluere et emaculare et aquis sordida quaeque purgare, uetustatis auctoritas posuit etiam polluere .... Afranius Suspecta: uident ut' e. q. s. (anguinius $L^1$) Idem 504, 15 'lauere inde tractum est ... Afranius Suspecta: uident' e. q. s.

uiden tu *Mercerus* uident ut *ω p.* 466 uident *ω p.* 504, *nisi quod* uiden *ms. Fabri utroque loco*: *cf. in Accii v.* 303 *Ba*    largis lacrimis *Kochius*    tuum *Junius* tum *ω p.* 504 tu *ω p.* 466

VI

Nón amatorem, ólim defensórem uti pereám uolet.

Nonius 358, 6 'olim temporis futuri ... Afranius Suspecta: non' e. q. s.

nunc *Mercerus*, *fort. recte*    amatorum *BGH*[1] materem, *corr.* amaterem, *L*    defensorem *ed. a.* 1498 defensore *H*[2]*LW* defensor *BGH*[1]    uti *scripsi* ut *ω*    peream *L?* per eum *φ* perdam *vel* prodam *conieceram* peream, me *x*    núnc amatore, o. defensore uti (= χρῆσθαι) per eum u. *Bue*

VII

Vt me ésse in hac re dúcat abs te extrárium.

Nonius 103, 10 'extrarium, quasi alienum.'

VIII

Ádeo út te satias cáperet toti fámiliae.

Priscianus p. 694 P. 'ipsi pro ipsius Afranius in Homine ... toti' (totae Vossius) 'pro totius idem in Suspecta: adeo' e. q. s. Idem p. 717 P. 'quamquam inueniantur apud ueteres et nominum modo declinata' (unus ullus nullus solus totus alius) 'id est genetiuum in i, et datiuum in o desinentia. Nec solum haec, sed omnia quae simili declinatione proferuntur, sicut iam in superioribus ostendimus ... Afranius in Suspecta: adeo ... familiae, pro totius.'

toti ≡ *Barb. p.* 717 tote *Carolir. alter* totae *Darmst. c p.* 694, *Carolir. p.* 717 *cum aliis deterr.*

IX

Tuam máiestatem et nóminis matrónae sanctitúdinem

Nonius 174, 8 'sanctitudo pro sanctitas ... Afranius Suspecta: tuam' e. q. s.

X

. in Hortinos iám quantum pote éxplodam hominem, ut uílicetur.

Nonius 186, 3 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse . . . Afranius Suspecta: in' e. q. s.

Hortinos *quamquam a Bergkio opusc.* I 388 *adnot. spretum posui, quia a librorum certe memoria proxime abest: ceterum res incertissima.* horpinos ꝏ Orpinos *Mercerus* Arpinos *Aldina* Hirpinos *Passeratius* Norsinos, *i. e.* Nursinos *Bergkius* Nortinos *Bue Vmbr.* 102, *quod praeplacet* *Supplendo initio multa (e. c.* pol, ego, nam) *apta sunt: nil septenario iamb. deesse visum Studemundo* pote $L^1$ potest *Vrbin.* 308 potes ꝑ potis *Neukirchius* explotam $F^1L$ uilice *FL*: *an* uilicet?

## TALIO

Vos quíbus cordi est intrá tunicam manus láeua, [at]
dextra in eríle penum

Priscianus p. 659 P. 'hic et haec et hoc penus, et hoc penum .... Afranius in Talione: uos' e. q. s. (taliane, corr. m. pr., Reg. talione, i corr. in e, Barb. taleone Halb. Grut. Bong. Carolir.) Idem p. 718 P. 'hoc penum etiam Afranius protulit: in penum erile.' Eadem habet anon. Bern. in Hageni anal. Helv. p. 103, 17.

dextra *Reg.* in] intra *Grut.* in erile penum *scripsi, ut anapaesti fiant.* in (intra *Grut.*) penum (paenum *Reg.*) erile (*vel* herile) ꝏ in penum erilem *Leo Pl. F.* 277 *contra Prisc. test.* altra in penum erile *Bue: cf. coroll.* LXXVI Vŏs quíbus cordi est íntra tunicam laeua, dextera in penum herīle *octonario trochaico Munkius et Neukirchius*; *item* uos . . . tunicam laeua, dextra intra penum Erīle *Hertzius.* uŏs . . . tunicam manus laeua, at dextra in p. Eríle *olim dederam*

## TEMERARIVS

quis hic est símia,
Qui me hódie ludificátus est?

Charisius p. 84 P. 'simiam auctores dixerunt etiam in masculino, ut Afranius in Temerario: quis' e. q. s.

## THAIS

Thais (Menandri?)

I

'Eaque ferme sé dedere mélius consultóribus
Quám restrictim cógitata atque ómnibus ratiónibus

Nonius 516, 8 'restrictim pro restricte. Afranius Thaide: eaque' e. q. s.

1 que *P* quae *φ* ferme *H¹L¹P* firme *φ* se dedere *Fruterius*, *Bue*: *cf. coroll.* LXXVI *sq.* sedere *ω* cedere *anon. ap. Quicheratium* 2 atque *Ba* utquae *HL* utque *W* ut *P*

II

Maiórem laudem quám laborem inuénero.

Ausonius Technopaegn. XII praef. 'scio mihi apud alios pro laboris modulo laudem non posse procedere: quam tamen si tu indulseris, ut ait Afranius in Thaide, maiorem' e. q. s.

TITVLVS

'Adpetis dominátum demens praémature praécocem.

Gellius XII, 8 'cum significandum autem est coactius quid factum et festinantius, tum rectius praemature factum id dicitur quam mature: sicuti Afranius dixit in togata, cui Titulus nomen est: adpetis' e. q. s. 'In quo uersu animaduertendum est, quod praecocem inquit, non praecoquem: est enim casus eius rectus non praecoquis, sed praecox.' Eadem fere Macrobius Sat. VI 8, 13. titulus Omen haud displicet Iano, unice verum esse tam confidenter quam inprudenter adfirmat Bergkius opusc. I 410: cf. coroll. LXXVII Titulus (sc. 'tabula auctionis') et Auctio eiusdem fabulae nomina videntur Io. Val. Franckio. Pauli de titulis ex Festo excerptum p. 366 M. 'tituli milites appellantur quasi tutuli, quod patriam tuerentur, unde et Titi praenomen ortum est' conferri iussit Thysius.

demens] ueteris *Par. Macrobii, ut* Veneris *subesse suspicari possis*

VIRGO

I

ferme uírgini
Iam créscit uterus tám quam grauidae múlieri. —
Molucrúm uocatur, tránsit sine dolóribus.

Festus p. 141 M. 'molucrum non solum quo molae teruntur dicitur, id quod Graeci μυλήκορον appellant, sed etiam tumor uentris, qui etiam uirginibus incidere solet, cuius meminit Afranius in Virgine: ferme' e. q. s. Pauli Festus p. 140 M. 'molucrum ... Afranius: uirgini, inquit, tam' e. q. s. Cf. Vseneri prooem. Gryphisw. 1866 aest. p. 8.

2 iam crescit uterus tam quam grauidae mulieri *scripsi.* tam crescit uterus quam grauidae mulieri *Paulus* tanquam grauidae mulieri *Festi cod.* tam crescit uterus quam grauidulae mulieri *O. Muellerus* 3 *Alteri personae tribui*

II

uerbis paúculis
Respóndit tristis uóce deductá ⟨mihi⟩,
Altéque se conquiésse dixit.

Macrobius Sat. VI 4, 12 'deductum pro tenui et subtili eleganter positum est. Sic autem et Afranius in Virgine: uerbis' e. q. s. Vitiata virgo narrasse dicitur, per altum somnum sibi vim inlatam esse, fere ut Pamphilae in Eunucho evenit.

2 ** deducta (*eras. ut vid.* in) *Par.* mihi *Bothius, om. libri, sed latere in sequenti* m *littera conicio* 3 alteque *Borb.* malleque *ceteri libri* conquiesse *scripsi* (*idem Fruterius coni.*) *tribus syllabis pronuntiandum* (*cf. ad Ennii trag.* 137 *adn.*) non quiesse *libri*, *sed* quieuisse *Par. a Borb.* deducta male Se non quiesse dixit *Bentleius* *Librorum auctoritatem tenet Bue*

III

. . . . ní ueniret quód nunc agitur ín solum.

Nonius 124, 20 'insolum, insolitum. Afranius Crimine [I] idem Virgine: ne' e. q. s.

ni *scripsi* ne (*om.* $F^1$) ω ueneret *P* nunc *Junius, om.* $FH^1L$ num $EH^2PW$ non *Vrbin.* 307 ne uenerit quod non agetur in s. *Bue*

IV

Aliís de rebus, ní qua coepistí super

Festus p. 305 M. 'super significat quidem supra — — uerum ponitur etiam pro de, Graeca consuetudine, ut illi

dicunt ὑπέρ — — Afranius in Virgine:' (uirginē cod.) 'alis' e. q. s.

aliis *Stephanus* alis *cod.* ni *Neukirchius* in *cod.* nec *O. Muellerus* sin *Bue* *Sententia haec: 'aliis de rebus quibuslibet loquere, modo ne de hac qua super coepisti loqui.'*

V

Quo tú conmetas? — 'Vbi confixus désides?

Nonius 89, 33 'conmetare, conmeare ... Afranius Virgine: quo' e. q. s.

*Personas distinxit Bothius* defixus *Bentleius in Ter. heaut. III* 1, 35, *qui interrogari intellexit*

## VOPISCVS

Cf. Plinius n. h. VII 10 'uopiscos appellabant e geminis qui retenti utero nascerentur altero interempto abortu' (de praen. 4). Geminum partum conceperat puella quaedam, quorum altero interempto abortu (I) ne vopiscum quidem sustulerat pater (II). Eum autem iam culpae paenitet (VIII), sed nuptiae, ut videntur, cum alia condictae (VII) prohibent quo minus reducendi illam desiderio satis faciat (V). Contra ab altera parte exponendi infantes ratio graviter defenditur (XI) maiorumque exemplis adulescenti honestius commendatur coniugium (XII). Praeterea mulier ex earum genere, quales Emanc. XXII tanguntur, imperiosa (XVII. XIX) anusque adulescentis amorem captans (XX. XXI) inducitur. Nec desunt parasiti (XIV), ancillae (XXII), servi (XXIII. XXIV) partes sollemnes. (Similia tamquam sua exposuit x in ed. Nonii II p. 121.)

I

Consédit uterum, nón ut omninó tamen

Nonius 230, 1 'uterus ... neutro Plautus ... uterum dolet. Turpilius ... uterum cruciatur mihi. Afranius in Vopisco: sedit' e. q. s.

consedit *Bue praeter alios* sedit *ω* uterum *pro accusativo graeco habeo. Conicìebam praeterea* sedauit

II

Nón dolorum pártionis uéniet in mentém tibi?
Quós ⟨ne⟩ misera pértulisti, ut pártum proicerét pater?

Nonius 217, 29 'partitudo et partio feminino . . . Afranius Vopisco: non dolorum' e. q. s.

1 uenit *malim* 2 ne *Bue*, *om.* ω tu *Hermannus* tum *Scaliger* miserula *Bothius* misella *x* partum **ut** *tacite Onions* patri *Vrbin.* 308

III

'Amentes, quibus ánimi non sunt íntegri, surde aúdiunt.

Charisius p. 194 P. 'surde.' Cf. Menandri *Ἀνεψιῶν* I: *φύσει γάρ ἐστ' ἔρως Τοῦ νουθετοῦντος κωφόν· ἅμα δ' οὐ ῥᾴδιον Νεότητα νικᾶν ἐστι καὶ θεὸν λόγῳ.*

amãntes *cod.* amentes *ed. pr.* amens es *Bothius* nám amantes *conicias*

IV

. . quasi uerbum fécerim de isto út pote.

Charisius p. 198 P. 'utpote; Lucilius tertio * Plautus uero . . . et pro uerbo posuit: non enim pote . . . Afranius in Vopisco: quasi' e. q. s.

utpute *cod.*

V

Quo cásu cecidit spés reducendí domum
Quam cúpio, cuius ego ín dies impéndio
Ex désidério mágis magisque máceror.

Charisius p. 182 P. 'inpendio. Afranius in Vopisco: quo casu cecidit' e. q. s. (sic Putschius. uopisc.... cas cecidit cod. uopisco cecidit ed. pr.)

2 impedio *cod.*

VI

. . . quia scit me íllam amare pérditim.

Charisius p. 191 P. 'perditim.'

VII

Igitúr quiesce, et quóniam inter nos núptiae
Sunt díctae, parcas ístis uerbis, sí placet.

Nonius 280, 23 'dicere etiam promittere ... Afranius in Vopisco: igitur' e. q. s.

1 quiesce et *Lipsius* quiescet ψ quiesce *A M* 2 dictae *suprascr. L*

VIII

Voluptátem capio máximam, cruciári tua te cúlpa,
Qui dé te et de illa péssime, quam déamas, promerére.

Nonius 97, 22 'deamare, uehementius amare.'

1 uoluptatem *Vrbin.* 307 uoluntatem φ te tua *tacite Onions* 2 de te *Scaliger* det (*in ras. W*) ω pessime *Palmerius* pessima ω promere *L*

IX

Di tíbi dent propria quaécumque exoptés bona.

Nonius 362, 14 'proprium rursum significat perpetuum .... Afranius Vopisco: dii' e. q. s. Comparavit Schneidewinus Homericum versum: **σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς.**

propria dent *A*

X

. . sinunt di et pórro passurós scio.

Charisius p. 190 P. 'porro ... pro longius. Afranius in Vopisco: sinunt' e. q. s.

et nunc *supplendum esse monuit Bue* sinunt di et *cod., om. ed. pr.*

XI

Antíquitas peténda in principio ést mihi:
Maióris uestri incúpidioris líberum
Fuére.

Nonius 496, 3 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali .... Afranius Vopisco: antiquitas' e. q. s. Prologo adscribit F. Marx.

1 repetenda *Bothius* spectanda *x* 2 *Nominativorum formas* maioris ... incupidioris *mutare nolui.* cupidioris *Colb.*

XII

eius te súscitat
Imágo, cuius effígia, quo gnatú's patre.

Nonius 493, 1 'effigia pro effigies.'

1 eius *Bothius* cuius ω, *def. Bue* 2 quo gnatus *Ba*$^{2}$*C* *Leid.* 116 quodnatus *Ba*$^{1}$ conatus *P*$^{1}$ cognatus φ eius te suscitet Imago, cuius effigia es, quo natus, patris! *Bothius* *Fortasse sic scribendum*: non *vel* nonne eius te suscitat Imago, cuius effigia es, quo gnatu's patre?

XIII

memini mémoriter.

Charisius p. 89 P. 'memoriter ex eo fit, quod est memor, memoriose' (immo 'memorior') 'non dicimus nec memoriosius: non habet enim comparationem. Cicero ... et Afranius in Vopisco: memini memoriter, ut Romanus refert in libro de aduerbiis sub eodem titulo.' Idem p. 184 P. 'memoriter.'

XIV

équidem te numquám mihi
Parasítum, uerum amícum aequalem atque hóspitem
Cotídianum et laútum conuiuám domi

Nonius 235, 22 'aequales sunt similes et ex aequo.' Idem 337, 20 'lautum, elegans suaue ... Afranius Vopisco: equidem' e. q. s.

1 et quidem ω *p.* 235 ea quidem *L*$^{1}$ *p.* 337 nunquam acciui mihi *Bothius: supplendum sane* habui *vel simile quid* 2 rerum *H*$^{2}$*P*$^{3}$*W* 3 conuiuam *ed.* 1476 conuiuium (conuium *G*$^{1}$) ω *p.* 235 et conuiuium ω *p.* 337 (*nisi quod* lautum et *om.* *BG*)

XV

. . . . etením cottidiáno in rebus máximis
Propósitis qui noenúm potest quin meó sit nixus
nómine.

Charisius p. 177 P. 'cotidiano.'

1 et énim *Leo Pl. F.* 304  2 qui propositis *cod.*, *transposui.* qui praepositis *ed. pr.*  noenum *scripsi* nc̄, *i. e.* nunc *cod.*  quí p. non *Bue*  quin *scripsi* qui *cod.*

XVI

Homo múlierosus cónferet me alio ílico.

Nonius 28, 25 'mulierosi dicti mulierum appetentes.'

conferet me (*an* se?) alio ilico *conieci* confert me ilico alio ω alio confert me illico *Bothius* confert alio me ilico *Quicheratius* confert mé alio ílico *Bue*

XVII

Dum ⟨mé⟩ morigeram, dúm morosam praébeo,
Deinde áliquid dedita ópera controuérsiae
Concínno, laedo intérdum contuméliis.

Nonius 433, 28 'morata, quod est morigera, et morosa hanc habent distantiam, quod morosa est contrariis et peruersis moribus.' ('morata est morigera' inter 'quod' et 'morosa' inserit x) Idem 529, 6 'quotiens genere neutro plurali numero opera legerimus, significantur fabricae ... cum genere feminino numero singulari, intellegendum aut opus uel labor pro mercede sumpta ... Afranius Vopisco: deinde ... concinno.'

1 me *Passeratius*, *om.* ω  2 aliquid] id (*om. Colb.*) quod ω *p.* 529  controuersia *Ba p.* 529  3 eacinno *Ba p.* 529

XVIII

. . tumultuóse et cunctis cópiis

Charisius p. 197 P. 'tumultuose.'

XIX

Exclúdat uxor tám confidentér uirum?
Non fáciet.

Nonius 262, 16 'confidentia rursum temeritas, audacia .... Afranius Vopisco: excludat' e. q. s.

2 faciat W[1]

XX

Si póssent homines délenimentís capi,
Omnés haberent núnc amatorés anus.
Aetás et corpus ténerum et morigerátio,
Haec súnt uenena fórmosarum múlierum:
Mala aétas nulla délenimenta ínuenit.

Nonius 2, 2 'nam aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ... Afranius Vopisco: si possent' e. q. s. Cf. Menandri fr. 646 K.: *ἓν ἔστ' ἀληθὲς φίλτρον, εὐγνώμων τρόπος. Τούτῳ καταχρατεῖν ἀνδρὸς εἴωθεν γυνή.* Addit Leo Pl. F. 130 Tibulli I 5, 43 Ovidii medic. 43 Eurip. Andr. 207

1 si] in $F^1$  delinimentis *Ba*  3 tenerumst *x*, *de quo iudicat Bergkius opusc.* I 398: *cf. coroll.* LXXVII  morigeneratio *Ba H*  5 *Personam mutat Quicheratius, qui antea multa coniecerat*  delinimenta *Ba*

XXI

ápage sis:
Dirám tuam animam in náribus primóribus
Vix pértuli edepol.

Nonius 427, 33 'primores summae quaeque res ... Afranius Vopisco: apage' e. q. s.

2 diram tuam animam *scripsi* cliuamtum animum *ms. Victorii* (*quamquam* cliuumtum *indicat Quicheratius*) *et*, *scr.* u *super* a *in* cliuam, *W* cliuum tum animum φ cliuum tuum: animam *Bue conl. Petron.* 62  apáge te sis: olidám tuam animam náribus p. *Bergkius* apáge sis, odium: túam animam in n. p. *cum hiatu Studemundus*: *cf. coroll.* LXXVII *sq.*  3 edepol $H^1$ etepol φ

XXII

nóui non inscítulam
Ancíllulam, uestrae híc erae uestíspicam.

Nonius 12, 17 'uestispici appellabantur uestium custodes serui, quod frequenti diligentia uestis inspiciant. Plautus Trinummo ... uestispici, unctor, auri custos. Afranius Vopisco: noui' e. q. s. (Deest hoc exemplum in Bamb.)

1 inscitulam *Gulielmius et Fruterius* inscituram (*vel* instituram) ω 2 ancillunam $H^1$, *unde* ancillulam unam *olim Onions* uestrae hic (*vel* hinc) erae *conieci* (*in datiuis synaloepha caret offensione*: *cf. Leo Pl. F.* 327) uespere et ψ, *del. Duebnerus* ueste et *Vrbin.* 307, *in quibus* ues *syllabam olim pro dittographia habebam.* uestiplicam *et Bothius* nóui non inscitam ancillam uespere et uestispicam *Roeperus*, *eadem fere, sed* uestrae erae et u. *Bue*: et *certe abundat*

XXIII

male meréntur de nobís eri,
Qui nós tanto opere indúlgent in puéritia.

Nonius 502, 10 'accusatiuus pro datiuo ... Afranius Vopisco: male' e. q. s.

2 nos *Bentinus* non ω

XXIV

Tandem út possimus nóstra fungi múnera.

Nonius 497, 28 'accusatiuus uel nominatiuus pro ablatiuo ... Afranius Vopisco: tandem' e. q. s.

possumus *Ba*

XXV

tu flagriónibus

Nonius 28, 29 'flagriones dicti serui, quod flagris subiecti sunt, ut uerberones a uerberibus. Afranius Vopisco: tu flagrionibus. Priuigno [XIII].' Excidit post 'flagrionibus' cum ceteris Afranii verbis et novum lemma et nomen Afranii.

flagrioni nubes *Maehly*, *sed pluralem numerum indicat lemma*

XXVI

Tíntinnire iánitoris ímpedimenta aúdio.

Nonius 40, 14 'tintinnire dicitur sonare, unde et tintinnacula' ('tintinnabula' Junius) 'sunt appellata.' Festus p. 364 M. 'tintinnire est apud Naeuium [com. 114] hoc modo ... et apud Afranium: ostiarii impedimenta tintinnire audio' memoriter vel ex interpolato fonte.

XXVII

Hém quid hoc? perií, pertimui: quíd tumulti exaúdii?

Nonius 490, 1 'tumulti .... Afranius Vopisco: hem' e. q. s.

XXVIII

Quánta hic uociferátione fértur: ei miseraé mihi!

Nonius 503, 21 'feruitur aeque pro feruetur.' (pro feruetur Ba, Rothius pro feruit HW pro feruitur Leid.) Corrupto textu usus videtur glossator.

quanta hic *scripsi* quanti *ω* quanta *Bentinus* fertur: ei *scripsi* feruitur ei *Nonius*, *cui si fides habetur*, ei *delendum*. feruit: ei *Bothius*, *et videtur haec quoque lectio antiqua fuisse*

XXIX

Praeféstinamus quaé sit causa scíscere,
Quod sít necessum scíre, praesertim ín breui

Charisius p. 186 P. 'necessum. M. Cato ... necessum Afranius in Vopisco: praefestinamus' e. q. s.

2 praesertim] proferte *Bue*, *post* sciscere *gravius interpungens*

XXX

Vbi quíd repentino húius consimile áccidit.

Charisius p. 193 P. 'repentino pro repente ... Afranius in Emancipato [X] idem in Vopisco: ubique' e. q. s.

ubi quid (*sic etiam Kochius*) *vel* cui *conieci* ubique *cod.* tibique *Bue* cum simile *ed. pr.*

XXXI

. id est intus áctum: periit ópera ni mirúm meae
'Ex animo fidélitatis.

Nonius 110, 1 'fidelitatem, id est fidem ... Afranius Vopisco: id' e. q. s.

1 *Potest vel ab initio* si *suppleri vel* idne *scribi*, *nisi forte aut* pridem est intus actum *aut* si ille est intus, actumst

*praestat* id enim si intus actum *Hermannus*. *Septenarios iambicos* ⟨utque íta⟩ id est i. a. | Perit *e. q. s. discribit Bue* periit *Vrbin.* 307 perit *φ* 2 mea ex animo *Hermannus* mea ea animo *Vrbin.* meaeaaio *EH*[2]*L*[1]*PW* meae accio *FH*[1] meae actio *L*[2]

XXXII

Quaéque nunc offéndo semper prócul ⟨a⟩ nostra sínt mala.

Nonius 146, 32 'offendo, offenso.' (sic Montisp. Oxon. 'offensio' ceteri)

quaeque *vel* quodque *conieci* quoque *ω* semper *Bothius* sepae *L*[1] saepe *E* sepe *φ* ab aede *Mercerus* sint *EF*[2]*H* sit *F*[1]*L W* malum *conieci*

XXXIII

nam nutricatur [oliua]

Nonius 478, 25 'nutritur et nutricatur pro nutrit et nutricat . . . Afranius Vopisco: nam n. oliua.' Vltimum hoc pertinere ad Vergilii ge. II 425 exemplum 'nutritor oliuam' quod exciderit suspicatus est Quicherat.

num *H*[1] nutricatur *ed. pr.* nutricator *ω*

EX INCERTIS FABVLIS

I

. . . tugúrium est turpe

Festus p. 355 M. '[tugu]ria a tecto appellantur . . . . . . . . . . . . sordida. Afranius in V . . . . . . . . . . . . tugurium est turpe.' Sive Virgini sive Vopisco tribuendum.

sordidum *supplevit Vrsinus* est *cod. An* et?

II

Priapus

nám quod uulgo praédicant
Auríto me parénte natum, nón ita est.

Macrobius Sat. VI 5, 6 'auritos lepores non Maro primus

usurpauit, sed Afranium sequitur, qui in prologo ex persona Priapi ait: nam' e. q. s.

III

Cum ad méd expiras ét fabellare íncepis,
Ex óre mi oculis tuí bibones ínuolant.

Isidorus Orig. XII 8, 16 'bibiones sunt, qui in uino nascuntur, quos uulgo mustiones a musto appellant, unde Afranius: ad' e. q. s. (bibones, suprascr. i m. 2, Monac. musciones Wolfenb. Mon.) Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 67 'hic bibo, nis ·i· ille qui multum bibit, et plur. bibones, um ·i· uermiculi uinum supernatantes, unde Afranius: cum ad me' e. q. s. (ibidem p. 77 'bibones qui multum bibunt .. bibiones, uermiculi qui supernatant uinum') Cf. Vopisc. XXI Consobr. II Menandri Θετταλή III (fr. 229 K.): ὄξεις, ἱερόσυλ', οἶνον πολύ.

1 cum ad med expiras et *scripsi* cum ad me expectas et *Isidori Monac.* cum a me expectas et *Wolfenb.* cum a me expectas set *German.* cum expectasset a me *Par.* 10291 (*quibus hic ordo* cum expiras ad med et *traditur*) cum ad me expectas, *om.* et, *thesaurus* ad me cum spectas et *Grialius* fabellare *scripsi* fabolare *Isidori Wolfenb. Monac.* fabulare φ eloqui *thesaurus* fabularique *Grialius* incepis *German.* incipes *Wolfenb. Monac.* incipis *Par.*, *om. thesaurus* 2 mi oculis tui (*vel* tuo) *scripsi* in oculis (ocolis *Wolfenb.*) tuis (*m.* 2 *suprascr. Monac.*) *Isidori* ω in oculos tuos *thesaurus* in oculos tuo *conieceram. Cf. coroll.* LXXVIII bibiones, i *post. eras.*, *Monac.*, *illud fortasse rectius*

IV

uxórium istud tóxicum
Mittas

Festus p. 355 M. 'toxicum dicitur cerua[rium uenenum, quo] quidam perungere sagitta[s soliti sunt.] Caecilius in Gamo — — Afra ........... uxorium istud toxicum mit ...' (Affranius uxorium istud toxicum nec quidquam praeterea Vaticc. RS) Cf. Vopisc. XX.

2 mites ⟨habes | morés⟩ *prop. Bue*

V

Heú me miserum! — Dúm modo doleat áliquid, doleat quíd lubet.

Cicero Tusc. disp. IV 20, 45 'impunitas enim peccatorum data uidetur eis, qui ignominiam et infamiam ferunt sine dolore: morderi est melius conscientia. ex quo est illud e uita ductum ab Afranio: nam cum dissolutus filius: heu m. m. tum seuerus pater: dum' e. q. s. Ibidem 25, 55 'at commode dixit Afranius: dum' e. q. s. 'dixit enim de adulescente perdito ac dissoluto.' Idem epist. ad Att. XVI 2, 3 'sed tamen dum modo doleant aliquid, doleant quidlibet.'

*Vno versu coniungi iussit Bentleius*

VI

tanne árcula
Túa plena est aránearum?

Festus p. 359 M. 'tanne eo usque, ut Aelius Stilo et Opilius Aurelius interpretantur. Itaque Afranius: tanne' e. q. s. Paulus p. 358 M. 'tanne eo usque. Afranius: tanne' e. q. s. Cf. Catullus 13, 8.

VII

pallam fác cito
Dé mensa et plagulám de lecto ⟨et⟩ péllis demitte órdine.

Nonius 378, 10 'plaga aliquando pars lecti, aliquando omnis . . . Afranius: palam' e. q. s.

1 pallam *Palmerius* palam *ω* fac cito *Neukirchius* facto *ω* facito *Bothius* 2 de mensa *scripsi* demea *ψ* demet *B G H*[1] demito *Junius* deme et *Palmerius* deme meam et *Neukirchius* Demea *Bothius* demas *anon.* demitte *Palmerius* dimitte *ω* ordine *ed. pr.* in ordine *ω* et plagulam lecto pellis d. o. *senarium metitur Ed. Becker*

VIII

'Accedo ad te, ut tíbi ceruicem . . fingam línteo.

Isidorus Orig. XII 6, 60 'spongia a fingere, id est nitidare et extergere, dicta.' (sfingere Wolfenb.) Cf. Cicero pro Sest. 35, 77 Cato de re r. 67, 2. Servius ad Verg. Aen. VIII 634 'Afranius: accedo ... linteo, id est extergam.'

*Primo pede mancum septenarium dimensus est Hermannus: ego quintum pedem (fortasse* et tergum) *excidisse statuo. An* ceruices? *Cf. Varro l. l.* X 78 *Quintil.* VIII 3, 35 sfingam *Wolfenb.*

IX

Inscríbat aliquis 'árse uerse' in óstio.

Pauli Festus p. 18 M. 'arseuerse auerte ignem significat. Tuscorum enim lingua arse auerte, uerse ignem constat appellari. unde Afranius ait: inscribat' e. q. s. Placidus in CGl. V 7 G. 'arseuerse prouerbium.' De Incendio cogitaveris.

arseuorse in ostio *Scaliger* in ostio arseuerse *Paulus*: *potest esse septenarii iamb. exitus*

X

Ego me ésse stultum exístimo, fatuum ésse non opínor.

Isidorus differ. 500 'quidam ueterum fatuum existimant, qui nec quod fatur ipse, nec quod alii dicunt, intelligat; stultum uero hebetiorem corde. unde Afranius: ego, inquit, me stultum . . . opinor: id est obtusis quidem sensibus, non tamen nullis.' Orig. X 246 'stultus hebetior corde, sicut quidam ait: ego' e. q. s. 'id est obtunsis quidem sensibus, non tamen nullis.'

esse *prius om. Isidori diff.*, *Monac. origg.*, *unde* ego memet *Spengelius* exęstimo *Paris.* 7582 *origg.* opino *Wolfenb. origg.*

XI

Nescío qui nostri míseritust tandém deus.

Gellius XX 6, 5 'inuenio . . non paucis in locis nostri atque uestri dictum; non nostrum aut uestrum . . . Terentius in Phormione . . . nostri nosmet paenitet. Afranius in togata: nescio' e. q. s. 'et Laberius in Necyomantia . . . nostri oblitus est. dubium porro, inquit, non est, quin eodem haec omnia casu dicantur: nostri oblitus est, nostri misertus est, quo dicitur mei paenitet, mei misertus est.' infra 11: 'cur igitur Terentius paenitet nostri, non nostrum, et Afranius nostri miseritus est, non nostrum?'

miseritust *scripsi* miseritus *ω*, *sed vide supra Gellii verba*

XII

. . non possum uérbum facere: obbrútui.

Pauli Festus p. 187 M. 'obbrutuit, obstupuit, a bruto, quod antiqui pro graui, interdum pro stupido dixerunt. Afranius: non' e. q. s.

*An* non úllum (*s.* unum) possum? *Cf. Ter. Andr.* 256 *et* 300. 411. 753 *adelph.* 135

XIII

. . mustriculam in déntes impingám tibi.

Pauli Festus p. 147 M. 'mustricula est machinula ex regulis, in qua calceus nouus suitur. Afranius: mustriculam' e. q. s.

caue ne *praemitti potest*

XIV

Indígnum uero téstu ⟨quod⟩ dicí solet

Charisius p. 118 P. 'testu, ut genu Flauius Caper ueteres ait uti solitos. Mummius . . . Afranius: indignum . . . testu. at Maro testam dixit.'

indignum uero dici solet testu *cod.*: *ad senarium redegi.* dicier testu solet *Bothius* reici t. s. *Bue*

XV

'Etiam quicquam egísti?

Servius in Aen. XI 373 'etiam . . . ponitur etiam pro nondum. Afranius: etiam q. e.'

XVI

Intér loquendum

Servius Lemovic. in Verg. ecl. 9, 23 'inter agendum, dum agis. et honesta locutio est, si dicamus: inter cenandum hoc sum locutus. Afranius: inter loquendum.'

XVII

coxéndice
Pergám ⟨remillo⟩

Festus p. 277 M. 're[millum dicitur quasi repandum.] Lucilius — et Afra . . . . . . . . . . . . . xendice pergam . . . . . . . . . . .'

XVIII

'Arquato medeór, ⟨solato⟩ . . . uertígini

Festus p. 301 M. 'solatum genus morbi maxime a rusticantibus dicitur, cuius meminit etiam Afrani .......... arquato med .......... tigine.'

*Laciniam quantum fieri potuit consarcinavi; si fabulae nomen apud Festum defuit, versus fortasse sic incepit:* solâto et arquató medetur ... uertigini. árquato medetur, solato, affecto (*aut* medeor, s., cruciato) uertigine *Bue. Cf. coroll.* LXXVIII

XIX

Festus p. 314 M. '[stipes fustis terrae] defixus: Afra .......... [p]orro honeste .......... ite hostium .......... oro fidem, qui ..... ..... eam siluam et' e. q. s. Plane incertum est quantum ex hac ruina pertineat ad Afranium. stipite ostium impulit Scaliger.

XX

Rutilia

Festus p. 262 M. 'Rutilium rufum significat, cuius coloris studiosae etiam antiquae mulieres fuerunt, unde traxerunt cognomina Rutilias, ut indicat frequenter Afranius.' Cf. Varro de l. l. VII 83 'rutilare est ab eodem colore; aurei enim rutili, et inde mulieres ualde rufae Rutilae dictae.' de praen. 7 'antiquarum mulierum .. praenomina fuerunt Rutilia' (sic Vatic. rutilla Torrenius rutila ceteri) 'Caesellia ... a colore ducta.' Rutilia nomen extat e. c. in CIL I n. 144, Rutila in CIN n. 5891

XXI

comptus

Pauli Festus p. 40 M. 'comptum Afranius pro ornatu et excultu posuit.'

XXII

num quis me quaésiit? —
Bóna fortuna.

Pompeius in CGL V p. 311 K. 'charientismos ... habemus etiam apud auctores hoc: ecce habemus in Afranio. interrogat seruum adulescens: numquis me quaesiuit?

et ille seruus respondet: bona fortuna, id est nullus, quasi rem duram dictu mitius dixit.' Charisius p. 247 P. 'charientismos est dictio per ea quae grata sunt aliud dicens aliud significans, ut cum interrogamus num quis nos quaesierit et respondetur bona fortuna, unde intellegimus nos neminem quaesisse.' Similia Diomedes p. 458 P., Donati ars in CGL IV 402 K., scheda Monacensis edita a Spengelio Philol XXI 122.

1 quaesiit *Par. P, Santen.* quaesiuit φ *Disposuit numeros x mus. Rhen.* 20, 374

XXIII

cupiluci*

Varro de l. l. V 25 M. 'extra oppida a puteis puticuli, quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius, ut Aelius scribit, puticulae quod putescebant ibi cadauera proiecta, qui locus publicus ultra Exquilias. itaque eum Afranius cutilucos in togata appellat, quod inde suspiciunt per puteos lumen.' (perpetuos F, corr. Grothius perpetuo Laetus cutilucos libri puticulos Laetus putiluculos B petilucos vel cupilucos conieci). Cf. Festus Pauli s. v. puticulos p. 216 M.

XXIV

nauci dare

Ausonius cent. nupt. praef. 'pro quo' (sc. centone) 'si per sigillaria in auctione ueniret, neque Afranius nauci' (naucum Salmasius) 'daret nec ciccum suum Plautus offerret.'

XXV

ipsissimus

Pompeius in CGL V 153 K. 'ea autem quae non sunt qualitatis et quantitatis, non recipiunt conparationem. Ne te decipiant illa Plautina et Afraniana uerba, ipsissimus; ioco comico hoc dixit. est etiam apud Graecos αὐτότατος tale. comica sunt ista et ad artem non pertinent.'

XXV[a]?

ieientare

Nonius 126, 10 'ieientare. Afranius *** ⟨Pomponius⟩ Buccone adoptato [IV] Plautus ... Afranius Crimine [III]' e. q. s. Fortasse supra quod legitur Afranii nomen errori debetur.

XXVI

Nonius p. 557, 14 in extremo libro, in capitis XIX 'de propinquitate' exitu post explicata nomina 'caesares agrippae uopiscus glos leuir fratriae amitini patrueles consobrini' haec addit: 'de quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus et maxime in Afranio et iuris uetustissimis scriptoribus.' Cf. Afranii Consobrini, Fratriae, Materterae, Mariti, Priuignus, Sorores, Vopiscus.

XXVII

Marius Victorinus in CGL VI 79 K. 'quod uero ad clausulas, id est minuscula cola, pertinet, quot genera uersuum sunt, totidem eorum membra pro clausulis poni possunt, et solent in canticis magis quam deuerbiis, quae ex trimetro magis subsistunt, collocari et praecipue apud Plautum et Naeuium et Afranium. nam hi maxime ex omnibus membris uersuum ⟨uelut⟩ colis ab his separatis licenter usi reperiuntur in clausulis.'

uelut inseruit Keilius

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

Seneca epist. 89, 7 'sapientia est quam Graeci σοφίαν uocant. hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur: quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus.' Cf. Afranius 299.

II

Servius Dan. in Verg. Aen. XI 160 'ueteres enim uiuendo uincere dicebant superuiuere . . . nam et

in togatis uictrices appellantur, quae uiros extulerunt.'

III

Donatus in Ter. eun. I 1, 12 'concessum est in palliata poetis comicis seruos dominis sapientiores fingere, quod idem in togata non fere licet.'

IV

Quis⟨nam⟩ íste torquens fáciem planipedís senis?

Quintilianus V 11, 24 'admonendum est rarius esse in oratione illud genus quod εἰκόνα Graeci uocant, quo exprimitur rerum aut personarum imago, ut Cassius: quis istam faciem lanipedis senis torquens.' Cassium Parmensem laudari suspicatur in indice Halmius; sed tragoediam certe iste versiculus non spirat. Immo Cassius Severus orator nobilissimus intellegendus, de quo vide H. Meyeri oratt. Rom. fr. p. 545 sq. Verba eius a Quintiliano laudata aut prosa sunt aut ex comoedia in orationem translata et versus ut fiat, ita transponenda ut indicavi.

iste *Burmannus* istam *ω* planipedis *Regius* lanipedi *Ambros. Bamb. m.* 2 lanipendi *Bamb. m.* 1 faciem torquens *Bue*

FABVLA ATELLANA

# L. POMPONIVS BONONIENSIS

## ADELPHI

. quód ille dicit, cúm datatim in lécto tecum lúsi

Nonius 96, 18 'datatim, id est inuicem dando .... Pomponius Adelfis: quod' e. q. s.

quod ílle *cum vulgo Bergkius*: *cf. coroll.* LXXIX quid ílle *x* dixit *Quicherat, fort. recte* lusimus *Guietus* lusitat *Onions* lusit *malim* lusi tecum *Vrbin.* 307

## AEDITVMVS

Quí postquam tibi appáreo atque aedítumor in tempĺó tuo,
Néc mortalis néc mortalium úllum in terra míseriust.

Nonius 75, 15 'aedituor, id est aedem tueor. Pomponius Aedituo: qui' e. q. s. Gellius XII 10, 7 'aeditumus uerbum Latinum est et uetus, ea forma dictum, qua finitimus et legitimus .... Pomponii fabula Atellania est, quae ita inscripta est: Aeditumus. In qua hic uersus est: [1].'

1 tibi *Gellius* ubi *Nonius* adpareo *L* apareo *H* aedituor *Nonius* tuo *om. Nonius* 2 mortalibus $F H^1 L$ immortalis *Bothius* ullum *om. W* ullo $F^2 H^1$ ullum, *i. e. quicquam, defendit Hauptius Herm.* IV 154 miseriu'st *Munkius* miserius est *ω* est miserius *Bothius*

## AGAMEMNO SVPPOSITVS

Ne quís miretur, cúm tam clare tónuerit,
Vt, sí quis dormitáret, expergísceret.

Nonius 473, 3 'expergisceret pro expergisceretur. Pomponius Agamemnone subposito: ne' e. q. s. Prologo tribuit Munkius p. 86.

1 miretur *ed.* 1476 miraretur ω cur *x*

## ALEONES

I

'Aleo ⟨non⟩ lúdam sane, ⟨né⟩ meae male olánt manus.

Nonius 147, 3 'olat pro oleat . . . Pomponius Aleonibus: aleo' e. q. s. (in lenonibus Vrbin. 307)

aleo, *i. e.* allio, ω: *cf. Plauti Most.* 45 *cum Gesneri quem Ritschelius laudat in script. r. rust. indice et Varro apud Non.* 201, 6 *nec non Lachmannus in Lucr.* 33 alea *Guietus* non *Bothius, om.* ω si *Onions* sanae *EFL* ne *Bothius, om.* ω olant *edd.* oleant ω

II

'At ego rusticátim tangam, ⟨nam⟩ úrbanatim néscio.

Nonius 166, 30 'rusticatim pro rustice.' Idem 409, 1 'tangere etiam circumuenire . . . Pomponius in Aleonibus: at' e. q. s.

ad $H^2LW$ *p.* 466, *L p.* 409 nam *Guietus, om.* ω

## ANVLVS POSTERIOR

Id crédo metuis né ⟨tibi⟩ inuidiaé siet,
Cum némo qui a te récipiat reperíbitur.

Nonius 508, 11 'repperibitur pro repperietur. Pomponius Anulo posteriore: id credo' e. q. s.

1 tibi *Bothius, om.* ω inuidiae siet *scripsi* inuidia (inuia $L^1$) desit ω inuidiae id sit tibi *Mercerus* inuidia inde sit *Bothius* inuidia desit tibi *Junius* 2 a *deleri voluit Passeratius* repperitur *Ba*

## ARMORVM IVDICIVM

9[1] Tum praé se portant áscendibilem sémitam,
Quam scálam uocitant.

Lactantius in Statii Theb. X 841 'gemina latus arbore clusus Aërium sibi portat iter] admirabilis periphrasis scalarum. Pomponius sane in armorum iudicio: tum ... uocant.' Abhorrere spondeos a primi p. Chr. saeculi arte iam A. Langius quaest. metr. p. 30 monuerat nec ipse tacueram: Pacuvio reddi voluit Bernh. Schmidt mus. Rhen. 16, 589 sqq. Ipse olim inter Atellanas reposui, mecum facit A. Dieterich Pulcinella p. 102.

2 uocitant *B. Schmidt* uocant *schol., quod si quis servare velit, trochaico numero priorem versiculum dimetiendum esse monet Schmidtius, ante quem grammatico, non poetae haec explicatio tribuebatur. De* scala *numero singulari cf. Quintilianus I* 5, 16

## ARVSPEX vel PEXOR RVSTICVS

bucco, púriter
Fac út rem tractes. — Láui iandudúm manus.

Nonius 516, 18 'puriter. Pomponius Aruspice uel Pectore rustico: bucco' e. q. s. (Pexore scripsi, idem esse Pectore sentit Bue conl. mus. Rhen. 45, 159 Pecore Hertzius ann. philoll. 1873 p. 339 Praecone Bothius Petitore Rothius Rectore Quicheratius) Ceterum cf. coroll. LXXIX.

1 furiter *Ba* $H^1$ $L^1$ *P* 2 ut rem *scripsi* uti *ω* ut te *Bothius* ut ista *x* tractis *W* Búcco, purité͂r fac tractes *continuat Bergkius* laui iam dudum *ψ* lauuan dunum *Ba*

## ASINA

### I

Atque aúscultare dísce, si nescís loqui.

Nonius 246, 16 'auscultare, audire ... Pomponius Asina: atque' e. q. s. (Asinaria Passeratius)

### II

Exílui de nocte ád molam fullónis festinátim

Nonius 514, 3 'festinatim pro festinanter. Pomponius Asinaria: exilui' e. q. s. De titulo dubitat Ritschelius Parerg. I 142.

exilui *BaH* exsilui *φ* ad noctem *Palat.* fullonis *Laurembergius* fullone *ω* fulloni' *x* festinantim *P*

## AVCTORATVS

### I

14/5 Neque enim égo sum Mémmi neque Cassí neque Munati 'Ebriae . .

Charisius p. 37 P. 'communia ex' (scr. 'et' ut apud Donatianum) 'masculino et feminino, ut adsecula conuiua. Pompeius in Auctorato (II). ebria masculino in eodem Pompeius: neque' e. q. s. Donatiani fragm. CGL VI 276 K 'communia et masculino et feminino, ut adsecla conuiua ebria ⟨conuiua⟩ feminino Pomponius in Auctorato [II]. ebria masculino in eodem Pomponius [I].' Memmii et Cassii memoriam Bue ex Plinii n. h. 21, 8, Munatii ex Sallustii bello Iug 27 sqq. repeti vult.

enim *om. Donatianus* ergo *eiusdem Vatic.* sum Memmi *Lindemannus* sum menni *Charisii cod.* sumēni *Donatiani Vatic.* sume ni *Ambros.* Cassia *Donatiani Ambros. Vatic.* Munatius *Donatiani Ambros. Vatic.* Ebriae *Lindemannus* ebrea *cod. Charisii* ebria *Donatianus* *Anapaestos ultimo pede deficientes indicavit Bue*, *trochaeos* néque enim sum Memmí neque Cassi néque ego Munati 'Ebriae *fecit x*; *senarios* néque e. e. Sum *e. q. s. ipse dederam, sed cf. Brugmanus p.* 31

### II

. póstquam conueni ómnis conuiuás meas

Charisius et Donatianus l. l. ad fr. I Priscianus p. 642 P. 'hic et haec agricola ...' conuiua. Pomponius in Auctorato: conueni' e. q. s.

conuenio *Charisii cod.* omnes *Charisii cod.* meos *Sang. Grut. Prisciani* postquam conuiuas omnes conueni meas *Bothius*

### III

Métuo illum: iocári nescit, lúdit nimium insániter.

Nonius 509, 30 'insaniter Pomponio auctore: metuo' e. q. s. (auctoro P) Priscianus p. 1010 P. 'Pomponius in Auctorato: ludit n. i. pro insane.'

iocari *H? W* locari *φ*

### IV

Occídit taurum tóruiter, me amóre sauciáuit.

Nonius 516, 13 'torbiter. Pomponius Auctorato: occidit' e. q. s. Spectaculi amphitheatralis meminit mulier. Cf. coroll. LXXX, nec aliter sentit A. Dieterich Pulcinella p. 101. Ariadnam in tragoedia loqui ac fortasse apud Nonium ex Auctorato verba cum titulo Ariadnae excidisse suspicatur Vahlenus mus. Rhen. 16, 473; Ennii Medeae adeo tribui vult Quicheratius, sed constat septen. iamb. a tragoedia alienum esse.

toruiter *edd.* torbiter ω  me amore sauciauit *Lipsius* me amores amauit ψ mea memores amauit *Ba*, *in quibus latere* sauiauit *recte monet Bue*, *verum tamen esse vix credo*

## BVCCO AVCTORATVS

Sí praegnans non és, paribis númquam.

Nonius 508, 1 'paribit pro pariet.'

*Trochaeos habet Bue*; *mihi ipsa sententia inperfecta videbatur*, *nisi hoc fere modo suppleatur*: ⟨at ením⟩ si praegnans ⟨núnc⟩ non es, ⟨posthác⟩ paribis númquam

## AVGVR

immó mane!
Non ésuribis diútius. — Qua ré? — Rogas?

Nonius 479, 5 'esuribo pro esuriam.'

2 *Recte personas distribuit CFWMuellerus prosod. Plaut.* 37 (*cf.* 269)  rogas? *idem* (*cf. coroll.* LXXX) roga ω eroga *Bothius* *Septenarium troch. metitur* x

## BVCCO ADOPTATVS

I

Clándestino tácitus taxim pérspectaui pér cauum.

Nonius 178, 20 'taxim, sensim uel occulte. Pomponius Buccone adoptatu: clandestino' e. q. s.

*Fort.* tum *initio v. addendum*: *v. supra*  cauum *F*[1] cautum φ

II

saepe ádnuit,
'Inuenibit saépe.

Nonius 479, 27 'inuenibo pro inueniam.'

1 *Praemittendum fortasse aut post* saepe *inserendum* qui *hac sententia*: alteri qui saepe adnuit roganti, rogans ipse saepe inpetrabit uel quaerens inueniet. sepe *Ba* sae *W* annuit *H L*² *W* ambit *Bothius* anquirit *Quicheratius* *Vno versu* saépe adibit, ínuenibit s. *scribendum censet Bue* 2 inuenibit *ed. a.* 1471 inuenit ω sepę *Ba*

III

Pergís properatim

Nonius 155, 1 'properatim et properiter, celeriter, properanter . . . Pomponius Buccone adoptato: p. p.'

perges *Bothius*

IV

26[1] Iéientare núlla inuitat

Nonius 126, 10 'ieientare. Afranius *** ⟨Pomponius⟩ Buccone adoptato: i. n. i. Plautus . . Afranius Crimine' e. q. s.

*Pomponio haec reddidit Neukirchius. Vide Afranii inc. fab.* XXV[a]

CAMPANI

Dantór publicitus Dóssenno et fullónibus
Cibária.

Nonius 513, 9 'publicitus pro publice ..... Pomponius Campanis: dator' e. q. s.

1 *sq.* dator dosenno et fullonibus publiciter cibaria ω dato publicitus Dorsenno et f. cibaria *Bothius*, *praeiverat* dato Dossenno *Mercerus*, publicitus *ed. a.* 1471 (*cf. coroll.* LXXX). dato Dórsenno et fullonibus Públicitus c. *Munkius*. dat ordo (*sc. senatus municipalis*) Dóssenno et f. Públiciter c. *coni. Bue* *Probarem* . . . dantor Dóssenno et f. | ⟨pro méritis summis⟩ públicitus cibária: *cf. Plauti Amph.* 1027

CAPELLA

Clípeum in medio fíxum est.

Charisius p. 59 P. 'clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait: neutro autem genere imaginem significat. sed . . . Liuius in significatione scuti

neutraliter saepius, et Pomponius in Capella cum ait: clipeum' e. q. s. Anon. de dub. nom. in CGL V p. 574 K. 'clipeus generis masculini ... et Pomponius generis neutri: clipeum' e. q. s. 'sed non recipitur.'

medio *anon.* medium *Charisii cod.*

## CITHARISTA

Cf. *Κιθαριστής* Antiphanis et Menandri.

nóli, quaeso, iráscere:
Móre fit, moríri suam ⟨uir⟩ quísque ut uxorém uelit.

Nonius 127, 7 'irascere pro irasci. Pomponius etarista: noli' e. q. s. (etacrista $FH^1$ Citharista Mercerus Hetaerisca Salmasius Hetaerista Quicheratius, fort. recte)

1 neli $F^1L$ 2 moriri suam uir quisque ut uxorem uelit *scripsi* moriri suam quisque uxorem ut uelit *ω*, *nisi quod* quisque *om.* $F^1L$, *sed post* uxorem *spatio 5 litterarum relicto* *L* suam moriri quisque ut uxorem uelit *post Guietum Bothius* moro *post* fit *inseri vult Bue*, semper *post* moriri *x*, uir *post* uxorem *Onions*

## COLLEGIVM

Sí quid expalpáre possim ab íllo .....

Nonius 104, 12 'expalpare, elicere ... Pomponius Collegio: si' e. q. s.

## CONCHA

Vós istic manéte: elimenábo extra aedis cóniugem.

Nonius 39, 1 'eliminare extra limen eicere' (immo 'excire') '... Pomponius Conca: uos' e. q. s. Idem 292, 26 'eliminare' ('se' add. Quich.) 'est exire. Ennius Medea exule [II] Accius Phoenissis [VII] idem Meleagro [VIII] Varro Serrano ... ex oraclo elimino me. eliminare rursum excludere. Pacuuius Duloreste [XIV] Pomponius Concha: uos' e. q. s. (concla *ω*)

isti *p.* 292 *BG*, *potest verum esse.* istic, ic *in ras.*, *H* manet *ω* hedis $BGH^1$

### CONDICIONES

Víx nunc quod edim inuénio: quid nam fíet, si quam dúxero?

Nonius 507, 8 'edim pro edam ... Pomponius Condicionibus: uix' e. q. s.

qd̄nā *Ba*

### CRETVLA vel PETITOR

Cf. Munkius 34.

I

bene éuenat! —
Ita fíat: et tibi béne sit, qui recte óminas.

Nonius 474, 9 'ominas. Pomponius Cretula uel petiture: bene' e. q. s. (om. P Petitore Bentinus) Candidati esse monet Gulielmius Veris. I 11.

1 euenat *scripsi idemque senarios distinxi* eueniat *ω* 2 fiat *scripsi* sit *ω* quom *x* hominas *W*

II

bálnea
Forús macellus fána portus pórticus

Nonius 206, 18 'forum generis neutri. masculini ... Pomponius Petitore: balnea' e. q. s. (portitore F[1]) Fortasse promittit haec candidatus se aedificaturum esse, si aedilis creatus fuerit.

1 balneae *Mercerus*: balneas *si scribes, habebis septenarium* 2 foros macellos *poetam scripsisse puto* fortus *FL*[1], *del. x* porticis *H*[1]

### DECVMA

Ad Fullonis Decumam coniectura refertur.

. . non multi, séd temeti plúrimi

Festus p. 364 M. 'temetum uinum — Pomponius in Decima: non' e. q. s. (deuncia Politiani exc.)

*Aut ab initio* uini *praemittendum aut cum Buechelero* mulier *post* multi *inserendum* sed temeti *scripsi* temeti sed *cod., om. in lacuna Politiani exc.*

## DECVMA FVLLONIS

Cf. Frontinus de aquaed. 94.

'Et ubi insilui in cóculeatum ecúleum, ibi tolútim tortor. 40

Nonius 4, 17 'tolutim dicitur quasi uolutim uel uolubiliter .... Pomponius Decuma fullonis: et' e. q. s. Idem 105, 15 'eculeos, deminutiuum ab equis M. Tullius in Hortensio dici uoluit ... Pomponius Decuma fullonis: ubi' e. q. s. Idem 182, 14 'tortor pro torqueor. Pomponius Fullonis ducum: et' e. q. s.

et *om.* ω *p.* 105, *facile* set *conicias* insiluit ω *p.* 105 coculeatum *Bue* cocleatum *Ba F H* $L^2$ *p.* 4, ψ *p.* 182 clocleatum *W p.* 4 coleatum $L^1$ *p.* 4 *et* 182, *Turnebus* culeratum *E* $F^3$ $H^2$ *P W p.* 105 culenarum $F^1H^1L$ *p.* 105 cochleatum *Gesnerus* ibi] ubi *E* $F^1$*LPW p.* 4, *E F* $H^1$ *L p.* 182

## DIVES*

Quóm palumbem ex óre tollit únum . . . . .

Nonius 219, 8 'palumbi ... masculino ... Pomponius deuitae: quo' e. q. s. (diũite E Debita Junius de uite Aldina Diuite Bothius)

quo ω *praeter Vrbin.* 307, *qui* duo: quo *habet*; *videtur autem sermo esse de eo, qui omittit unam palumbem, quam certam tenuit, ut incertas decem captet* ex ore tollit unum *scripsi* unum ex (et ex $W^1$) ore tollit ω unum *del. x* *An* quor ... tollis? *De parasito cogitans* quoí palumbes unum ex o. t., ⟨ex patina alterum⟩ *Bue*

## DOTALIS*

Dotalis, servus scilicet.

Vínum panemque, ómnem ceterum áliam praeberém penum. 41[1]

Nonius p. 219, 30 'penus ... masculini Pomponius Dogali (elogali Vrbin. 308) unum penum quae o. c. a. p. penum. Nouius Dofacta' e. q. s. (Dotali Bothius Dotata Palmerius) Cf. coroll. LXXX.

uinum *Junius* unum ω panem *Bue*, *Quicheratius* penem *H* penum φ quae *F L W* praeberim $F^1$ praebere in *L* praebuerim *Vrbin.*

## DOTATA

I

Scío pol te illam amáre efflictim . . . . . .

Nonius 104, 24 'efflictim, uehementer ... Pomponius Dotata: scio' e. q. s.

sci $W^1$

II

Possum éxorare te út recedas á me paulispér modo? — Quantísper sat habes?

Nonius 511, 31 'aliquantisper .. Quadrigarius .. aliquantisper ... Caecilius .. aliquantisper ... Caecilius .. paulisper .. quantisper .. Pomponius Dotata: possum' e. q. s. Excidit fortasse paulisper lemma.

## ERGASTILVS*

Ergastilvs an Ergastvlvm? Ergastulo respondet *Μυλών* Antiphanis. Nonius p. 447, 5 glossas ergastylum (ergastilum BaW ergastulum H²), scil. 'carceris locus', et ergastylus (ergastilus BaW), scil. 'custos poenalis' praebet. ergastylus sive ergastilus a Lucilio et oratore vetere usurpatus.

I

Lónge ab urbe uílicari, quó erus rarentér uenit,
⟨'Id⟩ non uilicári, sed domінári est mea senténtia.

Nonius 164, 28 'rarenter pro rare ... Pomponius Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 186, 1 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse. Pomponius Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 515, 28 'rarenter Caecilius Pausimacho [I] Nouius Exodio [IV] Ennius Andromacha ... conatur trabem. Ergastelo [1].' (ergastilo P)

1 ab unde *Ba p.* 515 uilicariae (uilicarie *P*) *ω p.* 515 uilicari' *x deverbio instituto* herus *EFH p.* 164 eris *FL W p.* 186 rus *Ba P p.* 515 2 id *Bothius, om. ω* non est *Munkius* non enim *x* uilicaris $L^1$ *p.* 164 sed dominari *om.* $F^1L$ *p.* 164 mea est *ω p.* 186

II

Praesénte amicis ínter cenam d. o.

Donatus in Ter. eun. IV 3, 7 'absente nobis pro nobis absentibus. Pomponius in Ergastulo: praesente' e. q. s.

(Pompeius Par. Lugd. Dresd. sine ergo istuc Par. Lugd. Dresd., ed. Tarv. cum recentioribus sine ergo istac edd. Rom. Vind. Med.)

d. o. *interpretatur* dat operam *Bue*, deamans osculatur *Dziatzko*

## FVLLONES

### I

Quin érgo, quando cónuenit, conpléctite? —
Mi fráter, salueto! — 'O soror, salué, mea!

Nonius 472, 32 'conplectite. Pomponius Fullonibus: quin' e. q. s.

2 mi *ed. a.* 1471 mihi ω salueto *CFWMueller prosod. Plaut.* 652 salue ω soror *BaP* soro φ

### II

Fácite ut ignis féruat, ligna insípite, far concídite.

Nonius 504, 26 'feruat pro ferueat. Pomponius Fullone: facite' e. q. s.

ferueat $H^1$ insipite *Scaliger* instipite ω concidite *intellego* pinsite; *cf. v.* 86

## GALLI TRANSALPINI

Mars, tíbi facturum uóueo, si umquam rédierit,
Bidénti uerre.

Gellius XVI 6, 7 'uidebimus, an oues solae, ut tu ais, bidentes dicantur, et an Pomponius Atellanarum poeta in Gallis Transalpinis errauerit, cum hoc scripsit: Mars' e. q. s. (Galliis Petav.) Macrobius Sat. VI 9, 4 'uerum procurandum est, ne illud obrepat, quod bidentes epitheton sit ouium, cum Pomponius, egregius Atellanarum poeta, in Gallis Transalpinis hoc scripserit: Mars' e. q. s. Nonius 53, 25 'bidentes qui aestimant ob eam causam oues a Vergilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac uitiose intellegunt. nam nec duos dentes habent (et hoc quidem et genus monstri est), et melius intellegi potest, si biennis dixerit auctoritate Pomponi in Atellana: Mars' e. q. s. ('Pomponii' ed. 1476 'Pomponius' libri) Pessime haec contracta ex uberiore Gellii capite.

1 facturum uoueo *vel* uouo facturum *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium* 37 uoueo facturum ω tibi | Voueó f me esse *Dziatzko* *Ceterum sacrae formulae exempla (ephem. epigr.* IV 225 *sq.*) futurum *flagitant* redierit *Gellius et Nonius* rediero *Macrobius*

## HERES PETITOR

### I

'Ita uelim faciás: iam pridem uólo lauatrinám laui.

Nonius 504, 23 'laui etiam positum pro lauari. Pomponius Petitore Heredem: ita' e. q. s. (petitorem H[1])

facies *P* lauatrinam *Lachmannus in Lucr.* 393 latrinem *Ba* latrinam φ lauatrina *x*

### II

Heús aptate, púeri, munde atque ámpliter conuíuium!

Nonius 511, 18 'ampliter ... Pomponius Herede petitore: heus' e. q. s. (potitore Bamb. pectore Par. P) Idem 234, 30 'aptum, compositum, paratum ... Pomponius: eius aptate' e. q. s.

heus] eius ω *p.* 234 puer *GHLP p.* 234 ampliciter *W*[1] *p.* 511 conuium *Ba p.* 511 conuiuia *LW* conuiuiam *H*[2] *P p.* 234

## HIRNEA PAPPI

Décimus mensis ést, cum factum est. íta fit, ita sempér solet:
Décumo mense démum turgens uérminatur, párturit.

Nonius 40, 20 'uerminari positum torqueri, a uermibus, quod facile se torqueant.' (hyrnea W Hernia aut hirnea sponsa Pappi Scaliger) Comparat Bue mus. Rhen. 35, 394 Nestoris hirneam apud Iuvenalem VI 326.

2 demun (demon *H*[1]) ω

## KALENDAE MARTIAE

Vócem deducás oportet, út uideantur múlieris
Vérba. — Iube modo ádferatur múnus, uocem réddam ego

Ténuem et tinnulam . . . . . . . . . . . .
'Etiam nunc uocém deducam?

Macrobius Sat. VI 4, 13 'deducta uoce .. sed haec ab illo fluxerunt, quod Pomponius in Atellania, quae Kalendae Martiae inscribitur, ait: uocem . . . tinnulam et infra [4].' Cf. Munkius p. 49 sq.

1 uideantur mulieris *Bothius* mulieris uideantur ω  2 iube ergo *Salisb.* unus *Par.* uocem reddam ego *x* ego uocem reddam ω ego uocem dabo *vel* uocem reddibo *olim proposui, ac ne nunc quidem paenitet* ego uocem tibi Reddam t. et t. *Bentleius* tenuem et tinnulam Vocem ego reddam *Munkius* *Valde arrident elegantiores Buecheleri versus* uócem d. o., út uideatur múlieris. ‖ Iúbe modo adferátur munus, réddam ego teneram et tínnulam. *Deinde unius minimum versus lacunam esse censeo* 4 *Interrogandi notam posui*

## LAR FAMILIARIS

. . oro te, uáso, per lactés tuas

Priscianus p. 686 P. 'hae lactes partes sunt intestinorum a Graeco γαλακτίδες dictae, et seruauerunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare haec lactis est . . . Pomponius in Lare familiari: oro' e. q. s.

te oro ω, *transposui* uaso, *i. e.* uasate *scripsi* baso ψ ba≡so *Barb.* basso *Sang.* bas≡ (e *eras. ut vid.*) *Grut.* base *Reg.* basse χ basse *vel* Basse *vulgo* Basse, ⟨quaeso⟩ *Bue*

## LENO

Cáseum molle

Charisius p. 60 P. 'caseus masculini generis est . . . sed Pomponius neutraliter dixit in Lenone: caseum molle.' Beda de orthogr. CGL VII 266 K. 'caseus . . . Pomponius neutraliter dixit: caseum molle.'

## MACCVS

Cf. Ritschelii Parerg. I 133 sq.

### I

Quíd futurum est, sí pol hanc ego díscere artem atténderim?

Nonius 238, 16 'attendere est intendere .... Pomponius Macco: quid' e. q. s.

probe *conieci* hanc ego *Munkius* ego hanc ω si pol (*vel* pol si) discere artem ego hanc *x*

II

Cónforisti mé, Diomedes.

Nonius 114, 12 'foria, stercora liquidiora. Pomponius Maccho: c. m. D.'

conforiasti *Salmasius Cf. schol. Iuvenal. III* 38 me, Diomedes] *an* med edio medi? *Cf. Titin.* 111

MACCI GEMINI

I

Sero ést: si sexta tíbi placet, uenîbo . . . .

Nonius 508, 23 'uenibo pro ueniam. Pomponius Maccis geminis: sero' e. q. s. (in actis geminis Bamb.)

si sexta, *ut scripsi*, *Colb.* si sexta si *Ba* sexta si φ

II

Iam égo inibi adero: dum égo reuortor, áge, anus, accinge ád molas.

Nonius 469, 28 'accinge pro accingere. Pomponius Macchis geminis: iam' e. q. s. (machis Bamb. inachis Par. P)

inibi *Lipsius* mihi ω reuertor *Ba* amus *Ba* accingere *Ba* $H^1$ *L*, re *adpuncto W* adcingere *P*

III

⟨A⟩ périi! non puéllula est. numquíd ⟨nam⟩ abscondidísti Intér nates?

Nonius 75, 27 'abscondidit pro abscondit. Caecilius Exule [I] Pomponius Maccis geminis: perii' e. q. s. Cf. Aristophanis Thesmoph. 643 sq.

puella *ante Aldinam* puerula *x* nunc quid abscondidisti (abscondisti *P*) ω num quid abscondisti *Aldina* *Senariorum alterum* numquíd, ⟨mea uirgo,⟩ a. i. n. *prop. Bue*

IV

Incépi contuí: conspicio cóleatam cúspidem.

Nonius 470, 31 'intui et contui pro intueri ... Pomponius Macchis geminis: incoepi' e. q. s. (Machis Bamb.) Vide praeterea inc. fab. I.

incepi *Aldina* incoepi ω contui *om.* $W^1$

## MACCI GEMINI PRIORES?

Non diversam fuisse a fabula superiore ipse versiculus reddit probabile. Cf. Ritschelius Parerg. I 135.

Quín bono animo es? uídeo erepsti prímiter de pánnibus.

Nonius 154, 25 'primiter pro prime, et primitus pro primo. Pomponius accius geminis: quin bono' e. q. s. Idem 488, 30 'pannibus pro pannis. Pomponius Macchis geminis: bono' e. q. s. (Pomponius om. P machis BaHP macchis LW) Idem 506, 24 'es pro esto ... Pomponius Magis geminis: bono' e. q. s. Charisius p. 188 P. 'primiter: Pomponius in Maccis geminis prioribus: bono animo es, eripis primiter.' (prioribus e pannibus ortum et transpositum esse ingeniosa Buecheleri suspicio est)

quin *om. Nonius p.* 488. 506, *Charisius* bonanimo *P* bona animo *Ba* est *Non. p.* 154 ω uideo *om. Charisius* erepsti *Bue decl. lat.* 66 eripis te *Non. p.* 488 ω eripis *p.* 154 ω, *Charisii cod.* derepis (depis *W*) *Nonii p.* 506 ω erepisti *Vossius* eripuisti *Junius 'ex vetusto codice'* erepsisti *fuit qui in iambico octon. positum tueretur* primit˜ *Ba p.* 488 panibus $F^1 H^2 L^2 W$ *p.* 154 *Personas distinguit x*

## MACCVS MILES

I

nam cibária
Vicém duorum mé comesse cóndecet
Solúm.

Charisius p. 101 P. 'duorum Pomponius in Macco milite: nam' e. q. s.

1 nam si cibaria *ed. pr.* duorum solum me c. c. *cod.*, *transposui* solum, *nisi glossema potius existimandum erit.* duorum solum me esse condecet *Maehly*

II

73 Cum cóntubernale púgnaui, quia meám cenam . . .

Charisius p. 99 P. 'contubernale Pomponius in Macco milite: cum c., inquit, pugnaui, quia m. c.'

*Septenarius vel iambicus vel anapaesticus* contubernale *cod. quod* contubernalei *olim interpretatus eram, ut* annalei *idem Romanus p.* 97 *memorat, disertum autem de vocali testimonium deest utroque loco, nec decerni potest ablativi terminationem utrum longam an brevem haberi voluerit poeta.* contubernale ego *Bothius in senario* q *h. e.* quia *cod.* quod *ed. pr.* qui *coni. Keilius, non male. In exitu versus* cenauit *suppleri potest. Senariorum frusta* cum contubernale pugnaui quia Meám cenauit cenam *parum numerose distribuit Hauptius Herm. II* 216. *Creticos tales* átque cum cóntubernále pugnáui, Quí meam cénam [edendo fidem fregit] *effecit Bue*

MACCVS SEQVESTER

Símile est, quasi cum in caélo fulgit própter lunam lúcifer.

Nonius 506, 8 'fulgit pro fulget . . . Pomponius Maccho sequestre: simile est' e. q. s.

quasi *MO* quas ω

MACCVS VIRGO

75 Praéteriens uidít Dossennum in lúdo reuerecúnditer
Nón docentem cóndiscipulum, uérum scalpentém natis.

Nonius 516, 22 'reuerecunditer' ('uerecunditer' BaHL) 'Pomponius Maccho uirgine: praeteriens' e. q. s. (macco plerique secundum Quicheratium Virgine Bothius uirginem ω)

1 uidi *Bothius* Dossennum *Bothius* dossensum *Ba* duossensum φ 2 cor discipulum *coni. x* uererum *Ba* nates $H^1P$

MEVIA

Díes hic sextust cúm nihil egi, díe quarte emoriár fame.

Gellius X 24, 5 'diequinte enim et diequinti pro aduerbio copulate dictum est, secunda in eo syllaba correpta . . . .

uenit ecce illius uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae Meuia scribitur: dies' e. q. s. (metui ascribitur optimi libri) Macrobius Sat. I 4, 22 'modo diequinti, modo diequinte pro aduerbio . . . ecce uenit illius uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae Meuia inscribitur: dies' e. q. s. (Mebia vel Maebia libri)

sextust *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium* 29 sextus ω tertius *Scriverius* nil *commendat Fleckeisenus* edi *Pontanus* die septime *Pontanus* emoriar *Scioppius* moriar ω *De forma* diequarte *cf. Fleckeisenus l. l.*

## MAIALIS

Glossaria excerpsit G. Loewe Prodr. 377.

I

. . . animos Vénus ueget uoluptátibus.

Nonius 183, 1 'ueget pro uegetat uel erigit uel uegetum est. Pomponius Maiali: animos' e. q. s.

II

Míseret me eorum, quí sine frustis uéntrem frustrarúnt suum.

Nonius 473, 17 'frustro pro frustror. Pomponius Maiali: miseret' e. q. s.

*Trochaeos commendantem Muellerum prosod. Plaut.* 612 *secutus sum, iambos olim exhibueram* meorum *W*[1] frustris *Ba L*[1] *W*[1] furstis *H*[1] fustis *P* fructis *C*

III

cenam quaéritat:
Sí eum nemo uócat, reuortit maéstus ad maenám miser.

Nonius 476, 1 'reuortit.' Cum hoc fr. Meinekius comparat Timoclis versus qui in com. Graec. II p. 456 fr. 11 K. extant; cf. maxime haec: *ὁ γοῦν Κόρυδος ἄκλητος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, Γενόμενος ὀψωνεῖ παρ' αὐτὸν οἴκαδε κ. τ. λ.* Cf. meam Colacis descriptionem p. 39.

2 *Trochaeos iambis praetuli* maenam *mss. Gothofredi* menam φ

## MARSYA

Arnobius adv. nationes II 6 'unde quaeso est uobis tantum sapientiae traditum — —? quia per casus et tempora declinare uerba scitis et nomina — — quia numerosum et structum compositumque sermonem aut ipsi uos nostis ecferre aut incomptus cum fuerit scire, quia fornicem Lucilianum et Marsyam Pomponi obsignatum memoria continetis — —?' (sequuntur rhetorum et dialecticorum studia inania).

Cf. Munkius p. 87.

## MEDICVS

Dolásti uxorem. — Núnc ea propter mé cupis
Concídere? — Etiam rhétorissas?

Nonius 166, 1 'rhetorissat. Pomponius Medico: dolasti' e. q. s.

1 dolasti $EF^3H^1$ dalasti φ chalasti *conl. inscr. Pomp.* 2021 *coni. Bue* *Distribui personas, ut respondeat noxius* 2 etiam *Bothius, qui alteri personae haec tribuit*

## MVNDA

### I

Ego íllam non ampléctar? ego non sáuiem?

Nonius 474, 12 'sauies. Pomponius Munda: ego' e. q. s.

amplectare *Ba* sabiem (sabiaem *Ba*) ω suauiem *Junius*

### II

Sí calendis ⟨dómi⟩ conuiuant, ídibus cenánt foris.

Nonius 474, 20 'conuiuant pro conuiuantur.'

domi *Duebnerus*, *om.* ω conuiuant *ed. pr.* conuiuantur ω

## NVPTIAE

Farínam insipui cóncussi condépsui.

Nonius 39, 12 'condepsere, commiscere, a Graeco tractum . . . Pomponius Nuptiis: partem' e. q. s.

farinam *scripsi*: *cf. Cato de re r.* 76, *Pauli Festus p.* 105 '*insipere far*' patem $L^1$ partem $\varphi$ far patenae *Bergkius* patellae *anon. ap.* $x$ partem insipaui *Junius* insipui partem *Munkius. Vel primam versus syllabam vel* huc *ante* insipui *excidisse olim statuebam* concussi *scripsi* conclusi $\omega$, *in quo merito offendit Bergkius* contrusi *Maehly* contusi *Hildebrandus ad Arnob.* V 29 condempsui *W*

## PANNVCEATI

Nomen quid sibi velit (cf. Macc. gem. pr.) maxime produnt fr. V et VI. Fr. IV uxor dotata (I) queri videtur, quod misericordia quadam commota indignum pecunia sua beaverit. Panniculos intellegit Dieterich Pulc. 146.

### I

séd meus
Fráter maior, póstquam uidit mé ui deiectúm domo,
Núpsit posteriús dotatae uétulae uaricosaé uafrae.

Nonius 143, 27 'nubere ueteres non solum mulieres, sed etiam uiros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt.' Apte comparatur Martialis VIII 12.

2 ui deiectum *Mercerus* in deiectum $\omega$, *nisi quod* inde eiectum *Vrbin.* 307: *saltem* inde deiectum *corrigendum erat* illa d. $x$ *Vnum versum* séd meus frater m. p. uídit me eiectúm d. *Bue proposuit* 3 uafrae *Junius* afrae $\omega$

### II

Sárculum hinc illó profectus íllim rediistí rutrum.

Nonius 18, 21 'rutrum dictum est a radendo.' ('ruendo' Mercerus).

profectu's *olim edidi, nec nunc repudio* illim $H^2$, *Gifanius* illum $\varphi$ redisti $\omega$, *corr. Bothius* *De correpta* u *in* rutrum *Lachmannus in Lucr.* 36

### III

Díxi ego illud futúrum: in prima uálua est, uix haerét
miser. —
'Euannetur ét mea socius ópera ut fiat fécero.

Nonius 19, 22 'euannetur dictum est uentiletur uel moueatur, a uannu,' ('uentilabitur uel mouebitur, a uanno' Lachmannus ad Lucil. 230) 'in qua legumina uentilantur.'

1 in *om.* $H^1$ in spica palea est *Lachmannus* infirma ualua est *Bue* in prima uolua est *x* miser *Bothius* misera ω sera *Bue* 2 socius *scripsi* ocius ω (*tueri videtur Leo Pl. F.* 241) otium *Lachmannus* occlusa *Bue* *An* fias? mea fecero opera ut fiat ocius *x*

IV

Quíd? dedi nebulóni, quem pertísumst ⟨esse⟩ paúperem

Nonius 18, 32 'nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant' (obiciebant' x) 'aut quibus ad fugam et furta haec erant accommodata et utilia.'

pertisumst esse *scripsi* pertesunt, *om.* esse, ω pertesum *Aldus* pertaesum est *Bothius* pauperem ψ pauperum $P^1$?

V

paenulam ín caput
Indúce, ne te nóscat.

Nonius 537, 7 'paenula est uestis, quam supra tunicam accipimus.'

1 incede *Ba 'sed ce ut vix possit certo legi'* p. ¦ in cáput induce *x*, *fort. melius*

VI

Múlier ubi conspéxit tam mirífice tutulatám truam

Nonius 19, 15 'truam ueteres a terendo, quam nos diminutiue trullam dicimus, appellari uoluerunt.'

conspexit *Bothius* aspexit ω iam aspexit *x* truam $FH^1$ trullam φ

VII

Néque interim cacándi causa úmquam incoxauí nate.

Nonius 39, 8 'incoxare, in coxam sidere.'

*Trochaei an iambi sint, ambiguum* candida *HPW* cumquam, *quod adlitteratione commendatur, hiatus vitandi causa*

*scribi velim* (*cf. Muellerus prosod. Plaut.* 356 *sq.*) umquam ω umquam usquam *x* ego umquam *Onions* incoxamui $EH^2$ $L^1PW$ nates *ms. Fabri* natem *praestaret*

VIII

Núnc roges quid fíat: restis uílis est, uelét gulam.

Nonius 416, 15 'uelare est coperire, unde et reuelare nudare dicitur. Velare rursum ligare.'

roges *scripsi* (*item Quicherat*) rogis ω rogas *Ald.* uilis est *Turnebus* bile est *B* bilest est $H^1$ biles est φ uilest, ea *coni. Leo Pl. F.* 259 gylam ω: *cf. Caper in CGL* VII 105 *K.*

PAPPVS AGRICOLA

Rus ex urbe inproviso redeuntem Pappum intellegi fr. III probabiliter statuit Munkius p. 34.

I

Néscio quis molám quasi asinus úrget uxorém tuam,
'Ita opertis oculís simitu mánducatur ác molit.

Nonius 477, 4 'manducatur pro manducat.' (agricola-nus scio H)

molucium, *i. e. μολόχιον vel μαλάχιον, μαλάκιον scripsi. (cf. coroll. l. l.)* molucinam *Ba p.* 539 molicinam *W p.* 548 molicina *W mg. p.* 539 mollicinam φ molochinam *Guietus* molucium *in fine senarii praefert Bue* crocatam *Ba H L W p.* 539, *Ba P p.* 540, ψ *p.* 548 crocatulam *Ba* crocotium *W mg. p.* 548 chiridotam *Aldina* uridotam ψ *p.* 548 ciridotam *L p.* 548 ceridotam ω *p.* 539. 540 ricam *om. p.* 540 richam ω *p.* 548 dricam *Ba¹ p.* 539 ricinum ω *p.* 539 ricinium ω *p.* 540 *et* 548 ricam cheridotam *x*

## V

Récta amussim em uíde diploidi ut récta grassatúr uia.

V. VI Nonius 316, 4 'grassari etiam dicimus ambulare ... Nouius Pedio: cretanus' e. q. s. 'Idem Pedio (om. AB GH¹): nunc' e. q. s. Vt de fabula dubitari possit.

recta amussim em uide diploidi ut recta *conieci* cretanus (errat anus *B G H¹ P*) sime deploidi (diploidi *P* deploide *B* deploida *G H¹*) a recta (arrecta *P* recta *B G H¹*) ω errabundus sine (sine *Junius*) diploide *Bentleius* Caeretanus sine diploidi:

a recta *Lachmannus Lucr. p.* 49, *sed muliebris vestis est διπλοΐδιον* (*Poll.* 7, 49): *cf. coroll.* LXXXV Cerretanus sine diploma recta *Bue*

VI

Núnc res me ipsa réprimit, saepe eadem hác sum grassatús uia. 73/4

ipsa *GH¹MP* ipsam *φ* me nunc res (*om.* ipsa) *B* repraemit *L* hac (haec *BGHMP*) eadem sum grassatus uia *ω*, *transposui ut Bue* hac sum eadem g. u. *Munkius*

PAPPVS PRAETERITVS

Parum veri simile dicit Ritschelius Parerg. I **141** et Novium et Pomponium huius nominis Atellanas scripsisse.

. . dum istos ínuitabis súffragatorés, pater,
Príus in capulo quam ín curuli sélla suspendés natis.

Nonius 4, 28 'capulum dicitur quicquid aliquam rem intra se capit: nam sarcofagum, id est sepulchrum, capulum dici ueteres uolunt, quod corpora capiat ... Nouius Pappo praeterito: dum' e. q. s.

1 isto *ω*: *num* istoc? inuitabis *Mercerus* inuitauis *ω*
2 suspendes *Mercerus* suspendis *ω*

PARCVS

Quód magno opere quaésiuerunt, íd frunisci nón queunt. —
Quí non parsit ápud se . . . . . frunítus est.

Gellius XVII 2, 8 'Nouius in Atellania, quae Parcus inscripta, hoc uerbo' (frunisci) 'ita utitur: quod magno ... frunitus est.' (Nouus corr. in Neuius Voss. partus Lugd. parens Paris.) Nonius 113, 10 'frunisci pro frui ... Nouius pareo: [1].'

1 non nequeunt *W¹* non non queunt *W²* 2 *Respondere parcum* qui n. p. apud se ⟨partum, fructus non⟩ frunitus est *conieci in coroll.* LXXXV

## PHOENISSAE

Cf. A. Dieterich Pulc. 112.

Sume árma, iam te occídam claua scírpea.

Festus p. 330 M. 'scirpum est id, quod in palustribus locis nascitur leue et procerum, unde tegetes fiunt . . . Nouius in Phoenissis: sume' e. q. s.

iam te *Augustinus* i. anite *cod.* scirpea *Dacerius* scirpia *cod.*

## PICVS

80 Quíd ego facerem? ⟨ut⟩ ótiosi ródebam rutábulum.

Festus p. 263 M. 'rutabulum est, quo rustici in proruendo igne panis coquendi gratia. Nouius in Pico: quid' e. q. s. (Parco O. Muellerus)

ut *inserui cum Buechelero* otiosi *cod.* otiosus *Augustinus.* *Temptabam praeterea* enim otiose

## QVAESTIO

81/2 Mámmas teneas, pédes extollas, sáuies, congénicules.

Nonius 474, 14 'sauies . . . Nouius Quaestione: mammas' e. q. s. (questionem $H^1L$ Gastrione vel Gastrone Scaliger)

ammas $H^1L$ penem *olim conieci* congenicules *scripsi.* congemit *ω* cum gemit *Munkius* cum congemit *Quicheratius*

## SANNIONES

'Inlino cretám cerussam púrpurissum . . .

Nonius 218, 25 'purpurissum genere neutro . . . feminino Neuius Sannionibus: inlino' e. q. s. (Nouius Mercerus) Atellanarum personam sannionem esse docet Cicero ad fam. IX 16 extr.

inlicino *E* cretam $EF^2W$ cretum $H^2$ creto $F^1H^1L$ purpurissum $EFHLW^2$ purpurissam $W^1$, *quod quamvis testimonio Nonii firmari videatur, tamen verum esse non credo*

## SVRDVS

⟨Bínas⟩ habeo témulentas, séd eccas uideo incédere. fílias

Festus p. 364 M. 'temetum uinum — — Nouius in duobus Dossenis — idem in Funere — et in' ('sine' cod.) 'Surdo: filias' e. q. s.

1. 2 fílias alo témulentas *Bue*

## TABELLARIA

Naeuii fortasse fuit.

### I

Qui hábet uxorem síne dote, ⟨eï⟩ pánnum positum in púrpura est.

Nonius 218, 22 'pannus usu generis masculini. Neutro Nouius Tabellaria: qui' e. q. s. (neuius Vrbin. 308)

*Non placent* quí habet uxorém *trochaei* positum] opsutum *Bue*

### II

. . . . . dótem ad nos nullam áttulas

Diomedes p. 376 P. 'quamquam et id perfectum quod est attuli ex alio uerbo proficisci reperimus apud ueteres, ex eo quod est attollo' (attulo Paris. B m. 2, Putschius), 'ut Naeuius in Tabellaria: dotem' e. q. s. (neuius Monac. naeuius Parr. AB Nouius Bothius)

attulas *Par. B Monac.* attollas *Par. A* attollat *edd. vett.* attulat *Putschius*

## TOGVLARIA

De Novio dubitat Woelfflinus mus. Rhen. 43, 308.

Abúnde deturbáte saxa, homónum quisquiliaé! — Quid est?

Festus p. 257 M. 'quisquiliae dici putantur quidquid ex arboribus minutis surculorum foliorumue cadit, uelut quidquidcadiae — Nouius in Togularia: abi' e. q. s.

abunde *nunc conieci* (abite *vel* agite *olim*) abi *cod.* abi abi *Scaliger* deturba te *cod.* deturba te de *O. Muellerus* saxa *nunc scripsi* saxo *cod.* homonum *scripsi* homo non *cod.* hominum *Maehly* non homo *Bue Cf. Cicero ad Att. I* 16, 6. *Nescio quis priscum sermonem imitari videtur*

## TRIPERTITA

An Triperdita?

I

Postquám se uidit ⟨ésse⟩ heredem, désubito diuórtium
Fecérunt.

Nonius 517, 24 'desubito ..... Nouius Tripertita: postquam' e. q. s.

1 heredem sese uidit *Munkius* sese heredem uidit *Quicheratius* sese uidit herem *x*. *Temptari praeterea varia possunt* diuortio *P*

II

Si aútem pinguest, mále cubandum est: . . putent pántices

Nonius 218, 15 'pingue est pro pinguis est, neutrum pro alio genere positum. Nouius Triperdita: si' e. q. s. (neuius Vrbin. 308 Tripertita Mercerus)

pingue (pinguae $H^1W$) est $\omega$: *cf. Leo Pl. F.* 259 male cubandum est: *cf. Plauti Asin.* 937 *Inserendum fortasse* putridi pantices *Junius* panticas *EFHL* ponticas *W*

## VINDEMIATORES

I

Quid stás? age moue te! mánen? — I primus: praégredi!

Nonius 473, 25 'progredi (praegredi x). Nouius Vindemiatoribus: quid' e. q. s.

*Senarium iam Munkius notaverat* quid stas? age *Junius* quidiscas ege $\psi$ quidicas ege *Ba* (istas *pro* stas *scriptum fuit*) quid hic stas *mg. Junii* manen'? *Vossius* manem $\omega$ inanem *cod. Junii* *Sequentia quoque vulgo eidem personae continua-*

*bantur* primus *L?* prius, *sup.* m, *W* prius φ praegredi *priori personae tributum x, de quo iudicium ambiguum est.* progredi ω, *nec caret omni defensione*

II

. . coepit únum quemque praélumbare fústibus.

Nonius 156, 11 'praelumbare, lumbos perfringere.'

coepi *senarium facere monet Bue*

VIRGO PRAEGNANS

I

quánto ego
Plús sapiui, quín fullonem cómpressi quinquátrubus.

Nonius 508, 20 'sapiui pro sapui. Nouius Virgine praegnante: quando' e. q. s. Priscianus p. 879 P. 'Nonius tamen Marcellus de mutatis coniugationibus sic ponit: sapiui pro sapui. Nouius Virgine praegnante: quando' e. q. s. (Noeuius Bamb. N$\overset{e}{o}$uius, e m. alt., Reg. N$\overset{o}{e}$uius Barb. Neuius Bong. Barb.)

1 quanto *Mercerus* quando ω, *prob. Bue* ergo *Bong.* uero *Sang. Prisciani* 2 sapui $W^1$ quin, *i. e.* quine *Nonius, nisi quod* quiin $H^1P$ *habent* qui *Priscianus* quae *Bothius Intellegendum autem est* pugnis compressi, *nam ludit servus aliquis in verbo ambiguo: cf. Plauti Rud.* 1125 *coroll.* LXXXV *sq.*

II

séquere me!
Púriter uolo fácias: ⟨puro⟩ igni átque aqua uolo húnc accipier.

Nonius 516, 20 'puriter . . . Nouius Virgine pregnante: sequere' e. q. s. Iocum explicavi coroll. LXXXVI.

1 me *om. O(xford.)*[1] 2 puriter *om. P* uolo hunc accipiter *Ba Leid.* 116 uolo hunc accipere φ accipere hanc uolo *Munkius* hunc igni atque aqua uolo accipi *Muellerus prosod. Pl.* 610

## ZONA

### I

'Atqui facilitátem, uideo, ⟨haut⟩ úteris uulgáriam.

Nonius 481, 21 'libertatem uti pro uti libertate . . . Nouius Zona: atque' e. q. s. Idem 488, 25 'uulgariam pro uulgarem. Nouius Zona: atque' e. q. s. (zona W[1] zeno φ)

atqui (*vel* atquei) *scripsi* aquile *W p.* 488 aquae *BaCHL p.* 488 atque *ω p.* 481, *P p.* 488 facilitate *P p.* 488

### II

dúriter me habére,

100 Vigilásse

Nonius 512, 3 'duriter pro dure . . . Nouius Zona: duriter' e. q. s. (tona P)

## EX INCERTIS FABVLIS

Fr. I Dotatae, II Herculi Coactori restitui.

### III

104. olim expectáta ueniunt séptem Saturnália.

Macrobius Sat. I 10, 3 'licet et apud ueteres opinio fuerit septem diebus peragi Saturnalia, si opinio uocanda est quae idoneis firmatur auctoribus. Nouius enim, Atellanarum probatissimus scriptor, ait: olim' e. q. s.

*Praecessit fortasse* tandem ueniunt expectata *Munkius*

### IV

105 Pér deam sanctám Lauernam, quaé ⟨mei⟩ cultrix quaéstuist

Nonius 483, 20 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus . . . Nouius: per deam' e. q. s.

sanctam *HP* sancta *φ* Lauernam *H*[2], *Aldina* labernam (libernam *P*) *φ* quae cultrix quaestuisit *ω* (*sed* quae c. *om. L*[1] sit *om. Ba*): *vel* mei *vel* huius *inserendum conicio.* quae sit cultrix quaestuis *Bothius* quae cultrix quaesti siet *Quicheratius*

V

. huíc puellae praécoquis libído inest.

Nonius 150, 17 'praecox et praecoca, quod est immatura . . . Nouius: huic' e. q. s.

hercle *praemittas* huic *bisyllabum metitur Onions* praecoqui *Lachmannus ad Lucil. v.* 111 libido *edd.* liuido ω *Septenarii vel octonarii partem esse vult x*

VI

Est pédis unus íngens in nasó . .

Nonius 220, 25 'pedis, quem nos pediculum dicimus, generis masculini est. Nouius: est pedis' e. q. s. (neuius Vrbin. 308)

*Recte dimensus est Fleckeisenus* situs *versum concludat*

VII

mília

Sex númmum in arcam démisi nummáriam.

Nonius 495, 25 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali . . . Accius Eurysace . . . idem Epinausimache . . . Nouius Eurysace: milia' e. q. s. (Erisace W Eurysacis nomen librarii errore positum esse vidit Munkius, cui frustra adversatur A. Dieterich Pulcinella p. 105)

2 demisi *Passeratius* dimisi ω

VIII[a]

Faúces foui 109[1]

VIII[a. b] Frontonis epist. IV 6 p. 69 Nab. (M. Caesar Frontoni) 'aqua mulsa sorbenda usque ad gulam et reiectanda fauces foui potius quam dicerem gargarissaui: nam est apud Nouium credo et alibi . . . . deinde uuis metendis operam dedimus et consudauimus et iubilauimus et aliquot, ut ait auctor, reliquimus altipendulos uindemiae superstites.' Cf. Vindemiatores. Non gargarissare, sed fauces foui pluraque alia, e. c. aquá sorbenda faúces foui usque ád gulam e Novio sumpta esse putat Buechelerus.

VIII[b]

110 . . . . . áliquot altipéndulos
Relíquimus uindémiae supérstites.

1 *sq. Numeros indicavi*

Fr. IX inter Naevianas quaere reliquias com. inc. XXIX.

X

113 quid plorás, pater? —
Mirúm ni cantem . . condemnátus sum.

Cicero de orat. II 69, 279 'me quidem hercule etiam illa ualde mouent stomachosa et quasi submorosa ridicula, non cum a moroso dicuntur; tum enim non sal, sed natura ridetur. In quo, ut mihi uidetur, persalsum illud est apud Nouium: quid' e. q. s.

1 *sq.* Quíd? ploras, pater? ‖ mirum ni (*vel* mirum quin *conl. Plauti Trin.* 495) cantem: condemnatus sum *septenarius placuit anonymo in Leutschii ind. philol.* 1870 *p.* 392, *item Bergkio. Inseri ego quidem* causa *vel* capitis *velim* 2 mirum *om. codd. mutili*

XI

115 Quánti addictust? — Mílle nummum. — Níhil addo: ducás licet.

Cicero de orat. II 63, 255 'notissimum ridiculi genus cum aliud expectamus, aliud dicitur. Hic nobismet ipsis noster error risum mouet. Quod si admixtum est etiam ambiguum, fit salsius, ut apud Nouium uidetur esse misericors ille, qui iudicatum duci uidens percontatur ita: quanti . . . nummum. Si addidisset tantum modo ducas licet, esset illud genus ridiculi praeter expectationem, sed quia addidit nihil addo, ducas licet, addito ambiguo, altero genere ridiculi, fuit, ut mihi quidem uidetur, salsissimus.' Naeuium Laudun.

addictust *mutili, nisi quod* adductust *Harl.* addictus *Laudun.* est adducta $\chi$

XII

. . . . . sápiens si algebís, tremes.

Cicero de orat. II 70, 285 'praeter expectationem accidit, ut testem omnium risus obrueret. Huius generis est plenus

Nouius, et iocus est familiaris: sapiens . . . tremes, et alia permulta.'

XIII

⟨Si⟩ sállíturus ístaec est, mittám salem.

Priscianus p. 910 P. 'sallio sallitum facit, sallo salsum . . . Lucilius in VIII: sallere . . . Inde etiam participia futuri salliturus et salsurus. Nouius: salliturus . . . salem. Mummius' e. q. s. (Nouius Bamb. neuius Halb. Barb. lucuius, del. et sup. neuius, Reg. incui' Bong. lucius Grut. liuius Carolir. lucilius Sang., de quo tamen in editione Hertzius nihil testatur)

istec ē salliturus *Barb.* *Vtrum* est *an* es *verius sit dubito*

Fr. XIV Naevio reddidi, cuius inter inc. com. fr. extat XXVIII.

XV

dicteria

Macrobius Sat. II 1, 14 'Nouius uero Pomponiusque iocos non raro dicteria nominant.' (Neuius Bamb. Gud.)

Nescio unde hauserit Scaliger quod ex 'Vincentii epistola' Bernaysius p. 249 libri sui descripsit: 'concacare lectum barbarum est. percacare dicendum erat, ut Nouius Atellanarius dixit permerdare aliquem; Graeci *καταχέζειν τινός*.'

# MVMMIVS

## EX INCERTIS FABVLIS

I

† riunius

'Ad spectacula ést uidere, in téstu quantum sít caput.

Charisius p. 118 P. 'testu, ut genu Flauius Caper ueteres ait uti solitos. Mummius in atellania riunius ad spectacula' e. q. s. (Atellana Junius ed. pr. Atellania riunius edidit Keilius A. Ricinius coni. Hertzius Riuinus conieceram, sed Riuino expectares. Cf. Onomast. 'riuinus, ἀντίζηλος'

In Asinariae Plautinae argum. v. 6 'riuinus amens' servaverunt libri. Iunius titulum tenet A. Dieterich Pulcinella p. 106. 108.

uiri unius | ad *prop. Bue*

II

nóstri maiorés uelut
Bene múlta instituere, óptime hoc : a frígore
Fecére summo séptem Saturnália.

Macrobius Sat. I 10, 3 'Mummius quoque, qui post Nouium et Pompônium diu iacentem artem Atellaniam suscitauit: nostri, inquit, maiores' e. q. s. (mīmius Par. Eyssenhardto teste. 'et Pomponium' om. Bamb.)

2 hoc optime ω, *transposui* 3 facere *Bamb. Par. f Borb. Gud. m. pr.* summo dies septem ω, *eieci glossema*

III

. . . . . ístaec sum multó sale
Salsúrus

Priscianus p. 910 P. 'sallliturus et salsurus. Nonius . . . Mummius: istaec' e. q. s.

# APRISSIVS(?)

Io búcco! — Quis me iúbilat? — Vicínus tuus antíquus.

Varro de l. l. VI 68 M. 'ut quiritare urbanorum, sic iubilare rusticorum; itaque hos imitans Aprissius ait: io bucco!' e. q. s. (chrisippus Vindob. Attius Scaliger. Conieci Aprodisius Aquisius, Buechelerus Apussius proposuit)

*Septenarium iambicum dimensus sum, pro trochaico habuit x* io *interiectione extra versum posita. Alia proposuit Spengelius* io *pyrrichium aequat in Plauti Pseud.* 703 uicinus antiquus tuus *x*

## INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

### I

Varro de l. l. VII 95 M. 'dictum mandier a mandendo, unde manducari, a quo in Atellanis Dossennum uocant Manducum.'

Dossenum O. Muellerus ad obsenum Flor. ad obscenum (obscoenum) Goth. Haun. Guelf. obesum L. Spengel Cf. Festi p. 128 'manduci effigies'. Plauti Rud. 535 Isidori gloss. (CGl. V 633 G.) 'dorsennus, persona parasitorum.'

### II

Hospés, resiste et sóphiam Dossenní lege.

Seneca epist. 89, 6 'sapientia est, quam Graeci σοφίαν uocant. hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur. quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus: hospes' e. q. s.

sophiam *Rehd.* sophisma *Guelf.* sophian φ

### III

Venít Dorsennus á uilla . . . . .

Suetonius vita Galbae 13 'quare aduentus eius non perinde gratus fuit: idque proximo spectaculo apparuit. Siquidem Atellanis notissimum canticum exorsis uenit Dorsennus a uilla cuncti simul spectatores consentiente uoce reliquam partem rettulerunt, ac saepius uersu repetito egerunt.' Chori seu catervae canticum hoc esse dicit G. Hermannus opusc. I 298.

*De numeris cantici certi nil ausim adfirmare: initio versus fortasse post* uénit *interiectio aliqua, fortasse* heu, *secuta est* Dorsennus *GA Schmidt in ephem. Darmst.* 1840 *p.* 1232, *item Lachmannus* ione simus ω, *nisi quod* onsimus *Viterb.* io, Onesimus *Muretus* *Dactylicum carmen* uénit Onésimus á u. *commendat Bue*

### IV

Hírcus uetulús capreis náturam ligúrrit.

Suetonius vita Tiberii 45 'unde nota' ('mora' Rothius ex optimis libris) in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebruit: hircum uetulum capreis naturam ligurrire.'

*Sotadium notavi, senarium* ligúrrit naturam hírcus uetulus Cápreis *Bue proposuit*

V

'Υγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ . . .

* * *

Orcús uobis dúcit pedés . . . .

Suetonius vita Neronis 39 'Datus Atellanarum histrio in cantico quodam ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ ita demonstrauerat, ut bibentem natantemque faceret, exitum scilicet Claudi Agrippinaeque significans: et in nouissima clausula: Orcus uobis ducit pedes, senatum gestu notarat. Histrionem et philosophum' (Isidorum Cynicum, de quo sermo fuerat) 'Nero nihil amplius quam urbe Italiaque summouit uel contemptu omnis infamiae uel ne fatendo dolorem irritaret ingenia.'

1 *sq. Versus prioris numeri iambici, alterius bacchiaci videntur esse*

VI

Si quíd monumenti nácta est qui eum requíreret. —
Est úngulus, quem ei 〈uí〉 detraxit ébrio.

Festus p. 375 M. 'ungulus Oscorum lingua anulus, ut . . . . . . si quid' e. q. s. 'Pacuuius in Iliona [XVI].' Inter Atellanae fragmenta reliqui, quia Oscum esse vocabulum dicit Festus; quamquam minime certum id esse testimonium neminem fugere potest.

1 qui eum *Lindemannus* qui eorum *cod.* quor *O. Muellerus* 2 ei ui *scripsi* ei *cod.* ennius *Vat. R*

VII

casnar

Varro de l. l. VII 29 M. 'cascum uetus esse significat Ennius . . . item ostendit Papini (l. 'Pompili') ἐπιγραμμάτιον, quod in adulescentem fecerat Cascam . . . item ostendit quod oppidum uocatur Casinum . . . item significat in Atellanis ali-

quot Pappum senem quod Osci' ('Osce' Mommsenus) 'casnar appellant.' Cf. Festus Pauli p. 47 M. 'casnar senex Oscorum lingua.' Placidus in CGl. V 13 G. 'casinar, senex.' 15: 'casnari, seni Oscorum lingua.' Vaticana gl. ibidem IV 28 'casinar, senex' Isidori gl. 'canier, leuo' (immo 'casnar, leno') cf. Loewe Prodrom. 306 et carm. lat. epigr. 17 B.

VIII

Mesius

Varro de l. l. VII 96 M. 'in pluribus uerbis A ante E alii ponunt, alii non . . . ac rustici Pappum Mesium, non Maesium.' (Maesium Spengelius moesium Flor.)

IX

pellicula

Varro de l. l. VII 84 M. 'in Atellanis licet animaduertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto pelliculam.' Cf. Festus p. 330 M.

X

Cicero de divin. II 10, 25 'totum omnino fatum etiam Atellanio uersu iure mihi esse inrisum uidetur, sed in rebus tam seueris non est iocandi locus.'

XI

Terentianus Maurus 2394 (CGL VI 396 K.) 'frequéns in usu est tale metrum comicis uetustis, Atélla uel quis fabulis actus dedit petulcos, Quia fíne molli labile atque deserens uigorem Sonúm ministrat congruentem motibus iocosis.'

# MIMVS

# DECIMVS LABERIVS

## ALEXANDREA

Quíd est ius iurandum? émplastrum aeris álieni . . . . .

Gellius XVI 7, 14 'sed enim in mimo, quem scripsit' (Laberius) 'Alexandream, eodem quidem quo uulgus, sed probe Latineque usus est Graeco uocabulo: emplastrum enim dixit οὐθετέρως, non genere feminino, ut isti nouicii semidocti. Verba ex eo mimo adposui: quid est' e. q. s.

*Baccheos dimensus erat in M. Hertzii editione Fleckeisenus, iambos in epist. crit. p.* 40 *hosce:* quid est iús iurandum? emplástrum alieni aerís . . *proposuit. Ego olim iambici octonarii frustum proposueram, tum trochaeos praetuli* quid est] quidem *Voss.*

## ANNA PERANNA

Cf. Ovidii Fast. III 675 sqq.

I

Cónlabella ósculum.

Nonius 90, 21 'conlabella. Laberius annalium peranna: c. o.' (Anna Perenna Junius)

*Creticos agnovit Bothius*

II

gubernus. planus. nanus.

Gellius XVI 7, 10 'Laberius ... praeterea in Anna Peranna gubernum' (sic correxi coroll. LXXXVI gubernium ω) 'pro gubernatore et planum pro sycophanta et nanum pro pumi-

lione dicit, quamquam planum pro sycophanta M. quoque Cicero in oratione scriptum reliquit, quam pro Cluentio dixit.'

## AQVAE CALDAE

### I

. . . et iam hic me óptimus somnús premit,
Vt prémitur glis.

Nonius 119, 24 'glis, nominatiuus ab eo, quod sunt glires Laberius in Aquis caldis: etiam' e. q. s. Laudat aliquis salutarem aquarum effectum.

1 opimus *Passeratius, quo ad supplendum senarium uti possis, si ante* optimus *inseras* 2 ut premitur $F^2$, *ms. Fabri* opprimitur φ eo premitur *Bothius. Conicìebam* quo premitur, *ut scripsit Passeratius*

### II

podagricus

Charisius p. 58 P. 'podagrosus a podagra bene dicitur. sed et podagricus a pedum aegritudine, cuius exemplum apud Laberium est in Aquis . . . . . . . . . . ‖ Aeditumus' e. q. s. Sic cod. teste H. Keilio, qui adnotavit litteras a pe, aegri. in Aquis ab ipso quidem iam legi non potuisse, sed editionis princ. auctoritate satis defendi. Quod apud Putschium fertur exemplum podagricus non recessit, item in ed. pr. et apud Fabricium desideratur.

## ARIES

Cf. inc. fab. XX.

Víx sustineo lássas clunes

Charisius p. 78 P. 'clunes feminino genere dixit Melissus, et habet auctorem Laberium, qui in Ariete sic ait: uix sustineo clunes scęuola et Horatius et lassas clunes.' (Sic cod. Neap. 'clunes melissus femĩ dixit oratius et lassos culunes et melius mas̃ dicitur' excerpta Paris. Collato anonymi de dubiis nom. apud Keilium CGL V p. 575 testimonio hoc 'clunes generis feminini, ut Scaeuola: lassas clunes' M. Hauptius in Ovidi Halieut. p. 74, quem Keilius secutus est, sic scripsit: vix sustineo clunes . . . . et Horatius: pulchrae clunes [sat. I 2, 89], et Scaevola: lassas clu-

nes: de Scaevola poeta lascivo disputavit idem in soc. Saxon. annall. 1846 p. 49 sqq.)

## AVGVR

lárgiter fecí lucri

Charisius p. 183 P. 'largiter idem Modestus ait quantitatis. Denique Laberius in Augure: largiter, inquit, lucri feci.'

lucri (luti *cod.*) feci *Charisius, transposuit Bue*

## AVLVLARIA

Homo ébriatus sómno sanarí solet.

Nonius 108, 8 'ebriolare, ebrium facere, et ebriacus' (ebriatus H[1], Bentinus) 'ebrius. Laberius in Hetaera [I] idem in Aulularia: homo' e. q. s. Ex Plauti, cuius frustum aliquod antecesserit, Aulularia sumptum arbitratur Ritschelius Parerg. I 142, cui adsentitur Woelfflinus mus. Rhen. 43, 308 in Augure coni. Stephanus.

ebriatus *H*[1]*? Bentinus: cf. v.* 52 ebriacus *ω, vocalem* a *longam metitur x* ebriosus *G. Fabricius*

## BELONISTRIA

. . . domina nóstra priuignúm suum
Amát efflictim.

Nonius 104, 25 'efflictim, uehementer . . . Laberius Bellonistria: domina' e. q. s. (Belonistria Junius) Cf. inc. fab. X.

1 *sq. Septenarii frustum* dómina nostra p. s. ámat e. *praefert Bue Cf. coroll.* LXXXVI

## CACOMNEMON

Hic est ílle gurdus, quem égo me abhinc mensés duos ex 'Africa
Aduénientem excepísse tibi narráui . . . . .

Gellius XVI 7, 8 'Laberius in mimis, quos scriptitauit, oppido quam uerba finxit praelicenter . . . item in Cacomnemone: hic est, inquit, ille' e. q. s. Cf. Quintilianus I 5, 57 'gurdos, quos pro stolidis accipit uulgus, ex Hispania duxisse originem audiui.' CGl. IV 84 G. 'gurdus, ineptus uel inutilis.' Loewii Prodr. 82: 'brutus, gurdus'.

1 *Fortasse* hic ílle est menses duos *Bothius* duos menses ω 2 aduenientem *vel* huc uenientem *conieci* uenientem ω, *quod servabat Fleckeisenus numeros trochaicos disponens*

## CAECVLI

15/6 Non íntellexi. — ⟨Crédidi⟩ te Maúricatim scíre.

Charisius p. 184 P. 'mauricatim Laberius in Caeculis: non' e. q. s. Nomen fabulae Gaetulis voluit esse Bergkius opusc. II 751, contra mimi argumentum ex schol. Veron. Verg. Aen. VII 681 repeti posse monet Bue.

non intellexi *Putschius ex cod. Dousae, om. notata lacuna ed. pr.* n̄ int . . . . . . *linea extrema cod.* credidi *inseruit Bergkius, om. cod. Idem personas distinxit numerosque constituit*

## CANCER

Nec Pýthagoream dógmam doctus . . .

Priscianus p. 679 P. 'neutra eiusdem terminationis' (a) 'Graeca sunt et addita tis faciunt genetiuum . . . haec tamen antiquissimi secundum primam declinationem saepe protulerunt et generis feminini . . . . Laberius in Cancro: nec' e. q. s. Anonymus Bernensis in Hageni analectis Helveticis p. 98, 33 'Laberius Pythagoream dogmam doctus pro dogma posuit.' Idem p. 109, 3 'Laberius uero dixit: P. d. doctus est.' Cf. inc. fab. XXI.

doctus est *anon. Bern. p.* 109, *ut fortasse* doctust *fuerit, nisi primo pede mancum senarium habemus*

## CARCER

Hómo frugi, quod tíbi relictum est rétines miserimúnium.

Nonius 214, 20 'miseria, ut saepe, generis feminini. Neutri Laberius Carcere: homo' e. q. s.

retines miserimonium *Bothius* (retine *idem* 2) miserimunium retines *ω*, *nisi quod* miserimunium *vocabulum varie deturpatur.* miserimonium obtines *Quicheratius*

## CATVLARIVS

CATVLARIVS, sc. mimus interprete Ritschelio.

I

⟨Et⟩ égo mirabar quó modo mammaé mihi
⟨Sic⟩ déscendiderant.

Gellius VI (VII) 9, 18 'Valerius Antias in libro historiarum LXXV uerba haec scripsit: deinde funere locato ad forum descendidit. Laberius quoque in Catulario ita scripsit: ego mirabar' e. q. s.

1 *sq. Trochaei Bergkio, iambici septenarii* (modo | mammaé) *placuerunt Buechelero* descendiderant *edd., om. Vat. Reg. Guelf.*

II

Numne áliter hunce pédicabis? — Quó modo? —
Video, ádulescenti nóstro caedis hírulam.

Nonius 122, 11 'hillas intestina ueteres esse dixerunt ... Laberius [inc. fab. XII] idem Catulario: neue' e. q. s. Cf. Scylax.

1 *sq. senarios constitui, personas distinxit Bothius* numne *scripsi* neue *ω* nonne *Quicheratius* hunce *scripsi* hunc *ω* genialiter nunc *prop. Bue* 2 hirulam *scripsi* hillam *FH*[1] hilla *L* illa *EH*[2]*PW* ilia *Bue* hillas *Junius* hirulas *x*

## CENTONARIVS

Laberiani tituli non meminit Marquardtus vitae priv. Rom. 567. 698. Cf. CIL V 1019. 3411 Bormannus inscr. Sassin. 26. 29. 30 sqq.

quare tam árduum
Ascéndas? scindere án concupiisti eúgium?

Nonius 107, 32 'eugium, media pars inter naturalia muliebria ... Laberius in Centonario: qua re' e. q. s.

2 ascen *om. ceteris P* ascendis *Junius* ascendisti *Bothius* scindere an concupiisti eugium *scripsi* an (aut *Vrbin.* 307) con-

cupisti eugium scindere ω an concupiuisti e. Scíndere *Bothius* *Trochaeos* áscendas an cóncupisti eúgium ⟨per⟩scíndere *metitur A. Brock quaestt. gramm.* (*Dorpat.* 1897) *p.* 152

## COLAX

Figúra humana nímio ardore ignéscitur.

Nonius 481, 7 'ignescitur pro ignescit. Laberius Colace: figura' e. q. s.

figurae humanae *Bothius*  nimio ardore *Bothius* inimici ardore ψ, *tuetur Bue* nimo nelore *Palat.* uini ardore *coni. x* animi candore *conicio*

## COLORATOR

Colorator: cf. IN 4260 CGl II 103, 21 (cf. 27) G.: colorator στιλβωτής.

itaque léni pruna cóctus
Simúl sub dentes múlieris ueni, bis ter memórdit.

Gellius VI (VII) 9, 4 'sed Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit. . . . Item Laberius in Gallis . . . Item idem Laberius in Coloratore: itaque' e. q. s.

1 coctus *scripsi* percoctus ω quasi percoctus *Bue*

## COMPITALIA

I

. núnc tu lentu's, núnc tu susque déque fers:
Matér familias tua ín lecto aduersó sedet,
Seruós sextantis útitur nefáriis
Verbís.

Gellius XVI 9, 4 'significat autem susque deque ferre animo aequo esse et quod accidit non magni pendere atque interdum neglegere et contemnere et propemodum id ualet, quod dicitur Graece ἀδιαφορεῖν. Laberius in Compitalibus: nunc' e. q. s.

1 nunc *nolui, ut versum explerem, bis ponere:* a *vel* em *vel aliam interiectionem excidisse puto* tu lentu's *Fleckeisenus* tu lentus esṭ *Thuan.* tu lentus es φ tu lentescis *Bothius* lentus es tu *Scaliger* nun *Reg. Magl.* non *Voss.* fers *om. Lugd.* 2 sanatur familiã *Paris.* tua (*ras. sup.* a) *Paris.* 3 sextantis: *cf. Cicero de or.* II 62, 254 sex tantũ *Thuan.* uerbis nefariis utitur ω, *transposuit Bothius*

II

quó quidem
Me á matronalí pudore prólubium meretrícium
Prógredi coégit.

Nonius 64, 11 'prolubium . . . Laberius Conpitalibus: quo' e. q. s.

2 ad prolubium *Guietus* meretricis ω, *correxi*

III

Séquere ⟨me⟩ in latrínum, ut aliquid gústes ex Cynica
haéresi.

Nonius 212, 9 'latrina . . . neutro Laberius Conpitalibus: sequere' e. q. s.

seque $F^1$ me *Bothius, om.* ω gustes $H^2$, *ed.* 1526 gustus φ

IV

malas malaxaui

Gellius XVI 7, 7 'Laberius . . . item in Compitalibus: m. m.'

malaxauit *Paris. Lugd.* *An* málas malacissáui?

COPHINVS

I

cum prouíncias
Dispóliauit, colúmnas monolitás, labella e bálineis

Nonius 544, 32 'lineas' (lenas Aldina lenis Junius) 'uasi genus Afranius Fratr. XXI: labella lenis. Laberius in Cofino: cum . . . labella lenis.'

2 despoliauit *Bothius* molitas *Ba* e balineis *scripsi* lenis *ω* lineis *vel* lineas *Nonius legisse videtur.* labella lenis *ex Afranii loco huc translata esse adfirmat x*

II

manuatus est

Gellius XVI 7, 1 'Laberius in mimis, quos scriptitauit, oppido quam uerba finxit praelicenter. Nam et mendicimonium dixit et moechimonium et adulterionem adulteritatemque pro adulterio et depudicauit pro stuprauit et abluuium pro diluuio et quod in mimo ponit, quem Cophinum scripsit, manuatus est pro: furatus est. et item in Fullone [I] multaque alia huiuscemodi nouat.' Itaque quo in mimo mendicimonium et moechimoninm et adulterio et adulteritas et depudicauit et abluuium locum habuerint, e Gellio quidem non elucet. Nonius autem quae tradit p. 140, 31: 'mendicimonium et moccimonium' (moechimonium Bentinus) 'Laberius in libro quem Cropium' (Cophinum Mercerus) 'inscripsit. in eo uerba haec inueniet qui doctrinae studium putauerit adhibendum. in eo libro quoque maustus' (manuatus Bentinus), 'quod est furatus, inuenire est.' Itemque p. 70, 3 'adulterionem pro adultero Laberius quoprino:' (coprino $BaH^2$ quo primo $W^1$ quiprino $F^2$ Caprino Mercerus Cophino Junius) 'quem si quis legere uoluerit, ibi inueniet et fidem nostram sua diligentia adiuuabit' ex nullo alio fonte nisi ex eodem Gellio hausit eiusque de uno vocabulo testimonium temere ad reliqua transtulit. Cf. Hertzius annall. philoll. 1862 p. 724.

CRETENSIS

fármacopoles símium
Deamáre coepit.

Charisius p. 84 P. 'simiam auctores dixerunt etiam in masculino, ut Afranius . . . Laberius tamen in Cretensi ait: farmacopoles' e. q. s.

2 deamare *Putschius* te amare *cod.* occipit *Putschius* *Vnum senarium* deamáre coepit phármacopoles símium *Bue effinxit*

## EPHEBVS

I

Licéntiam ac libídinem ut tollám petis
Togátae stirpis.

Macrobius Sat. VI 5, 15 'decenter et his epithetis Vergilius usus est ... pro Romanis gentemque togatam, quorum altero Sueuius, altero Laberius usus erat .... ac .. Laberius in Ephebo [I] idem infra [II].'

1 petis *om. Par. a*

II

Idcírco ope nostra dílatatum est dóminium
Togátae gentis.

1 opera *Med. a*

## FVLLO

I

. . manuarí, pudorem pérdidisti.

Gellius XVI 7, 3 'Laberius . . . item in Fullone furem manuarium appellat. Manuari, inquit, pudorem perdidisti, multaque alia huiusce modi nouat.'

II

. . . utrum tu húnc gruem Baleáricum an hominém putas
'Esse?

Nonius 208, 19 'grues ... masculino Laberius in Fullonicis: uirum' e. q. s. Fullonica vel Fullonia x Cf. Novii Fullonicum. De cirris gruis Balearicae Plinius n. h. XI 122.

1 *An senarius est* utrum tu húnc *e. q. s.? Cf. Muelleri prosod. Plaut.* 152 utrum *Scaliger, Gulielmius* uirum *ω* tum *Par. Q* 2 esse *del. Quicheratius* utrum húnc gr. B. an hominém putas? *Bue* uérum (*s.* át utrum) tu gruem B. hunc esse anne h. p.? *x*

## GALLI

de íntegro património
Meó memordi númmum centum mília.

Gellius VI (VII) 9, 3 'Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit . . . item Laberius in Gallis: de integro' e. q. s. Nonius p. 140, 24 'memordi peposci pepugi spepondi in ueteribus lecta sunt . . . Laberius in Callis: de integro' e. q. s.

2 meo memordi nummum centum milia *Bothius* meo centum milia nummum memordi *ω*, *sed* nummum *om*. *P* *Minus probabilis ordo* centum nummum milia, *vel haec numerorum distributio*: de íntegro Património meo céntum nummum mília Memórdi. *Septenarium* de íntegro p. memórdi centum mília *Bue commendat*

## GEMELLI

Nón putaui hoc eám facturum . . . . . . . .

Gellius I 7, 12 (in hisce verbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem: hanc sibi rem praesidio sperant futurum, neque mendum esse neque uitium) 'item Laberius in Gemellis: non putaui, inquit, hoc eam f. Non ergo isti omnes soloecismus quid esset ignorarunt, sed et Gracchus dicturum et Quadrigarius futurum et facturum et Antias processurum et Plautus occisurum et Laberius facturum indefinito modo dixerunt.'

## HETAERA?

### I

'Ebriulati méntem hilaria arrípuit . . . . .

Nonius 108, 4 'ebrulare, ebrium facere, et ebriatus, ebrius. Laberius in there: ebriulati' e. q. s. (ebriolare Carrio Emend. I 2 e ms. Parisino ebriulare edd. thore P[1] Cithera Junius Hetaera Carrio e 'libris sanctioribus')

ebriolati *Carrio Emend. I 2 ex ms. Paris.* ebruilati *φ* hilaria *F*[3], *Bothius* hilariam *φ* hilaram *edd.* arripiunt *edd.*

### II

Nec pálmularum púlsus nec portísculi

Nonius 151, 28 'portisculus' (postisculus Bamb. pertisculus ms. Fabri) 'proprie est hortator remigum, id est qui eandem perticam tenet, quae portisculus dicitur, qua et cursum et exhortamenta moderatur . . . Laberius Cythera: nec' e. q. s. (Hetaera Carrio Emend. I 2 e 'sanctioribus' libris)

palmularum *Carrio* palmarum ω porticuli $L^1$

## IMAGO

. . . genius géneris ⟨est⟩ nostrí parens.

Nonius 119, 29 'genius generis.' Laberius Imagine: genius' e. q. s. (genus $L^1$ genius φ)

geniusque parens generis nostri *Bothius* genus nostri parens *senarii exitum deleto* generis *x* (*cf. coroll.* LXXXVII)

## LACVS AVERNVS

I

Versórum, non numerórum numero stúduimus.

Priscianus p. 712 P. 'uersi quoque pro uersus Laberius in lacu Auerno: uersorum' e. q. s.

numerorum *scripsi ut Bue* numerum ω, *quod suppleto olim initio* tot *ita tueri conabar, ut* numero *pro adverbio haberem et* numerum studuimus *coniungerem*

II

Scínde una exoléto ⟨huic⟩ patienti ⟨hánc⟩ catulientém lupam.

Nonius 90, 32 'catullire' (immo catulire, ut scripsit Guietus) 'esurire' ('est surire' Gesnerus) 'uel libidinari. Laberius in Lacu balerna: scinde' e. q. s. (lacuba . . elerna $P^1$ Lacu Auerno Bentinus)

una una *W* una cum *Quicheratius in septenario iambico* exoleto *Aldus* exculeto $F^3H^1$ excoleto φ exolete *Bothius* huic patienti *scripsi* inpatientem *W* inpatienti φ exsoletum inpatientem ac *Bue* catulentem $F^1L^1$

III

amorabunda

Gellius XI 15, 1 'Laberius in Lacu Auerno mulierem amantem uerbo inusitatius ficto amorabundam dixit. Id uerbum Caesellius Vindex in commentario lectionum antiquarum ea figura scriptum dixit, qua ludibunda, ridibunda et errabunda dicitur ludens et ridens et errans.'

## LATE LOQVENTES

Latine loquentes suspicatus est Ritschelius Parerg. I 143: sed cf. CGl. II 409 G. 'πλατυλόγος latiloquens.' Medicus quidam ineptus in anthol. XI 382, 5 πλατυλέσχης dicitur. Academicorum πλατυρημοσύνη ridetur a Timone sill. fr. XXXXII W.

I

sed dum populária
Agimús per ludum

Nonius 150, 26 'populatia, ut nugalia uel puerilia. Laberius Late loquentibus: e dum' e. q. s.

1 sed *scripsi* et *FH*[1] e φ haec *Scaliger: alia ariolari facile est* popularia *Gesnerus* puerilia ω populacia *Aldina*

II

Quí pedem ex tabérna tulimus, tántus cum instarét pluor.

Nonius 220, 32 'pluuia . . . masculini Laberius Late loquente: qui' e. q. s.

instaret *Hauptius* staret ω

## NATAL

I

cippus. obba. camella.

I sq. Gellius XVI 7, 9 'Laberius . . . item in mimo, qui inscribitur natal, cippum dicit et obbam et camellam. et pittacium et capitium. Induis, inquit, capitium, t. p.'

natal Par. Q Dan. Magl. Voss. Z m. 2 (nata m. 1) nata. l. Voss. X nata. L. Petav. Natalicius Fleckeisenus Natalis vel Natta Bothius pittacium Reg., om. Lugd. pittaciu Magl. pictacium Petav. capitatiū Par. Q

II

'Induis cápitium, túnicae pittácium.

capitium *Par. Q m.* 2 captiū *Voss. X* captiuū *Par. Q Voss. Z Reg. Magl. Voss. X m.* 2 induis Cápitium tunicae pittacium *ordinavit Fleckeisenus: mihi tetrameter creticus catalecticus videtur*

## NECYOMANTIA

Propter fr. II non ante annum 710 actam fuisse monuit Fleckeisenus epist. ad Hertzium p. 39. Inlustraverunt idem Mommsenus hist. Rom. III[8] 591 et Bergkius opusc. I 408 sq.

I

Dum diútius retinétur, nostri oblítus est.

Gellius XX 6, 6 'non paucis in locis nostri atque uestri dictum, non nostrum aut uestrum. . . . Laberius in Necyomantia: dum' e. q. s. (necromantia Magl. recentt.)

detinetur *Magl. Reg.*

II

Duás uxores? hércle hoc plus negóti est, inquit cócio:
Séx aediles uíderat.

Gellius XVI 7, 12 'item in Necyomantia cotionem peruulgate dicit, quem ueteres arillatorem dixerunt. Verba Laberi haec sunt: duas' e. q. s. (necromantia Magl.)

1 hercle hoc *Bothius* hoc hercle (s. hercule) ω negocii *Paris.* negotio *Reg.* est inquit ψ, *recte defendit Bergkius opusc.* I 408 eet. Quid *Paris.* ēen quid *Lugd.* cocio (*ut CIL* IV 2416) ω coctio *praecipit Pauli Festus p.* 51, *ita Plautus Asin.* 203: *cf. Fleckeisenus mus. Rhen.* 8, 231 *Corssenus symb. crit.* 16 *Loewii Prodr.* 285 2 Qui sex *Bergkius: retinui sermonem proverbialem, cuius exempla praeter alios Hauptius ind. lectionn. Berol.* 1868/9 *quaedam composuit.*

## NVPTIAE

Aequum ánimum indigna iníquat contumélia.

Nonius 126, 30 'iniquat.'

indigna *Passeratius et Fruterius* indignat *Ba* $H^1$ $L^2$ *M* indignant *C* $F^1$ indignanti *E* $H^2$ *P W* indignatione *Onions*

## PARILICII

Parilicii, ludi scilicet.

Foríolus esse uidére: in coleós cacas.

Nonius 114, 13 'foria, stercora liquidiora ... Lauerius in Panilicis: foriolus' e. q. s. 'foriolus, qui foria facile emittat, soluti scilicet uentris.' (Paliliciis Bothius: Pariliciis ad Compitaliciorum exemplum conieci. Paliliis vel Pariliis x)

uidere *olim scripsi* uideres *E F H L* $W^1$ uideris *P* $W^2$ foriolu's ut uidere *proposuit C F W Muellerus* in coles *Bue* coleos, *del.* in, *olim scripsi. Cf. Priap.* 69, 4 fóriolus uideris esse, quia c. in c. *Luchs stud.* I 70

## PAVPERTAS

### I

Nihílne refert, móllem e lanitia 'Attica
An pécore ex hirto ⟨dúrum⟩ uestitúm geras?

Nonius 212, 21 'lanitium genere neutro ... feminino Lauerius Paupertate: nihil' e. q. s.

1 nihilne *scripsi* nihil ω nil *Bothius deficiente primo pede* enim nil *Bergkius* 2 pecore ex hirto *Marquardtus vitae Rom. priv. p.* 460 pecore ex hircorum ω, *in quibus vide an* pecore ex hirto hirsutum *lateat* ex hircorum pecore *Muretus* tergore ex hircorum *Bergkius* pectore ex hircorum *olim scripseram* durum *Bue*, crassum *inseruit Marquardtus* uestitum *Lipsius* uestium ψ uestigium *W*

### II

Vísus hac noctú bidenti ⟨sum Hérculi⟩ proptér uiam
Fácere.

Nonius 53, 25 'bidentes qui aestimant ob eam causam oues a Vergilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac uitiose intellegunt . . . melius intellegi potest, si biennis dixerit auctoritate . . Pomponius in Atellana [Gall. Transalp.] Laberius in Paupertate: uisus' e. q. s. (paupere Vrbin. 307) Cf. Gellius XVI 6.

1 noctu *Quicheratius* nocte ω nocte ego *Bothius* bidenti *scripsi* bidentis ω bidente *Leopardus* sum Herculi *addidi, om.* ω: *cf. Festus p.* 229 'propter uiam' *et Macrobius Sat. II* 2, 4 facere sum propter uiam *clausulam versus fuisse non inprobabiliter coniecit Quicheratius*

III

. . . . . . . . . meó licentiátu

Nonius 212, 5 'licentiam feminino. Masculino Laberius in Paupertate: meo l.'

licentiatu *Guietus* licentatus ω

PISCATOR

pugillar 71[1]

Beda de orthogr. CGL VII 285 K. 'Laberius in Piscatore singulariter hoc pugillar dixit.' Charisius p. 75 P. 'item laber . . . singulariter hoc pugillar dicit.' (Ita enim cod.; 'item * singulariter' ed. pr.) Cf. CGl IV 152, 32 G.

RESTIO

I

Demócritus Abderítes physicus phílosophus
Clipeúm constituit cóntra exortum Hyperíonis,
Oculós effodere ut pósset splendore aéreo.
Ita rádiis solis áciem effodit lúminis,
Malís bene esse né uideret cíuibus.
Sic égo fulgentis spléndorem pecúniae
Volo élucificare éxitum aetatí meae,
Ne in ré bona esse uídeam nequam fílium.

Gellius X 17 'Democritum philosophum in monumentis historiae Graecae scriptum est, uirum praeter alios uenerandum auctoritateque antiqua praeditum, luminibus oculorum sua sponte se priuasse, quia existimaret cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis naturae rationibus uegetiores et exactiores fore, si eas uidendi inlecebris et oculorum impedimentis liberasset. Id factum eius modumque ipsum, quo caecitatem facile sollertia subtilissima consciuit, Laberius poeta in mimo, quem scripsit Restionem,' (restitionem, rectionē, rectiorem codd., correxit Fruterius) 'uersibus quidem satis munde atque graphice factis descripsit, sed causam uoluntariae caecitatis finxit aliam, uertitque in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter. Est enim persona, quae hoc aput Laberium dicit, diuitis auari et parci, sumptum plurimum asotiamque' (cf. Ritschelius opusc. II 397) 'adulescentis uiri' (immo filii aut severe; uiuide Bothius) 'deplorantis. Versus Laberiani sunt: Democritus' e. q. s. Nonius 106, 20 'elucificare, dictum a luce. Laberius [77 sq.].' Cf. Menandri fr. 83 M. *τυφλὸν ὁ πλοῦτος καὶ τυφλοὺς Τοὺς ἐμβλέποντας εἰς ἑαυτὸν δεικνύει.*

1—8 *Disposuit hos versus Fruterius Veris. II* 13   6 ego] ito *Nonii ω* cito *vett. edd.*   fulgenti *Gellii ψ praeter Voss., Nonii ψ praeter E W*   splendorem *Gellii ed. Torn.* splendore in *Gellii ω* splendore *Nonii ω*   pecunia *Gellii Voss.*   7 uolo elucificare *Nonius* uelo (euolo *Voss.*) lucificare *Gellii ψ*   aetatis *Nonius*   8 ne *om. Lugd.*   uideam esse *Gellii ψ praeter Voss.*

II

talabarriunculi

Gellius XVI 7, 6 'Laberius ... item in Restione talabarriunculos dicit, quos uulgus talabarriones.' (Sic libri omnes, calabarriunculos vulgo. Num caballariunculos an tabellariunculos ut Falsterus?) Cf. gloss. Vatic. in A. Mai auct. class. VIII 590 'tabelliones, aleones. taberniones, tabernae sectatores.'

## SALINATOR

Nón mammosa, nón annosa, nón bibosa, nón procax

Gellius III 12, 4 'bibosum dictum nondum etiam usquam repperi, nisi apud Laberium; neque aliud est quod simili inclinatu dicatur. Non enim simile est ut uinosus aut uitiosus

ceteraque, quae hoc modo dicuntur: quoniam a uocabulis, non a uerbo inclinata sunt. Laberius in mimo, qui Salinator inscriptus est, uerbo hoc ita utitur: non' e. q. s.

annosa] *Cf. M. Hertzius exped. philol. clin.* 13 anosa *R. Klotzius* pannosa *Studemundus conl. Martiale* III 72, 3

## SATVRNALIA

botulus. homo leuenna.

Gellius XVI 7, 11 'Laberius . . . atque item in mimo, qui Saturnalia inscriptus est, botulum pro farcimine appellat, et hominem leuennam pro leui.' (bortulum Paris. leuennem susp. Bothius)

## SCYLAX

Eundem mimum esse quem Catularium statuit Scaliger nec adversatur Ritschelius Parerg. I 158. Cf. Petronius c. 64

. . . . lubídinitate lábitur

Nonius 491, 4 'lubidinitas pro lubidine. Laberius in Scylace: l. l.' (Colace coni. Junius)

libidinitate *Ba* (*etiam in lemmate*), *L*[1]

## SEDIGITVS

Grúndientem aspéxi scrofam . . . . . . . .

Nonius 114, 29 'grunnire dicuntur porci, quod eorum proprium uocis est . . . Laberius in Sedicito: g. a. s.' Idem 465, 1 'grundire cum sit proprie suum, ut Laberius in Sedicit: grundientem a. s.' (Sedigito Bentinus) Cf. Plinius n. h. XI 244.

grundientem et *O p.* 465 scrofum *Ba p.* 465

## SORORES

I

Hoc uóluit clipeum cóntra peluem próici.

Nonius 196, 24 'clipeus generis masculini . . . neutro

Vergilius: et clipeum super intonat ingens. Licinius Macer . . . clipea portant. Lauerius Sororibus: hoc' e. q. s.

clypeum *edd.* clipeus ω proici contra peluem *x propter Velium Longum CGL* VII 65 *K. cf. v.* 94 *Caecil.* 134. contra p. Próici *Onions*

II

84/5 Laus nómine gloria aléscit.

Nonius 248, 4 'adolescere (alescere x) crescere, unde adulescentem dicimus. Lucretius lib. II: donique adulescendi' ('alescendi' Lachm.) 'summum tetigere cacumen. Laberius in Sororibus: laus' e. q. s.

*Paroemiacum agnovit Lachmannus Lucr. p.* 140 nomine $H^2 L W$ nomine agendi nomine $G H^1$ nomen *Lachmannus. An* nomini'? alescit $G H^1 L^1$, *Lachmannus* adolescit $H^2 L^2 W$ dolescit *P* laus cúm adolescit, nominatur gloria *Bothius: eadem sententia eis quae in textu posui exprimitur. Iambos* laus nomen g. Adoléscit *olim metiebar*

III

Ecástor mustum . . . . . somniculósum.

Gellius IX 12, 11 'item C. Caluus in poematis laboriosus dicit, non ut uulgo dicitur qui laborat, sed in quo laboratur . . . eadem ratione Laberius quoque in Sororibus: ecastor, inquit, m. s.' (soporibus Bern. Lugd. Par.) Nonius p. 172, 30 'somniculosus, quod ad sómnos uocet.' (sic Mercerus. 'uacet' libri)

mustum *Mercerus* multum ω *Ludere possis* ecástor mustum ⟨praébuit⟩ multúm s. *Displicent trochaei*

## STAMINARIAE

Nihil lucis titulo aut Petronii verbis c. 41 'staminatas duxi' aut Buecheleri apud Friedlaenderum commentario (aliter idem in Ritschelii opusc. II 510) accedit. De mimo Staminario cogitat Woelfflinus mus. Rhen. 43, 308.

Tóllet bona fidé uos Orcus núdas in catómium.

Gellius XVI 7, 4 'Laberius . . . neque non obsoleta quoque et maculantia ex sordidiore uulgi usu ponit, quale est in Staminariis: tollet' e. q. s. Cf. Cicero ad fam. VII 25 'uereor ne in catomum Catoninos.' De locutione 'in catomum' disseruit

Roensch ann. philoll. 1883 p. 211 sqq. cf. CGl V 594 G. 'catamaiti, ergastulum.' 595 'catomain, ergastulum' ('catomium' Scaliger. Fort. 'catomoin' = κατ' ὤμοιν)

*Iambicum octonarium cum Bothio Bergkius commendavit* ortus *Magl. Lugd.* corus *Aem. Baehrens* catomium *Juntina, prob. Prellerus myth. Rom.* II 63 catonium *Gellii Lugd. X, tuebatur Salmasius* catomum φ, *Turnebus.* Charonium *Ascens., Loensis Misc. epiph. III* 5

## STRICTVRAE?

Sine língua caput pedárii senténtia est.

Gellius III 18, 9 'uersum quoque Laberi, in quo id uocabulum' (pedarius) 'positum est, notari iussimus, quem legimus in mimo, qui Stricturae inscriptus est: caput' e. q. s. scripturae χ scriptura Ascens., Bergkius opusc. I 391: ariolando proferri multa possunt, e. c. secturae structurae al.

sine lingua caput *Fleckeisenus* caput sine lingua ω pedani χ pedaria *vulgo* cáput ut sine lingua (*vel* sine lingua caput) pedari ⟨nimirum⟩ sententiast *Bergkius* capút sine lingua ⟨in curia⟩ sententiast pedari *coni. Bue* sine l. aput pedarium s. est *Lachmannus ad Lucil. v.* 1098

## TAVRVS

. . . . . . . hietantúr fores

Diomedes p. 336 P. 'hiare et hietare . . . Laberius etiam in Tauro passiuo modo enuntiauit: hietantur fores, inquit, pro eo sane, quod est hietant, id est patent.'

## TVSCA

I

. . . . . . . . . dóminus ⟨est⟩ nostér tua
Lúculentitáte captus.

Nonius 135, 3 'luculentitatem a luculento . . . Lauerius Tusca: dominus' e. q. s. (Thucca $H^1L^1$ Tucca $H^2$ $L^2$W)

noster] nt $L^1$ est *ante* tua *inseruit Bergkius*, nunc *ante* noster *x* dóminus luculentitate captus ⟨est⟩ noster tua *Bothius*

II

Cóncitata móbilitatam ménte maestas . .

Nonius 137, 27 'mestas pro mestifices' ('moestificas' Junius) 'Laberius Tusco: concitatam' e. q. s.

concitata $F^1 H^2$ concitataą *L* concitatam $H^1 W$ mobilitatam *Bothius, om.* $F^1 H^2 L$ mobilitata φ mentem *Vrbin.* 307 mente me *Bothius* maesta *P* *Fortasse* mulierem *in exitu versus fuit, nisi forte* mente me maestas magis *praestat*

III

. . . . . bípedem bliteam béluam

Nonius 80, 25 'blitea, inutilis, a blito, herba nullius usus . . . Laberius in Tucca: b. b. b.' (Tusca Bothius)

IV

. . . . . . inridentér petit

Charisius p. 181 P. 'inridenter: Laberius in Tusca: inridenter petit.'

VIRGO

I

Amóre cecidi támquam blatta in péluim.

Nonius 543, 26 'peluis, sinus aquarius, in quo uaria' ('uasa' x) 'perluuntur' ('pelluuntur' Colb.), 'unde ei nomen est. Lauerius Virgine: amore' e. q. s.

peluim *trisyllabum: cf. Caecil.* 134

II

Sí quidem meá colustra frúctus fecissét . .

Nonius 84, 13 'colustra, lac concretum in mammis Lucilius . . . Lauerius in Virgine: siquidem mea colustra fretus terris studere fecisset sumere aquam ex fonte.' Ex quibus [cre]terris sumere aquam ex fonte verba Naevii Lycurgo (XVII) restitui.

fructus *scripsi* fretus ω fartus *x*

III

álienum appetónibus
Viae éxpeditae déuerticula s⟨únt⟩ . .

Nonius 74, 8 'appetones ab adpetendo dicti. Laberius in Virgine: alienum' e. q. s. (apetones H$^2$L apectones HP apeditones Colb. Dan. appeditones Ba Liberius Ba)

1 apetonibus ω 2 expeditae *Bue* perditae (perdite *Ba*) ω paratae *x* deuerticulas (diuerticulas *Ba*) ω: sunt *in ultima littera* s *latere olim animadverti* mala *suppl. Bue* bona *x*

## EX INCERTIS FABVLIS

I

Prologus

Necéssitas, cuius cúrsus transuersi ímpetum
Voluérunt multi effúgere, pauci pótuerunt,
Quo mé detrusit paéne extremis sénsibus!
Quem núlla ambitio, núlla umquam largítio,
Nullús timor, uis núlla, nulla auctóritas
Mouére potuit ín iuuenta dé statu:
Ecce ín senecta ut fácile labefecít loco
Viri éxcellentis ménte clemente édita
Summíssa placide blándiloquens orátio!
Etenim ípsi di negáre cui nil pótuerunt,
Hominém me denegáre quis possét pati?
Ego bís tricenis ánnis actis síne nota
Equés Romanus é Lare egressús meo
Domúm reuertar mímus. ni mirum hóc die
Vnó plus uixi míhi quam uiuendúm fuit.
Fortúna, inmóderata ín bono aeque atque ín malo,
Si tíbi erat libitum lítterarum laúdibus
Floréns cacumen nóstrae famae frángere,

Cur cúm uigebam mémbris praeuiridántibus,
Satis fácere populo et táli cum poterám uiro,
Non mé flexibilem cóncuruasti ut cárperes?
Nuncíne me deicis? quó? quid ad scaenam ádfero?
Decórem formae an dígnitatem córporis,
Animí uirtutem an uócis iucundaé sonum?
Vt hédera serpens uíres arboreás necat,
Ita mé uetustas ámplexu annorum énecat:
Sepúlcri similis níl nisi nomen rétineo.

I—III Macrobius Sat. II 7 'Laberium asperae libertatis equitem Romanum Caesar quingentis milibus inuitauit, ut prodiret in scaenam et ipse ageret mimos, quos scriptitabat. Sed potestas non solum si inuitet, sed etiam si supplicet cogit: unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testatur his uersibus: Necessitas' e. q. s. 'In ipsa quoque actione subinde se qua poterat ulciscebatur inducto habitu Syri, qui uelut flagris caesus praeripientique se similis exclamabat: [II] et paulo post adiecit [III]. Quo dicto uniuersitas populi ad solum Caesarem oculos et ora conuertit, notantes inpotentiam eius hac dicacitate lapidatam. Ob haec in Publilium' (sic Par. 'Publium' vulg.) 'uertit fauorem.' Narraverat eadem Gellius in libro VIII, cuius capitulum 15 hoc est: 'quibus modis ignominiatus tractatusque sit a C. Caesare Laberius poeta: atque inibi appositi uersus super eadem re eiusdem Laberii.' Adlusit Cicero de off. I 31, 114 'suum quisque igitur noscat ingenium . . . ne scaenici plus quam nos uideantur habere prudentiae. illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt . . . . ad quas igitur res aptissimi erimus, in eis potissimum elaborabimus. sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quae nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura meditatio diligentia, ut ea si non decore at quam minime indecore facere possimus' e. q. s.

1 impetu *Ba m. pr.* 3 me] modo *Regin.* detrusti *Scaliger, qui Graece vertit hunc prologum* 4 nulla inquam *Gud.* nulla quem *Bothius* 6 in iuuenta potuit *Par.* 8 clementi *Heinsius* 10 dé *Ba* 11 quis] qui *susp. H. Meyerus* 12 trecenis *Par.* 13 e *Fruterius, om. ω* ex *Scaliger* 15 *om. Par.* 16 Forma *Ba m. pr.* 18 florens *Lipsius* floris *ω* 21 flexibilem me *ω*, *transposuit Muretus* (*mus. Rhen.* 33, 245) flexilem me *Bue* 22 nuncine *Schne*

nunc ω *An* quor? 24 iocundae ω 25 ʰedera *Par.* 26 enecat *Par.* necat φ 27 sepulchris *Ba*

II

Porró, Quirites! líbertatem pérdimus.

III

Necésse est multos tímeat quem multí timent.

Seneca de ira II 11, 3 ʻoccurrat hoc loco tibi Laberianus ille uersus, qui medio ciuili bello in theatro dictus totum in se populum non aliter conuertit, quam si missa esset uox publici adfectus: necesse' e. q. s. Cf. Syri sent. 338 et fals. 217 p. 127 W. Pseudoseneca de moribus 61 et cod. Cusanus p. 113 ʻqui a multis timetur, multos timet.' Ausonius septem sap. sent. 4, 5 p. 150 W. ʻmultis terribilis timeto' (al. ʻcaueto') ʻmultos.' Solon apud Anton. Meliss. serm. περὶ βασιλέως (Orelli opusc. Graec. sent. I 162, 19) ὁ πολλοῖς φοβερὸς ὢν πολλοὺς φοβείσθω et alii. Cf. Macrobius laudatus ad fr. II.

IV

Non póssunt primi esse ómnes omni in témpore.
Summum ád gradum cum cláritatis uéneris,
Consístes aegre, níctu citius décidas.
Cecidi égo, cadet qui séquitur: laus est pública.

Macrobius Sat. II 7, 7 (Publilius Syrus) ʻcum mimos componeret ingentique adsensu in Italiae oppidis agere coepisset, productus Romae per Caesaris ludos, omnes qui tunc scripta et operas suas in scaenam locauerant prouocauit, ut singuli secum posita inuicem materia pro tempore contenderent. Nec ullo recusante superauit omnes, in quis et Laberium. Vnde Caesar adridens hoc modo pronuntiauit: fauénte tibi me uíctus es, Laberi, á Syro: statimque Publilio palmam et Laberio anulum aureum cum quingentis sestertiis dedit. Tunc Publilius ad Laberium recedentem ait: quícum contendísti scriptor, húnc spectator súbleua. Sed et Laberius sequenti statim commissione mimo nouo interiecit hos uersus: non possunt' e. q. s. (Publilius nomen exhibet Paris. ubi Publius vulgatur.)

3 consistentes *Palat.* agere, *sup.* egre, *Gud.* nictu *scripsi* nec *Med. a b* neç *Angl. Med. c* et φ citius quam

ascendas *Par.* citius quam descendas *Ba* citius quam escendas *Schneidewinus* decidas *Ba* decides *Par.* cades *Schraderus* nimio citius decides *coni. Plauti Trin.* 387 *Bue*

V

Autúmno, ubi caurus pópulis decídua folia pándit.

Nonius 100, 9 'decidua, quae decidant, ut occidua, quae occidant. Laberius: in altum non' e. q. s.

autumno *scripsi* in altum non $F^2HW$ sin altum non *E* sinalitum non *P* sin alium non $F^1L$ in autumno *Bothius* caurus populis *scripsi.* caput a foliis (folis *L*) *ω*: *de* cauro *cf. Plin. n. h. II* 47, 124 *et Lucretius VI* 135 in aútumno ubi frondéns caput (*al.* coma árboris) d. f. p. *coni. Bue. Violentius septenarium trochaicum* út (*vel* síc) in autumno, ubi caúrus folia pándit decidua ín solo *effinxeram*

VI

túus amor

Tám cito crescít quam porrus, tám quam palma fírmiter.

Fronto epist. II 9 p. 30 Nab. 'et quod ait Laberius de amore, suo modo καὶ ἐπὶ ἰδίᾳ μούσῃ, amor tuus' e. q. s. 'hoc igitur ego ad desiderium uerto, quod ille de amore ait.'

1 amor tuus *cod., transposui* *Senarii* amor tuus tám cito Crescít *e. q. s. praeplacent Buechelero* 2 tam firme quam palma *Fronto*

VII

134/6 Ad amorem iniciendum delenimenta esse deleramenta, beneficia autem ueneficia.

Fronto epist. in M. Caesarem I 6 p. 19 Nab. 'uerum est profecto, quod ait noster Laberius, ad amorem iniciendum delenimenta esse deleramenta, beneficia autem ueneficia.' Cf. Apuleius apol. 102 p. 112 K. 'o graue ueneficium dicam an ingratum beneficium?'

deliramenta *suadere non audebat Buttmannus* deliberamenta *cod.* delibamenta *Jacobsius* *Ad numeros sententiam sic fere redigas*: ád amorem delénimenta méra deleraménta sunt, Nón beneficia, séd ueneficia . . . . . . .

VIII

'Incipio adulescénturire et néscio quid nugárum facere.

Nonius 74, 15 'adulescenturire. Laberius: incipio' e. q. s.

IX

Quae nám mens, quae delériitas uos súppolitorís facit
Cum cáno . . eúgio puéllitari . . . ?

Nonius 490, 20 'deleritas, deleratio' (ita W in mg., Leid. Bamb.) 'Laberius: quae nam' e. q. s.

1 deleritas *BaLW in mg.* deliritas *φ* subpolitoris *vel* suppolitoris (sopp. *P* sup. *Ba*[1]) *ω* (*cf. coroll.* LXXXVIII) suppilatores *Aldina* 2 puellari *H*[1] uellitari *ed. pr.* uelitari *ed.* 1480 puellitarier *Scaliger* anilique *post* cano, turpiter *in fine versus supplet Bue: pro illo etiam* uxoris *cogitari potest.*

X

uxorém tuam
Et meám nouercam cónsectari lápidibus
A pópulo uideo.

Priscianus p. 791 P. 'Laberius: uxorem' e. q. s. 'consectari passiue posuit, διώκεσθαι.' Cf. v. 11 sq.

1 *sqq. Versus restituit Bothius:* uxorem tuam et (et *om. Bamb., fort. recte*) meam nouercam a populo lapidibus consectari uideo *ω, quo servato ordine trochaeos* úxorem . . . lapidibus Cónsectari u. *parum numerosos Hertzius proposuit*

XI

. . . . . . . . . frustrámur inridémur

Priscianus p. 793 P. 'frustratus ματαιωθείς. Laberius: f. i.'

XII

Láuite item hillam! cócus si lumbum adússit, caedetúr flagris.

Nonius 122, 10 'hillas intestina ueteres esse dixerunt;

unde Bohillae, oppidum in Italia, quod eo bos intestina uulnere trahens aduenerit. Laberius: labit' e. q. s.

lauite item *scripsi* lauititem $H^2$ labitatem $F^1H^1L$ labititem φ illam $FH^1L$ coque *Vrbin.* 307 caedetur flagris *scripsi* flagris ceditur *W mg.* fragilis ceditur $EFH^1LP$ fragulis caeditor *coni. x* (*Probus CGL* IV 198, 9 '*flagellum, non fragellum*')

## XIII

Plinius n. h. IX 17, 28 'postea praecipuam' (inter pisces) 'auctoritatem fuisse lupo et asellis Nepos Cornelius et Laberius poeta mimorum tradidere.'

## XIV

. . . . . [áliqua parte] euúlserat

Diomedes p. 369 P. 'uello uellis uulsi, sed melius uelli . . Laberius: aliqua parte p.'

aliqua parte *grammatico reliquit Keilius* euulserat *Bue* 'euulserat *corr.* p̄uulserat *Monac.* praeuulserat φ

## XV

. . . . coícior in fullónicam

XV sq. Gellius XVI 7, 5 eis quae ad XVII transcripsimus haec subiecit: 'et coicior inquit in f. et [XVI[a]].'

## XVI[a]

Quid próperas? ecquid praécurris Calidóniam?

ecquid *Petav.* &q̊d *Germ.* quid φ p̊curris *Lugd.* Calidoniam *scripsi, scil. Atalantam* caldonia ω

## XVI[b]

Maéreo: mens íncorrupta míseriter corrúmpitur.

Nonius 517, 1 'miseriter pro misere. Laberius mereo' e. q. s. (mareo Ba $L^1$ Marco pro titulo fabulae ed. princ. eademque opinione ducti ceteri: Macco Bentinus Nereo

Bothius Mario vel Morione ipse conieci, quamquam dubitanter; maereo in poetae textum intulit Quicheratius, marceo x)

mereo *HPW* mareo *BaCL*[1] macreo *L*[2]

## XVII

mendicimonium. moechimonium. adulterio. adulteritas. depudicauit. abluuium. elutriare lintea. lauandaria.

Gellius XVI 7, 1 'Laberius in mimis, quos scriptitauit, oppido quam uerba finxit praelicenter. Nam et mendicimonium dixit et moechimonium et adulterionem adulteritatemque pro adulterio, et depudicauit pro stuprauit et abluuium pro diluuio . . . et elutriare lintea et lauandaria dicit, quae ad lauandum sint data.' Cf. Nonius p. 140, 31 ad Cophini II exscriptus. (eleutriare Paris. eleutriare [e eras.] Reg. Cf. Roensch ann. philoll. 1883 p. 214 labandaria Paris. Lugd. labrandria Voss. labandria φ lauandria vulgo)

## XVIII

arra

Gellius XVII 2, 21 'nunc arrabo in sordidis uerbis haberi coeptus ac multo uidetur sordidius arra, quamquam arra quoque ueteres saepe dixerint, et compluriens Laberius.'

## XIX

dictabolaria

Fronto de orat. p. 156 Nab. 'neque ignoro — — — ut Laberius, dictabolaria, immo dicteria potius eum' (Senecam) 'quam dicta continere.' Cf. Novius inc. fab. XV.

## XX

arietem reciprocicornem, lanicutem, testitrahum

Tertullianus de pallio 1 'nam et arietem non quem Laberius reciprocicornem et lanicutem et testitrahum,' (testitrabum Vindob. Leid., ed. pr. textrabum Laur.) 'sed trabes machina est, quae muros frangere militat' e. q. s. Vnde Salmasius uersum fecit hunc: Recíprocicornis lánicus

testítrabus. Graece: ἀνακαμψικέρατος ἐριόθριξ ὀρχεισύρος. Cf. Aries mimus.

## XXI

Tertullianus apolog. 48 'age iam, si qui philosophus adfirmet, ut ait Laberius de sententia Pythagorae, hominem fieri ex mulo, colubram ex muliere, et in eam opinionem omnia argumenta eloquii uirtute distorserit, nonne consensum mouebit et fidem infiget etiam ab animalibus abstinendi propterea? persuasum quis habeat, ne forte bubulam de aliquo proauo suo obsonet?' Cf. Cancer.

Senarium sic (vel ait) hóminem fieri ex múlo, colubram ex múliere notavit Bue

## XXII

[dextrabus]

Nonius 493, 19 'dextrabus pro dexteris. Laberius in Odissia: deque manibus dextrabus.' Aut Livius cum Bentino scribendum aut lacuna statuenda huius modi: 'Laberius ... Liuius in Odissia' e. q. s.

## XXIII

sobrior

Charisius p. 64 P. 'sobrius, quod nomen comparari non debet. neque enim sobrior neque sobrissimus dici potest, quamuis Laberius sobrior dixerit.'

## XXIV

aluus

Charisius p. 61 P. 'aluum Vergilius feminino genere saepe dixit, sed masculine Caluus ... et Heluius Cinna ... et Laberius et Accius frequenter, quod magis usus celebrauit.'

XXV

obiter

Charisius p. 187 P. 'obiter diuus Hadrianus sermonum primo quaerit an Latinum sit: quamquam, inquit, apud Laberium haec uox esse dicatur' e. q. s.

XXVI

Cicero ad fam. VII 11, 2 (Trebatio a. 701) 'sed heus tu, quid agis? ecquid fit? uideo enim te iam iocari per litteras . . . . si cito te rettuleris, sermo nullus erit; si diutius frustra afueris, non modo Laberium, sed etiam sodalem nostrum Valerium pertimesco. mira enim persona induci potest Britannici iure consulti. haec ego non rideo, quamuis tu rideas; sed de re seuerissima tecum, ut soleo, iocor.' Cf. 10, 1.

# VALERIVS

Valerivs, iure consultus et Ciceronis familiaris, quem ut Laberium mimos scripsisse evincere videntur Ciceronis ad fam. VII 11, 2 verba modo laudata. Dixerunt de eo Schwabius quaest. Catull. 25 sq., et R. Schoellius legis XII tabb. rell. p. 38, cf. praeterea coroll. LXXXVIII.

PHORMIO

Phormio utrum palliata fuerit et ab alio nescio quo Valerio facta an huius Valerii mimus, sane incertum, quamquam titulo ipso mimus certe non excluditur.

Quid híc cum tragicis uérsis et syrmá facis?

Priscianus p. 679 P. 'Valerius in Phormione: quid' e. q. s. 'pro syrmate.' Idem p. 712 P. 'uersi quoque pro uersus.

Laberius . . . Valerius in Phormione: quid' e. q. s. (ualirius Sang. Terentius Reg. Terrent. Halb. Terr̄ Barb. in mg. Cf. Iuvent. inc. fab. I. II)

# PVBLILIVS SYRVS

De nominibus disseruit Woelfflinus in Philol. XXII p. 439 sqq. et in prolegomenis p. 3 sq.

## MVRMVRCO

Thesaur. nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 362 'murmurcones' (murmurones Hildebrandus gloss. Par. p. 214), 'murmuratores mugissores mussitatores.' (Placidus CGl V 33 G. 'murgissor, irrisor lusor.' p. 85: 'murgiso, callidus murmurator.' Cf. ibid. IV 260. 366. 539 V 312 'murgisso') Gloss. Vat. CGl IV 117 G. 'mirmidones, dolosi.'

Céllas seruorúm conuerri . . . . . . . .

Priscianus p. 900 P. 'uerro enim secundum Seruium uersi facit, secundum Charisium autem uerri, quod et usus comprobat . . . Publius in Murmunthone: cellas s. c.' (puplius Sang. Carolir. muromunthone Halb. Barb., om. Sang. muromuntone Carolir. moro munthone Grut. muro muinthone Bong. muromonthones, corr. mauromonthones, Bamb. murmurithone Reg. murmunthone Zwicc. a Darmst.* Krehlii. Mimo Mutone Niebuhrius in margine exemplaris sui. Moro mentone vel Murrhinone vel *Μορμομόθωνι* proposuit Ritschelius, Murmidone Hertzius, Murmillone Bernhardy. Cogitavi ipse olim de Muto Mutuno vel Muro Mutuni vel Murco mutone.) Hesychius: *μύρκος· ὁ καθόλου μὴ δυνάμενος λαλεῖν. Συρακούσιοι. ἐνεός, ἄφωνος.* Cf. *μυρικᾶς.*

## PVTATORES

Progrédere et ne quis látibuletur, próspice.

Nonius 133, 7 'latibulet et latibuletur pro lateat. Neuius Erotopaegnion . . . Publilili putatoribus: progredere' e. q. s. (Publilius ed. a. 1476)

praegredere *Quicheratius* prospice *P¹? Vrbin.* 307 perspice *φ*

## EX INCERTIS FABVLIS

### I

[Luxúriae rictu Mártis marcent moénia.
Tuó palato claúsus pauo páscitur
Plumáto amictus aúreo Babylónico, 5
Gallína tibi Numídica, tibi gallús spado:
Cicónia etiam gráta peregrina hóspita
Pietáticultrix grácilipes crotalístria
Auis, éxul hiemis, títulus tepidi témporis,
Nequítiae nidum in cáccabo fecít modo. 10
Quo márgaritam cáram tibi, bacam 'Indicam,
Smarágdum ad quam rem uíridem, pretiosúm uitrum, 14
Quo Cárchedonios óptas ignes lápideos, 15
Nisi út scintilles? próbitas est carbúnculus.
An út matrona ornáta phaleris pélagiis 12
Tollát pedes indómita in strato extráneo?
Aequum ést induere núptam uentum téxtilem, 17
Palám prostare núdam in nebula línea?]

Petronius 55 'rogo, inquit' (Trimalchio) 'magister, quid putas inter Ciceronem et Publilium interesse? ego alterum puto disertiorem fuisse, alterum honestiorem. quid enim his melius dici potest? luxuriae' e. q. s. Bernhardyo hist. lit. Rom. 460 exemplum Publilianae artis imitari magis quam exprimere videntur hi versus.

1 ritu *Tragur.* 2 pascitur *Scaliger* nascitur *Tragur.* 6 pietaticultrix *Leid.* pietatis cultrix φ 8 modo *Jacobsius, Bue* meo ω 9 margaritam caram *scripsi* margarita cara ω tibi, bacam Indicam *Heinsius* tibi baca (bacça *Leid.*) indica *Bern. Leid.* tribaca indica φ uitribaca Indica *coni. Bue* *Post hunc versum quaedam excidisse olim putaveram: miscuisse Trimalchionem quos meminerat Syri versus credit Bue, huic versui apte continuari v.* 14, *et v.* 12 *sq. post v.* 15 *sq. sequi debuisse* 10 uiride p. u. *coni. Bue* 11 portas *malit Heinsius* aptas *Jacobsius* 12 scintilles *Heinsius* scintillet ψ scintille *Voss.* scintillent χ est ψ e *Bern.* '*nisi forte probitatem carbunculum habueris qui scintillare debeat*' *interpretatur Bue, si sana*

*sit scriptura.* carbunculas *Trag.* carbunculos *Bern.* scintillet probitas e carbunculis *Bue*[2] 14 tollas *conieci* 15 induere *Leid.* inducere φ 16 linea *Leid.* lune (lunae) φ

II

Quid érgo in uentre parti sarabaras tuo
Suspénderit?

Isidorus orig. XIX 23 'sarabarae sunt fluxa ac sinuosa uestimenta, de quibus legitur in Daniele . . . et Publius: ut quid' e. q. s. (plupl [r suprascr.], del. upl, suprascr. m. 2 † plublius Mon. Puplius Wolfenb.) σαράβαρα anaxyrides qualibus Persae utebantur: Antiphanes in Scythis apud Poll. 7, 59. 10, 168. Ergo apud Syrum quoque Persae nescio cuius bracae rideri videntur.

1 ut quid ω: *delevi* ut *corruptum fort. ex* ait in uentre parti sarabaras tuo *scripsi* in uentre tuo parti (parthi *Wolfenb.* parthis *Mon.*) sarabara *Wolfenb. Germ. German. duo* parthi in uentre tuo sarabaras suas *Gu.* 1 in uentre tuo parthi sarabaras suas *Gu.* 2. 3 2 suspenderit *scripsi* suspenderint *Germ.* 1 *et* i *suppuncta Germ.* 2 suspenderunt φ quid ergo? in uentre Parthi (*vel* Parthi in u.) sarabaras tuo suspenderant *Bue*

# CATVLLVS

## LAVREOLVS

I

Iuvenalis sat. VIII 187 'Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit Iudice me dignus uera cruce.' scholiasta 'hoc ideo quia in ipso mimo Laureolo figitur' ('fingitur' Dziatzko mus. Rhen. 31, 380) 'crux: unde uera cruce dignus est Lentulus, qui tanto detestabilior est, quanto melius gestum imitatus est scaenicum. hic Lentulus nobilis fuit et suscepit serui personam in agendo mimo et deprehensus in falso cruci fixus est.' Iosephus antiq. XIX 1, 13 *μῖμος εἰσάγεται, καθ' ὃν σταυροῦται λῃστῶν ἡγεμών.*

Cf. Martialis de spectac. 7 'qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Adsiduam nimio pectore pauit auem, Nuda Caledonio sic uiscera praebuit urso Non falsa pendens in cruce Laureolus' e. q. s. Tertullianus adv. Valentin. 14 'ita depulsa quo minus pergeret nec habens superuolare crucem, id est Horon, quia nullum Catulli Laureolum fuerit exercitata' e. q. s.

II

Suetonius Calig. 57 'et cum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem uomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scaena abundauit.'

PHASMA

Iuvenalis VIII 185 'consumptis opibus uocem, Damasippe, locasti Sipario, clamosum ageres ut Phasma Catulli.' schol. 'nomen est mimographi, et Phasma nomen est fabulae.'

INCERTVS MIMVS

Iuvenalis XIII 109 'nam cum magna malae super est audacia causae, Creditur a multis fiducia. mimum agit ille, Vrbani qualem fugitiuus scurra Catulli.' schol. 'talis est enim mimus, ubi seruus fugitiuus dominum suum trahit.'

# LENTVLVS

CATINENSES

Tertullianus de pallio 4 'sed et qui ante Tirynthium accesserat pugil Cleomachus post Olympiae cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, intra

cutem caesus et ultra inter fullones iam Nouianos coronandus meritoque mimographo Lentulo in Catinensibus commemoratus utique sicut uestigia cestuum uiriis occupauit, ita et endromidis solocem aliqua multicia synthesi extrusit.' Cf. Furii Bibaculi in schol. Iuven. 8, 16 versum 'Osce senex Catinaeque puer, Cumana meretrix.'

## LENTVLI. HOSTILII

Hieronymus adv. Rufin. II p. 414 'et quasi mimum Philistionis uel Lentuli ac (l. aut) Marulli stropham eleganti sermone confictam'. Cf. Tertullianus ad nationes I 10 Mercator in Marium p. 9 B. (mus. Rhen. 44, 530) Anubidis personati sc. adulterium aliquod ipso aerae nostrae initio Romae commissum Iosephus antiquit. XVIII 3, 4 narrat; de Luno Carris culto Spartianus in Caracalli vita c. 7.

Tertullianus apolog. 15 'dispicite Lentulorum et Hostiliorum uenustates utrum mimos an deos uestros in iocis et strophis rideatis: moechum Anubin et masculum Lunam et Dianam flagellatam et Iouis mortui testamentum recitatum et tres Hercules famelicos inrisos.'

## MARVLLVS

De Marvllo testimonia composuit Hauptius Herm. I 43: adde S. Paulini epigr. in corp. eccl. lat. 16, 499 v. 79, de quo Manitius in mus. Rhen. 50, 153.

### INCERTI NOMINIS

I

. . . . tu Hectórem imitare: ab 'Ilio
Numquám recedis.

Servius in Aen. VII 499 'perque ilia] hoc ile et haec ilia facit. hinc et Iuuenalis: uis frater ab ipsis Ilibus? nam quod Marullus mimographus dixit: tu' e. q. s. 'cum de guloso diceret, allusit ad ciuitatis nomen. nam ab ili debuit dicere.' Idem in ecl. VII 26 'rumpantur ut ilia] sicut etiam in Aeneide diximus, hoc ile et haec ilia facit . . . nam Marullus mimographus contempsit artem ad iocum mouendum, et parasito dixit: tu ut Hector ab Ilio numquam recedis. est autem hoc dictum per amaritudinem rusticam.'

*Marulli verba in senarios redegit Bothius* imitare *G. Hermannus* imitaris *Servius loco priore: altero usus testimonio* ut Héctor tu recedis numquam ab Ilio *commendavit Bue*

II

Iulius Capitolinus in vita Antonini philosophi c. 8 'adepti imperium ita ciuiliter se ambo egerunt, ut lenitatem Pii nemo desideraret, cum eos Marullus sui temporis mimographus cauillando inpune perstringeret.' Cf. praeterea anon. mim. fr. XI.

# L V C I L I V S

Seneca epist. 8, 9 'alienum est omne, quicquid optando euenit [Syri sent. 1]. hunc uersum a te dici non paulo melius sed adstrictius memini: non est tuum' e. q. s. 'Illud etiam nunc melius dictum a te non praeteribo: dari bonum' e. q. s. Rettulerunt inter Publilianas sententias: cf. sent. fals. 41. 243 W.

INCERTI NOMINIS

I

Non ést tuum, fortúna quod fecít tuum.

II

Darí bonum quod pótuit, auferrí potest.

# ANONYMI

## FABA

Cicero ad Att. I 16, 13 'uidesne consulatum illum nostrum, quem Curio antea ἀποθέωσιν uocabat, si hic factus erit, Fabam mimum futurum?'

Seneca apocoloc. 9 'olim, inquit, magna res erat deum fieri, iam famam mimum fecistis.' Cum apud utrumque ἀποθεώσεως mentio fiat, argumentum mimi vix aliud fuisse potest quam Pythagorei de migratione animae dogmatis praeceptorumque ad victum pertinentium inrisio (hist. poes. Rom. I² 226) Fabae reverentia quantam ridendi materiam praebuerit, causarum quibus abstinentia eius e. c. in Porphyrii vita c. 44 firmatur ineptiis satis declaratur. Novam nuper ariolationem inanibus exstructam argumentis pro certa vendidit Th. Birt in Dieterici Pulcinella 277 sq. eiusque adsensum tulit p. 91. Nec fatuum mimum probo, quod O. E. Schmidt Philologi n. s. X 554 proposuit.

## LASERPICIARIVS

Petronius c. 35 'atque ipse etiam taeterrima uoce de Laserpiciario mimo canticum extorsit.'

## TVTOR

Cf. anon. mim. IV—VI.

Cicero de orat. II 64, 259 'non insulsum genus' (ridiculi) 'ex eo, cum ad uerbum, non ad sententiam rem accipere uideare, ex quo uno genere totus est Tutor, mimus uetus oppido ridiculus.'

## ALIVS MIMVS

Vxoris partes Thymelen, mariti Corinthum egisse conlegerunt ex Iuvenalis VIII 197 'mortem sic quisquam exhorruit, ut sit Zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?' Ceterum cf. Horatii sat. II 7, 59 sq. Martialis I 4, 5 II 72, 3 sq. V 61, 11 sq. et infra fr. XXXIV.

Iuvenalis VI 44 'si moechorum notissimus olim Stulta maritali iam porrigit ora capistro, Quem totiens texit perituri cista Latini.' scholiasta 'qui totiens superueniente marito sub cista celatus est, ut in mimo.'

## ANONYMORVM MIMORVM RELIQVIAE

Aliquot inter palliatae fragmenta receptos versiculos ad mimum potius videri pertinere suo loco monui.

### I

Rhetorica ad Herennium I 14, 24 'mimus quidam nominatim Accium poetam compellauit in scaena: cum eo Accius iniuriarum agit. hic nihil aliud defendit nisi licere nominari eum, cuius nomine scripta dentur agenda.'

Cf. II 13, 19 'C. Caelius iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam in scaena nominatim laeserat, P. Mucius eum, qui L. Accium poetam nominauerat, condemnauit.' Fictam ad Graecum exemplum controversiam statuit Marx prol. p. 109.

### II

Cicero ad fam. IX 16, 7 'nunc uenio ad iocationes tuas, quoniam tu secundum Oenomaum Acci non ut olim solebat Atellanam, sed ut nunc fit mimum introduxisti. quem tu mihi pompilum, quem denarium narras? quam tyrotarichi patinam? facilitate mea ista ferebantur antea, nunc mutata res est: Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, cenandi magistros . . . . quod si perseueras me ad matris tuae cenam reuocare, feram id quoque. uolo enim uidere animum, qui mihi audeat ista quae scribis adponere

aut etiam pompilum miniati Iouis similem. . . . tu uero . . . ad tyrotarichum antiquum redi . . . . salis enim satis est, sannionum parum.' Cf. XIV.

Repetii locum, quamvis magnopere dubitem num certum mimum respexerit Cicero: nihili est Krahneri coniectura in ephem. Marb. 1852 p. 396 sqq. prolata, Popilium, Denarium, Tyrotarichi patinam exodiorum (Accianorum adeo!) nomina esse: ultimam, scil. tyrotarichi patinam Dieterich Pulc. 75. 109 saturam interpretatur. Ceterum cf. ad Att. IV 8a, 1. XIV 16, 1. pompilum Rutilius (idem infra scripsi, ubi polypum Med.) popillium Med. polypum Corradus popellum Bue thynnarium Rutilius (cantharum Mendelssohn naritam Fr. Schoell). Immo ne unum quidem denarium se in olla habere lamentatus erat Paetus (cf. 18, 4). miniani cod., corr. Lambinus: tenet illud Mendelssohn.

III

Cicero Phil. II 27, 66 'in eius igitur uiri copias cum se subito ingurgitasset, exultabat gaudio, persona de mimo: modo egens, repente diues.'

Cf. Cicero pro Quinctio 17, 55 'uetus est de scurra multo facilius diuitem quam patrem familias fieri posse.' Petronius c. 80:

'grex agit in scaena mimum: pater ille uocatur,
filius hic, nomen diuitis ille tenet.
mox ubi ridendas inclusit pagina partes,
uera redit facies, dum simulata perit.'

(In v. 3 pro pagina expectes capsula: reponebantur enim in capsula chartae, quae scriptas partes exhibebant, cum peracta fabula esset. machina ci. Bue pergula nescio quis)

IV

Cicero pro Caelio 27, 64 'uelut haec tota fabula ueteris et plurimarum fabularum poetriae quam est sine argumento! quam nullum inuenire exitum potest! . . . mimi ergo est iam exitus, non fabulae: in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis e

manibus, deinde scabilla concrepant, aulaeum tollitur.' Cf. XXX.

V

Fátuus homo post quám rem habere coépit, est emórtuus.

V—VII Cicero de orat. II 67, 273 'acutum etiam illud est, cum ex alterius oratione aliud excipias atque ille uult . . . sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine saepe ridicula, non solum mimis perapposita, sed etiam quodam modo nobis. [1—5] Genus hoc leuius et, ut dixi, mimicum, sed habet non numquam aliquid etiam apud nos loci, ut uel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid.' Laberii esse fr. VII suspicatur Bergkius annall. philoll. 1870 p. 845, et cogitavit de eiusdem poetae Aquis caldis Vsenerus.

fatuus homo *septenarii initio scripsi.* homo fatuus ω, *quod lacuna indicata olim prioris senarii frustum esse statuebam* . emortuus *Lambinus* mortuus ω

VI

. . . . . . quid est tibi ísta mulier? — 'Vxor. —
Similís medius fídius.

*Disposuit et explicavit Lachmannus in Lucr.* 227.

VII

⟨Is⟩ quám diu ad aquas fúit, numquam est mórtuus.

quod diu *Lag.* 2. 36 aquam *Lag.* 2. 36 *Fortasse* non umquam *aut pro illo* fuit *vel* uixit *vel* mansit *scribendum* emortuus *Lambinus* quam díu ad aquas f., numquam quisquam (iste numquam *Bue*) est mortuus *Bergkius*

VIII

Varro apud Augustinum de civ. dei IV 22 'ex eo enim poterimus, inquit, scire quem cuiusque causa deum inuocare atque aduocare debeamus: ne facia-

mus, ut mimi solent, et optemus a Libero aquam, a Lymphis uinum.'

Ibidem VI 1 'ne absurditate turpissima, qualis iocülariter in mimo fieri solet, peteretur a Libero aqua, a Lymphis uinum . . . quod cum fit ab scientibus mimis, digne ridentur in theatro.'

IX

. . . . . . o dominum aequum ét bonum!

Suetonius Oct. 53 'domini appellationem ut maledictum et opprobrium semper exhorruit. cum spectante eo ludos pronuntiatum esset in mimo: o dominum' e. q. s. 'et uniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent, et statim manu uultuque indecoras adulationes repressit et insequenti die grauissimo corripuit edicto.' Idem narrat Orosius VI 22.

X

7 Vopiscus Aureliani c. 42 'ut bene dictum sit a quodam mimico scurra Claudii huius temporibus, in uno anulo bonos principes posse perscribi atque depingi.'

*Vnde versus effecit Salmasius hos*: in ánulo uno príncipes possúnt boni Scribi átque pingi. *Aliter transpositis verbis alia effici possunt.*

XI

8 Iulius Capitolinus de vita M. Antonini 29 'crimini ei datum est quod adulteros uxoris promouerit Tertullum et Vtilium et Orphitum et Moderatum ad uarios honores, cum Tertullum et prandentem cum uxore deprehenderit. de quo mimus in scaena praesente Antonino dixit: cum stupidus nomen adulteri uxoris a seruo quaereret et ille diceret ter Tullus et adhuc stupidus quaereret, respondit ille: iam tibi

dixi ter Tullus dicitur.' Stupidi Graeci comme morantur in CIL VI 1063 sq.

Mimus fortasse Marullus fuit, cuius vide fr. II.

*Fortasse exitus versus hic fuit*: iam tibi díxi ter, Tullús fuit; *nam neque* ter Tullus *neque* dixi ter *separanda numeris esse sentio.*

XII

⟨Vos⟩ uíli uultis émere et caro uéndere.

Augustinus de trinit. XIII 3 'unde illa cuiusdam mimi facetissima praedicatur urbanitas, qui cum se promisisset in theatro quid in animo haberent et quid uellent omnes aliis ludis esse dicturum, atque ad diem constitutam ingenti expectatione maior multitudo confluerет, suspensis et silentibus omnibus dixisse perhibetur: uili uultis emere et caro uendere. In quo dicto leuissimi scaenici omnes tamen conscientias inuenerunt suas, eique uera ante oculos omnium constituta et tamen inprouisa dicenti admirabili fauore plauserunt.'

[XIII

Iulius Capitolinus de Maximinis duobus c. 9 'cum immortalem se prope crederet ob magnitudinem corporis uirtutisque, mimus quidam in theatro praesente illo dicitur uersus Graecos dixisse, quorum haec erat Latina sententia: et qui ab uno non potest occidi, a multis occiditur. elephans grandis est et occiditur, leo fortis est et occiditur, tigris fortis est et occiditur: caue multos, si singulos non times. et haec imperatore ipso praesente iam dicta sunt. sed cum interrogaret amicos, quid mimicus scurra dixisset, dictum est ei quod antiquos uersus cantaret contra homines asperos scriptos; et ille, ut erat Thrax et barbarus, credidit.']

XIV

Cicero de orat. II 61, 251 'atque hoc etiam animaduertendum est, non esse omnia ridicula faceta. quid enim potest esse tam ridiculum quam sannio est? ore, uultu, imitandis moribus, uoce, denique corpore ridetur ipso. salsum hunc possum dicere atque ita, non ut eius modi oratorem esse uelim, sed ut mimum.' ('imitandis moribus' incl. Harnecker) Cf. II et Nonius p. 61 v. sanniones. Zielinski quaest. com. 57.

XV

Nonius 6, 25 'caluitur dictum est frustratur, tractum a caluis mimicis, quod sint omnibus frustratui.'

XVI

Horatius epist. I 18, 10 'alter in obsequium plus aequo pronus et imi Derisor lecti sic nutum diuitis horret, Sic iterat uoces et uerba cadentia tollit, Vt puerum saeuo credas dictata magistro Reddere uel partis mimum tractare secundas.' Cf. XVII.

XVII

. . . . . sálua res: cantát senex.

Festus p. 326 M. 'salua res . . . . . . . . senex quare parasiti Apollonis in scaena dictitent, causam Verrius in l. V., quorum prima est P littera, reddidit. quod C. Sulpicio C. Fuluio cos., M. Calpurnio Pisone pr. urb. faciente ludos subito ad arma exierint nuntiato aduentu hostium uictoresque in theatrum redierint solliciti, ne intermissi religionem adferrent instaurandique essent: inuentum esse ibi C. Pomponium libertinum mimum magno natu, qui ad tibicinem saltaret. itaque gaudio non interruptae religionis editam uocem nunc quoque celebrari. at in hoc libro refert Sinni Capitonis uerba, quibus eos ludos Apollinares Claudio et Fuluio cos. factos dicit ex

libris Sibyllinis et uaticinio Marcii uatis institutos, nec nominatur ullus Pomponius: ridiculeque de ipsa appellatione parasitorum Apollinis hic causam reddit, cum in eo praeterisset. ait enim ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicinem saltarit, secundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis parasitus inducatur.' Cf. XVI. Servius Verg. Aen. III 279 'nam cum Romani iracundia matris deum laborarent et eam nec sacrificiis nec ludis placare possent, quidam senex statutis ludis circensibus saltauit, quae sola fuit causa placationis, unde et natum prouerbium est: omnia secunda, saltat senex.' Adde Macrobii Sat. I 17, 25 sqq. Factum est quod narravit Verrius P. Sulpicio Galba Cn. Fulvio coss. anno 543/211, M. Calpurnio Pisone praetore urbano ludos Apollinares curante anno praeterito Ap. Claudio Pulchro Q. Fulvio Flacco coss. primum institutos, quo ipso anno parasitos Apollinis, h. e. artificum scaenicorum sodalitatem, institutos esse coniecit Merkelius ad Ovidii fast. p. CCXXXIV. Suspicor non in scaena, sed in cena parasitos istos Apollinis proverbio illo usos fuisse, cum re bene gesta epulis se recrearent.

## XVIII

cata carisa

Placidus CGl V 15 (cf. p. 52) G. 'carisa, uetus lena percallida, unde et in mimo fallaces ancillae catacarisia (catacarisiae p. 52) appellabantur.' Cf. V 596 IV 28 G. Loewii Prodrom. 304 sqq. H. Jordan Krit. Beitr. 80 sqq.

catae carisae *Hildebrandus*

## XIX

strutheum

Festus p. 313 M. 'strutheum in mimis praecipue uocant obscenam partem uirilem, a salacitate uidelicet passeris, qui Graece struthos dicitur.' Cf. schol. Iuvenal. VI 66.

## XX

familiares

Seneca epist. V 6 (47), 14 'dominum patrem familiae adpellauerunt' (maiores nostri), 'seruos, quod etiam in mimis adhuc durat, familiares.' Cf. Macrobius Sat. I 11, 11.

XXI

ingluuiae

Gloss. Amplon. CGl V 367 G. 'in mimo ingluuiae, quod tantum ad mimarios et mimographos pertinet.'

XXII

monopticus

Scalig. gloss. in CGl V 603 G. 'monopticus, mimus ...'

XXIII

exodiarius

Placidus CGl V 67 G. 'exodiarius, in mimis turpitudo delectabilis.' Cf. Loewii gloss. nominum p. 84.

XXIV

podiarius

Gl. Scal. in CGl V 608 G. 'podiarius, inter mimos.'

XXV

ludosi.

Gloss. Vatic. in CGl IV 112, 7. 9 V 464 G. 'ludosi, mimosi.' (ludos, mimos IV 112, 7)

XXVI

choragium

Gloss. Paris. p. 284 H. 'choragium ornatus mimicus, id est tiara.' Cf. Pauli Festus p. 52 M. 'choragium, instrumentum scenarum.' Diversa est glossa in CGl IV 45, 6 V 593, 49 G.

XXVII

choraula

Gloss. Vatic. CGl IV 44 G. 'choraula, mimus.' Gl. Scal. V 594 G. 'choraula, iocularius.' Sang. 'coraula mimus, cantator.' Plura collegit Hildebrandus.

XXVIII

strigio

Gloss. Scal. in CGl V 610 G. 'strigio, mimarius scenicus.' An strio vel istrio, i. e. histrio?

XXVIII[a]

Varro de l. l. VI 61 'dico . . . . hinc appellatum dictum in mimo ac dictiosus.'

XXIX

Augustinus de civ. dei VI 7 'numquid Priapo mimi, non etiam sacerdotes enormia pudenda fecerunt? an aliter stat adorandus in locis sacris quam procedit ridendus in theatris?' Cf. XIX. Seneca nat. qu. I 16, 1 'Hostius fuit Quadra obscenitatis in scaenam usque productae' e. q. s.

Eadem fere 'numquid enim Priapo mimi ac poetae, non etiam sacerdotes' e. q. s. habet Boethius de dis et praesensionibus in scholl. Cicer. ed. Orelli II p. 392, 37.

XXX

Seneca epist. 114, 6 'qui' (Maecenas) 'in omni publico coetu sic adparuerit, ut pallio uelaretur caput exclusis utrimque auribus, non aliter quam in mimo fugitiui diuitis solent.' Cf. III et IV.

diuitis Lipsius, Bue diuites Bamberg. dautes Argent. milites Hauptius Herm. VII 182.

XXXI

Ovidius trist. II 497 sqq. 'quid si scripsissem mimos obscena iocantes, Qui semper ficti crimen amoris habent?

In quibus assidue cultus procedit adulter, Verbaque dat stulto callida nupta uiro. Nubilis hos uirgo matronaque uirque puerque Spectat, et ex magna parte senatus adest. Nec satis incestis temerari uocibus aures: Assuescunt oculi multa pudenda pati. Cumque fefellit amans aliqua nouitate maritum, Plauditur et magno palma fauore datur.'

Cf. Valerius Maximus II 6, 7 Ael. Lampridius in vita Heliogabali c. 25 Minucius Felix 37, 12. Cyprianus ad Donatum c. 8. Alia testimonia similia vide in Grysari l. l. 18 sq.

XXXII

Arnobius adv. nat. IV 36 'etiam mimis et scurrilibus ludicris sanctissimorum personae interponuntur deorum . . . iocularibus feriuntur cauillationibus numina, conclamant et assurgunt theatra, caueae omnes concrepant fragoribus atque plausu.'

XXXIII

Arnobius adv. nationes VII 33 'mimis nimirum di gaudent, et illa uis praestans neque ullis hominum comprehensa naturis libentissime commodat audiendis his auris, quorum symplegmatibus plurimis intermixtos se esse derisionis in materiam norunt. delectantur, ut res est, stupidorum capitibus rasis, salapittarum sonitu atque plausu, factis et dictis turpibus, fascinorum ingentium rubore' e. q. s.

Conferri iussit Bue Aristophanis nub. 537 sqq.

XXXIV

Seneca controv. II 4 (12) p. 154 M. 'uere mimicae nuptiae, in quibus ante in cubiculum riualis uenit quam maritus.'

nuptiae, in Madvicus nustis, nustus, nostis, natis codd. Cf. Iuvenalis VI 44.

XXXV

Seneca de breuitate uitae 12, 8 'i nunc et mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam puta. plura mehercules praetereunt quam fingunt et tanta incredibilium uitiorum copia ingenioso in hoc unum saeculo processit, ut iam mimorum arguere possimus neglegentiam.'

Mimum Vespasiano praesente in Marcelli theatro actum narrat Plutarchus de soll. anim. 19 p. 973 E. 'Ex Atellana mimove aut comoedia' sumptum a Frontone fer. Als. 3 p. 226 Nab. de Hadriano senarii frustum

. prándiorum opímorum esorem óptimum

coniecit Bue mus. Rhen. 35, 394.

Idem in actis martyrum Theodorici Ruinart opera ac studio collectis (Veronae 1731 p. 236 sq.) quae de Sancto Genesio 'magistro mimithymelae artis' Christiana mysteria per mimos irridente narrantur indicavit. Sed et haec et alia, quibus mimorum lascivia describitur, testimonia hic, ubi non id agitur, ut generis universi natura et historia adumbretur, praetereunda esse censui.

# INDEX POETARVM

## Fabulae Palliatae



## Togatae



## Trabeatae



## Atellanae

## Mimi



---

# INDEX FABVLARVM

## Palliatae

## Togatae

PRODIGVS Afrani
PRODITVS Afrani
PROMVS Afrani
PROSA (?) Afrani
PSALTRIA sive FERENTINATIS Titini
PVRGAMENTVM Afrani
QVINTVS Titini
REPVDIATVS Afrani
SATVRA Attae
SELLA Afrani
SETINA Titini
SIMVLANS Afrani
SOCRVS Attae
SORORES Afrani
SVPPLICATIO Attae
SVSPECTA Afrani
TALIO Afrani
TEMERARIVS Afrani
THAIS Afrani
TIBICINA Titini
TIRO PROFICISCENS Attae
TITVLVS Afrani
VARVS* Titini
VELITERNA Titini
VIRGO Afrani
VOPISCVS Afrani

## Atellanae

ADELPHI Pomponi
AEDITVMVS Pomponi
AGAMEMNO SVPPOSITVS Pomponi
AGRICOLA Novi
ALEONES Pomponi
ANDROMACHA Novi
ANVLVS POSTERIOR Pomponi
ARIADNE Pomponi *Porphyr. ad Hor. a. p.* 220 *cf. Welckerus de trag. Gr.* 1363, *Vahlenus mus. Rhen.* 16, 473
ARMORVM IVDICIVM Pomponi
ARVSPEX vel PEXOR RVSTICVS* Pomponi
ASINA Pomponi
ASINVS* Novi
[ATALANTE Pomponi *Porph. ad Hor. a. p.* 220 *cf. Welckerus de trag. Gr.* 1363]
AVCTORATVS (*cf.* BVCCO AVCTORATVS) Pomponi
AVGVR Pomponi
AVTONOE Anonymi *Iuven.* VI 71
BVBVLCVS CERDO Novi
BVCCO ADOPTATVS Pomponi
BVCCO AVCTORATVS (*cf.* AVCTORATVS) Pomponi
BVCCVLVS Novi
CAMPANI Pomponi
CAPELLA Pomponi
CITHARISTA* (*an* HETAERISTA?) Pomponi
COLLEGIVM Pomponi
CONCHA Pomponi
CONDICIONES Pomponi
CRETVLA vel PETITOR Pomponi
DAPATICI Novi
DECVMA Pomponi Novi
DECVMA FVLLONIS Pomponi
DIVES* Pomponi
DOTALIS* Pomponi
DOTATA Pomponi Novi
DVO DOSSENNI Novi
ECVLEVS Novi
ERGASTILVS* Pomponi
EXODIVM Novi
FICITOR Novi
FVLLONES Pomponi Novi
FVLLONES FERIATI Novi
FVLLONICVM Novi
FVNVS Novi
GALLI TRANSALPINI Pomponi

## Mimi







